TATIANI

ORATIO

AD

GRÆCOS.

HERMIÆ

IRRISIO

Gentilium Philoſophorum.

Ex vetuſtis Exemplaribus recenſuit,

Adnotationibuſque integris *Conradi Geſneri, Frontonis Ducæi, Chriſtiani Kortholti, Thomæ Galei,* ſelectiſque *Henrici Stephani, Meurſii, Bocharti, Cotelerii,* utriuſque *Voſſii,* aliorum, ſuas qualeſcunque adjecit

WILHELMUS WORTH, A.M.

OXONIÆ,

E THEATRO SHELDONIANO,

An. Dom. MDCC.

Impenſis JOANNIS OWENI.

ΤΑΤΙΑΝΟΥ

ΠΡΟΣ ΕΛΛΗΝΑΣ.

ΕΡΜΙΟΥ

ΔΙΑΣΥΡΜΟΣ

ΤΩΝ ΕΞΩ

ΦΙΛΟΣΟΦΩΝ.



Ex ΘΕΑΤΡΟΥ ὁ ΟΞΟΝΙΑ,

Ετει ϡοϱονίας ᾳ.ψ'.



REVERENDO ADMODUM IN CHRISTO PATRI
AC DOMINO
D. WILHELMO,
EPISCOPO
WIGORNIENSI,
ET
ELEEMOSYNARIO REGIO.

UM ferverent, ampliſſime Præſul, haud ita pridem apud nos, eos dico maximè quibus vileſcit omnis religio, de ſummis Fidei capitibus controverſiæ; ſtrenuéque in id incumberent homun-iones ἀλόγοι, ut *Naturalis* ſi placet *Religio*, pro la atque unica haberetur vitæ humanæ regula:

IML - 1990

gula: nempe hoc pacto non modò Religionis Christianæ auctoritatem se haud parum labefactaturos sperabant, sed & ipsius, quam tantopere prædicabant, *Moralis* primaria quæque præcepta ac noëmata penitus subversuros: exauctoratâ enim Christi lege, de moralibus officiis haud constare ferè aliquid certi & exploratî; parumque abesse quin inductâ sensim barbarie, excidat animis omnis illa, quam sub Christo colimus, honesti & inhonesti notio; ruptisque virtutis repagulis, in immania illa vitia, ceu planè ἀσέλγεια, prolabamur, à quibus abhorrere nos docuit pudor naturalis, ac purior Christi Religio: Cum, inquam, omnes Atheismi machinas in hoc conversas viderem, ut impetitâ publicè religione nostrâ, omnique adeo divinitus revelatâ, sub specie *Naturalis Religionis* excolendæ, Paganismo via sterneretur, incidebam fortè in hanc *Tatiani* Orationem πρὸς Ἕλληνας. Avidè autem perlectam ipsam ac penitius paulo introspectam cùm pluribus de causis mirificè probarem, tum eo præsertim nomine, quod luculentissime demonstret *Religionem* hanc omnem *Naturalem* quam dicimus, misellum quiddam esse, parumque admodum valere ad excolendum animum, moresque informandos, nisi insuper Legis Christianæ

ſtianæ noſtræ lumen acceſſerit. Sapientiæ Profeſſores, qui florente Græcorum Republicâ, ad faſtigium evecti, reliquos omnes ceu barbaros contemſere, mirum qualem quantumque in Phyſicis, in Moralibus, in omni veræ ſcientiæ parte prodiderint ſtuporem & ignorantiam. In iis terrarum regionibus, ubi regnavit Philoſophia, ecquid obſecro in moribus, in religione eximii & exculti, præ cæteris? imò verò infanda ubique ſpurcities impietaſque, qualis ne quidem inter alias gentes, utcunque barbaras. Quid quod hæc ipſa morum turpitudo in ipſas Deorum cæremonias, cultumque religioſum tranſierit: neque ſuffecerit ipſis inceſtu, παιδεραστίᾳ, reliquiſque nefandis vitiis ſeipſos maculâſſe, niſi & auſu adhuc magis nefario, fana ipſa Deorum violârint, mutârintque ipſa in pura puta lupanaria.

De iſtis ἀῤῥητοποιίαις cum differentem legerem *Tatianum*, tum verò ad hanc Orationem accuratius paulo adhuc examinandam me accinxi. Placebant magis magiſque omnia, præter ſalebras nonnullas & intricatiores periodos, hinc illinc inſperſas, ad quas perpetuò mihi ſiſtendum fore ſubverebar. De iſtis autem cum haud ſemel egiſſem apud eruditos quoſdam amicos, quibus familiariter utor;

ipſorumque de iis ſententiam poſtulaſſem, omnino auctores mihi fuere ut Orationi huic, utcunque tenebroſæ lucem aliquam afferre porrò pergerem, imò verò & de ipſâ in publicum edendâ ſeriò cogitarem. Dignam eam in primis fuiſſe, ſive omnigenam quâ referta eſt doctrinam, ſive utilitatem argumenti de quo agit ſpectemus, cui bonas horas impenderem. Cæteros Apologiſtas Græcos, Latinos, non ſine magna pompa & apparatu Adnotationum prodiiſſe omnes; unum *Tatianum*, reliquis nihilo inferiorem, ex quo primum in dias luminis oras exiit, haud dum reperiſſe qui ſordes ſitumque ejus ſatis abſterſerit, ipſumque priſtino reſtitueret nitori. Nempe obfuit ei ſermonis τὸ σκοτεινόν. Mihi, quem plurimum in Oratione hâc cum excuſis aliquibus & MSS. Exemplaribus conferenda laboris inſumſiſſe nôrant, illam illuſtrandi, emaculandi, typiſque Academicis denuo divulgandi provinciam relictam aiebant. Quid plura? me utcunque tenuitatis propriæ, ſi quis uſquam, conſcium, illecebris neſcio quibus in partes ſuas traxere; neque opus hoc urgere prius deſinebant acerrimi ἐργοδιῶκται, quàm illud in lucem protraxiſſem.

Editum jam, quales experturum ſit Lectores, viderint Amici, quorum auctoritati

neſcio

neſcio an in diſpendium famæ meæ litaverim. De Patrono quidem, cujus ad aras ſiſterentur noſtræ iſtæ primitiæ, non eſt quod dubius hæream. Cum enim Editorem in familiam tuam ac clientelam admiſeris, ampliſſime Præſul, etiam & Opuſculum hoc, ut ut tenue, clariſſimo tuo, perque Orbem Eruditorum decantatiſſimo nomini inſcribi, quod ſpero, haud indignè feres.

Eſt certe *Tatianus*, multis nominibus tuus. Auctor inprimis pervetuſtus, ac S. *Juſtini* diſcipulus. Cum hujuſmodi primorum temporum Scriptoribus familiariter verſari gaudes ipſe *Vir Eccleſiæ*, ac in veterum Monumentis conſeneſcere, dum alii ludunt in ſcriptis recentium Theologorum. *Tatianus* myſteria rituſque Paganorum religionem ſpectantes, ut & mores ac placita Philoſophorum ex intimâ vetuſtate, libriſque maximam partem jam deperditis, eruit ac perſcrutatur. Certe haud jam in vivis agit quiſquam, qui de hoc Opuſculo accuratiùs quàm Tu ipſe judicare valeat; utpote qui quicquid eſt uſpiam Poetarum, Hiſtoricorum, Philoſophorum veterum, & legeris, & ſummo cum judicio penſitaveris. *Tatianus*, eximius Chronologus; quique adeo te unum, ſi jam in vivis eſſet, eligeret Operis ſui cenſorem,

in omni re Chronologicâ ſummè eruditum; ac in ſtudiis ſpeciatim Hiſtoricis ad ipſius *Tatiani* regulam auream compoſitum; παρ' οἷς ἀσωάρτητός ἐϛιν ἡ τῶ χρόνων ἀναγραφὴ, ϖᾶϑι τύτοις ϑδὲ ϖᾶ τὴ ἱϛοείας ἀληθεύειν δωατόν. Verbo dicam: *Tatianus* in iſtâ Oratione vindicias agit Religionis Chriſtianæ, cujus Tu per omnes honoris, quos in Eccleſia pertranſiſti, gradus, eximium ac grande ornamentum fuiſti. Hunc igitur benigne te excepturum ſpondet

Paternitatis tuæ Cultor & Cliens longè

humillimus obſequentiſſimuſque,

W. WORTH.

LECTORI.

NO N est quod hederam suspendam, erudite Lector, pluribusque commendatum eam sermonem hunc Tatiani, quem Elogiis suis exornarunt Eusebius, Hieronymus, alii. Magis id è re tuâ, ut quas jam à primâ ejus editione expertus fuerit fortunas, quid in eo illustrando præstiterint alii, quid ipse, paucis exponam.

De tempore quo scripta erat hæc Oratio, nihil explorati apud veteres. Ego quidem in ea sum sententia, prodiisse ipsam circa annum Christi CLXVIII. Constat ex iis quæ de seipso hîc prodit Auctor noster, ipsum aliquandiu postquam Romam venisset, auditorem & admiratorem fuisse Crescentis Cynici; postea verò relicto eo, undique & Religione Gentilium, eum Christianæ Doctrinæ addixisse se sub præceptore Justino. Adductum se porro ait in summum vitæ discrimen, quo tempore Justinus Martyrium obiit; ut proinde certum sit, scriptam fuisse hanc Orationem post mortem Beati illius Martyris, quæ ex accuratis cl. Grabii rationibus contigit anno CLXIII. vel CLXV. Justino successisse eum in præfectura Scholæ Romanorum Christianæ, liquet ex testimonio Rhodonis, ejus discipuli. Euseb. *Hist. Eccl. lib.* V. *cap.* 13. *Ac tum quidem à Crescente* (quem tectius aliquanto describit) *sollicitatum fuisse dicit ad abnegandam, aut celandam saltem fidem quam coluit Christianam*; *id quod minime se facturum ait, in hâc Oratione. Adeo ut haud statim, sed aliquantulo saltem post obitum Magistri sui spatio, sermonem hunc compositum fuisse credibile sit. Certè cum hunc conscriberet, haud obscurè colligere est Crescentem ipsum aut jam obiisse, aut saltem ab urbe Roma discessisse. Loquitur enim de eo in tempore præterito*: λείσκης οὖν ὁ ἐγκεφαλίσας τῇ μεγάλῃ πόλει, παιδεραστὴς ὢν πάντας ὑπερέβαλεν, φιλαργυρίᾳ δὲ πάνυ προσεῖχες ἦν, &c. *Quin & alicubi* Protei *celebre dictum memorat, qui mortuus est secundum Eusebium, anno* CLXVII. *Ipsum porro cum opus hoc meditaretur, in Hæresin paulatim vergere cœpisse, clarum est ex eo quod nuptias ceu* Μίασμά τι *jam improbârit. vide* §. 55. *Unde haud absimile veri est, editam fuisse hanc Orationem anno* CLXVIII. *paulo ante quam relictâ*

relictâ Româ rediisset ad Assyrios suos; apud quos in Mesopotamiâ Hæresin suam publicè professum eum fuisse M. Aurelii anno XII^mo. (seu æræ Christi vulg. CLXXII.) tradit Epiphanius.

Orationem istam primus omnium luce donavit Joannes Frisius, Tigurinus. Exemplar manu exaratum is nactus fuerat Venetiis, ab amico suo Arnoldo Arlenio Peraxylo; cui quidem Codici ad oram adscriptæ etiam erant alterius cujusdam MS. Lectiones Variantes. Hunc communicavit cum cive suo Conrado Gesnero; qui perlectâ Oratione, aliquot insuper margini illevit ex ingenio suo conjecturas & emendationes. Ad Exemplaris hujus, sic ut diximus, ad marginem aucti, fidem Orationem istam edidit Græcè Joannes Frisius, Tiguri anno MDXLVI. præpositâ in margine conjecturis & emendationibus quas supra dixi, lego, forte, aliâve hujusmodi voculâ; Lectionibus autem variis, notulâ al. obelo, vel stellulâ. Græcis seorsim excusis adjecit eodem anno Conradus Gesnerus separato volumine versionem Latinam, unà cum prolixis Annotationibus. Postea haud semel inter Orthodoxographa prodiit hoc Opusculum Græcè & Latinè, absque notis Gesneri. Ac demum ad calcem Operum Justini, unà cum opusculis Athenagoræ, Theophili Antiocheni, aliorum, illud conjecerunt Parisienses, anno MDCXV. Novem post annos eidem, cum aliis multis in Bibliothecâ Patrum edito, notas suas pereruditas adtexuit Fronto Ducæus. Quin & nostrâ memoriâ Christianus Kortholtus in Commentario suo Orationem hanc inter alia primorum Patrum scripta, observationibus quibusdam locupletavit.

Ex Editionibus suprà dictis, cum Tigurinæ, omnium primæ, summa nobis habeatur ratio, utpote in multis longè purioris & emaculatioris posterioribus, quæ à textu Tigurino, ad quem expressas eas oporteret, pro Editorum arbitrio sæpiusculè recessere; (inter quas & Parisiensem recenseo, quæ temere & absque omni judicio à Tigurina haud rarò abiit, & loco veræ ac germanæ lectionis, conjecturas Gesneri marginales suprà memoratas in textum admisit:) cum tamen Editionem istam typis elegantissimis splendidam, maximeque ac propemodum solam hodie studiosorum manibus tritam videamus, omnino consultum duximus ipsius in Editione hâc nostrâ vestigiis insistere: quanquam id haud adeo κατὰ πόδας factum, ut non in plurimis locis textum genuinum restituerimus, nonnunquam quidem in ipso textûs corpore, sed frequentius in Notis. Nimirum post collatas

tas inter se summâ cum diligentiâ primarias Editiones, post expensum accuratè textum universum, lectaque plurima seu veterum seu recentiorum scripta, quæ illustrandæ huic Orationi quoquo modo inservire viderentur; obtigere nobis Codicum manu exaratorum omnino trium Lectiones variantes. Duos suppeditavit Bibliotheca Regia Parisiis: unum membranaceum, ante annos, quod creditur, sexcentos exaratum, cui ad oram hinc inde adsperſa sunt eruditi cujusdam Græci Scholia; Chartaceum alterum, seculo superiore sub Henrico II. Galliarum *Rege scriptum, & in margine passim emendatum alia manu. Horum collationes nitidè descriptas, amicissimus juxta ac doctissimus* D. Michael Lequien, *Ordinis Prædicatorum, benevolè admodum transmisit viro pererudito* D. J. Millio, *S. T. P. studiorum meorum fautori & patrono unico; cui ob summam quam in opusculo hoc promovendo operam contulit, aliaque innumera, quibus me cumulavit, beneficia, occasionem hanc immortales agendi gratias lubentissimè arripio. Tertium viri præstantissimi* D. Henrici Godolphin, *Collegii* Ætonæ *Præsidis humanitati debeo, qui dum Manuscriptum librum cum excusis in ædibus ejus confero, me officiis planè singularibus sibi æternùm devinxit. Est autem Codex iste Apographum transcriptum anno* MDXXXIV. *à Valeriano nescio quo* Foro-Livienſi, *ex exemplari quodam in Bibliotheca Cœnobii S. Salvatoris; illo ipso, ni fallor, Bononiæ, cujus meminit Possevinus in Apparatu sacro p.* 449.

His instructus præsidiis, ad Editionem operis me paro. Cum autem summa in primis esset cura de textu Tatiani, *tum vero statuebam omnino apud animum, me nihil quidem, quantum liceret, præteriturum eorum quæ viri docti sive ex professo, sive etiam obiter in hanc Orationem adnotassent. Hinc cum* Gesneri *versionem* (*paucis hinc inde, quod necesse erat, mutatam*) *exhibuerim, tum & integras ipsius Annotationes dedi, uti &* Frontonis Ducæi *ac* Kortholti. *Cum autem loca quædam* Tatiani (*quibus* Eclogarum *titulum dedit*) *Notis nonnullis illustrasset anno* MDXCII. Henricus Stephanus, *etiam & has apposui. Singula insuper, quæ à viris doctis in hunc Auctorem nostrum adnotata reperi, collegi & suis quæque locis disposui. Ne quid etiam ad lucem, cultum, aut ornatum Auctoris nostri deesse videretur, his omnibus adjiciendam curavimus* Tatiani *sententiam de filii τῷ πωαϊδίῳ, à cl. D.* G. Bullo *eruditè explicatam, ut*

&

& egregiam doctissimi viri Nicolai Le Nourry Dissertationem in Tatiani Assyrii Opera, quæ nuperrime prodiit Lutetiæ inter alias ejus Dissertationes de Scriptoribus secundi Ecclesiæ Seculi.

Nondum verò creverant in justam Libri molem nostra ista Collectanea. De alio aliquo Scriptore consulendum erat, quem Tatiano comitem adjungerem. Occurrebat Hermias; qui in eodem fere quo Tatianus versatur argumento: Auctor elegans, lepidus, & ut eruditis quibusdam videtur, etiam pervetustus. De hoc autem explorati nihil. Ego certè plurimum vereor, ut affectatæ istæ, quibus scatet, argutiæ sapiant recentius aliquod Seculum. Cæterum hîc aqua mihi hærebat, ut aiunt. Neque enim suppetere mihi in Bibliothecis nostris MS. Codicem, cujus ope hujus Διασυρμὸς loca quædam manifestè mendosa sanari poterant; imo ne quidem per universam Galliam reperiri tractatûs hujus exemplar aliquod manu exaratum edoctus sum literis supra laudati D. Lequien. De Vossiani autem, cistis unà cum reliquâ librariâ suppellectile jam inclusi, collationibus procurandis, spem omnem excisam fuisse. Sollicitum hâc de re sublevavit mox Aulæ nostræ Principalis longè dignissimus, cujus auspiciis Opus hoc aggressus sum. Aiebat enim D. Thomam Gale, Eboracensis Ecclesiæ Decanum, quo nemo doctior, ac doctorum amantior, Hermiæ Codicem manu scriptum habere; seque variantes ejus Lectiones ab Amico suo singulari illicò impetraturum fore. Id quod certe factum. Interpellatus hâc de re literis vir ille doctissimus, post paucos aliquot dies, non modò Codicem suum cum Excusis haud gravatè contulit, sed & pro studio suo in bonas Literas propensissimo, etiam Observationibus suis ex tempore quidem fusis iis, longè tamen doctissimis, nostrum hunc illustravit Διασυρμὸν. Has quidem, pro quibus maximam viro illi optimo juxta mecum habituri sunt gratiam, omnes quibus humaniores Literæ cordi, integras dedimus, unà cum ipsius Epistola.

Adnotatiunculas nostras quod attinet, id unum dicam, me pro virili meâ in id incubuisse, ut locis quæ ab aliis vel haud satis explicata videbantur, vel etiam sicco pede præterita erant, illustrandis de Tatiano & Hermia bene mererer. Tu nostris conatibus, benevole Lector, fruere & vale.

Oxoniæ
Ex Aulâ S. Edmundi.
Julii 6. MDCC.

VETE-

VETERUM TESTIMONIA DE Tatiano, ejusque scriptis.

S. Irenæus, lib. I. adversus Hæreses, cap. 30. & 31.

Apud Eusebium, Hist. Eccles. lib. IV. cap. 29.

Ἀντιλέγουσι τῇ τοῦ πρωτοπλάστου σωτηρίᾳ· καὶ τοῦτο νῦν ἐξεύρεθη παρ' αὐτοῖς, Ταζιανός τινος πρώτως τοῦτο εἰσενέγκαντος τὴν βλασφημίαν· ὃς ἰδίᾳ ἀκροατὴς γενόμενος, ἐφόσον μὲν συνῆν ἐκείνῳ, οὐδὲν ἐξέφηνε τοιοῦτον. μετὰ δὲ τὴν ἐκείνου μαρτυρίαν ἀποστὰς τῆς ἐκκλησίας, οἰήματι διδασκάλου ἐπαρθεὶς καὶ τυφωθεὶς ὡς διαφέρων τῶν λοιπῶν, ἴδιον χαρακτῆρα διδασκαλείου συνεστήσατο, αἰῶνάς τινας ἀοράτους ὁμοίως τοῖς ἀπὸ Οὐαλεντίνου μυθολογήσας· τὴν γάμων τε, φθορὰν καὶ πορνείαν ὡσαυτῶς Μαρκίωνι καὶ Σατορνίνῳ ἀναγορεύσας· τὴν δὲ τοῦ Ἀδὰμ σωτηρίαν παρ' ἑαυτοῦ τοῦτο ἀποτολμᾷ.

Vetus Irenæi Interpres.

Contradicunt [Encratitæ] ejus saluti, qui primus plasmatus erat, & hoc nunc adinventum est apud eos, Tatiano quodam primo hanc introducente blasphemiam; qui cùm esset Justini auditor, in quantum quidem apud eum erat, nihil enarravit tale: post verò illius martyrium absistens ab Ecclesia, & præsumptione magisterii elatus & inflatus, quasi præ cæteris esset, proprium characterem doctrinæ constituit. [Æonas quosdam invisibiles] similiter atque hi qui à Valentino sunt, velut fabulam enarrans: nuptias autem corruptelas & fornicationes similiter ut Marcion & Saturninus dicens: Adæ autem saluti ex se contradictionem faciens.

Idem, lib. III. cap. 39.

Mentiuntur ergo omnes qui contradicunt ejus [Adæ] saluti, semper seipsos excludentes à vita, [in] eo quòd non credant

inventam ovem quæ perierat. Si autem illa non eſt inventa, adhuc poſſidetur in perditione omnis hominis generatio: mendax ergo is qui prior hanc ſententiam, imò hanc ignorantiam & cæcitatem induxit, Tatianus. Connexio quidem factus omnium hæreticorum, quemadmodum oſtendimus. Hoc autem à ſemetipſo adinvenit, uti novum aliquid præter reliquos inferens, vacuum loquens, vacuos à fide auditores ſibi præpararet, affectans magiſter haberi, tentans & ſubinde uti hujuſmodi à Paulo aſſiduè dictis: [a] *Quoniam in Adam omnes morimur*, ignorans autem, [b] *quoniam ubi abundavit peccatum, ſuperabundavit gratia.*

a 1 *Corinth.* cap. 15. v. 22. b *Rom.* cap. 5. v. 20.

RHODON.

Apud Euſebium, Hiſt. Eccl. lib. V. *cap.* 13. [c]

Cæterùm [Rhodon] in eodem libro (adverſus Marcionis Hæreſin conſcripto) quem Calliſtioni nuncupavit, Romæ à Tatiano ſe eruditum eſſe teſtatur. Refert etiam à Tatiano elucubratum eſſe Quæſtionum librum: in quo cùm Tatianus obſcuros atque involutos ſacræ Scripturæ locos ſe expoſiturum eſſe promiſiſſet, ipſe Rhodon ſolutiones Quæſtionum Tatiani peculiari opere editurum ſe eſſe profitetur.

Εν τῷ αὐτῷ δὲ συγγράμματι Καλλιστίωνι τεσσφωνῶν, ὁ αὐτὸς [Ρόδων] μεμαθητεῦθαι φησὶ Ρώμης Ταζιανῷ ἑαυτὸν ὁμολογεῖ. φησὶ δὲ ὑπεσθάθαι τῷ Ταζιανῷ τετραλημάτων βιβλίον· ἐν ὧν τὸ ἀσαφὲς καὶ ἀπικεκρυμμένον τῶν θείων γραφῶν ἐπαγγείλασθαι ὑποχρεῶσθαι δὲ Ταζιανὸν, αὐτὸς ὁ Ρόδων ἐν ἰδίῳ συγγράμματι τὰς τῶν ἐκείνου τετραλημάτων ἀπολύσεις ἐκθήσεσθαι ἐπαγγέλλεται.

c Vide Hieron. Catal. cap. 47.

Clemens Alexandrinus, Strom. lib. I. *p.* 320. [d]

Quibus oſtendetur citra ullam controverſiam, Hebræorum philoſophiam eſſe quavis philoſophia longe antiquiorem. Ac de iis quidem accuratè dictum eſt à Tatiano in Oratione adverſus Græcos.

Δι' ὧν δεικθήσεται ἀναμφηρίστως, πάσης σοφίας ἀρχαιοτάτη ἡ κατὰ Ἑβραίους φιλοσοφία. εἴρηται μὲν οὖν περὶ τούτων ἀκριβῶς Ταζιανῷ ἐν τῷ πρὸς Ἕλληνας.

d Confer Euſeb. Hiſt. Eccl. lib. VI. c. 13. Hieron. Catal. c. 48.

Idem,

Idem, ibid.

Τέτων δὲ πεσαρέκοντα μὲν γλεαῖς νεώτερα τὰ Ατ|ικὰ, τὰ δὲ ἀπὸ Κέκροπος τὸ διφυὲς δὴ καὶ αὐτόχθον ὡς φησὶ κατὰ λέξιν ὁ Ταλιανός.

His autem, [rebus Argolicis] quatuor generationibus sunt res Atticæ recentiores, quæ ducunt originem à Cecrope, qui duplici fuit natura, & indigena, ut iisdem verbis dicit Tatianus.

Idem, Strom. lib. III. *p.* 460.

Οὐ γὰρ, ὥς τινες ἐξηγήσαντο, δέσιν γυναικὸς πρὸς ἄνδρα, τὴν σαρκὸς πρὸς τὸ φθορᾶν ἐπιπλεκὴν, μυσεράν ἀποστροπτέον. τὸ γὰρ ἀνίκρυς διαβόλου προσαπόντων τὴν τὸ γάμε εὕρεσιν ἀθέων ἀνθρώπων ἐπίνοιαν κατηγορεῖ, καὶ κινδυνεύει βλασφημεῖσθαι ὁ νομοθέτης. Ταλιανὸν οἶμαι τὸν Σύρον τὰ τοιαῦτα τολμᾶν δογματίζειν. γεγράφει γὰρ κατὰ λέξιν ἐν τῷ Περὶ τὸ κατὰ τὸν Σωτῆρα καταρτισμός· Συμφωνίαν μὲν ἔν ἁρμόζει προσδυχῇ· κοινωνία δὲ, φθορᾶς λύσῃ τὴν ἔντευξιν.

Non enim, ut quidam existimarunt mulieris cum viro alligationem, carnis cum interitu connexionem, significari putandum est. Impiorum enim hominum qui matrimonii inventionem diabolo aperte tribuunt, reprehendit, & in periculum venit Legislator ne incessatur maledictis. Tatianum arbitror Syrum talia audere dogmata tradere. His verbis quidem certe scribit in libro *De perfectione secundum Servatorem*: Consensum quidem conjungit orationi: communio autem seu conjunctio, interitus solvit interpellationem.

Idem, paulo infrà.

Χωρίζει δὲ καὶ τὸν παλαιὸν ἄνθρωπα καὶ τὸν καινὸν ὁ Ταλιανός· ἀλλ' οὐχ ὡς ἡμεῖς φαμέν. παλαιὸν μὲν ἄνθρωπα, τὸν νόμον· καινὸν δὲ, τὸ Εὐαγγέλιον. συμφωνοῦμεν αὐτῷ καὶ αὐτοὶ λέγοντες, πλὴν οὐχ ᾗ βέλεται ἐκεῖνος, καταλύων τὸν νόμον ὡς ἄλλε Θεοῦ.

Separat autem veterem quoque hominem & novum Tatianus, sed non ut nos dicimus. Veterem quidem virum, legem: novum autem, Evangelium. Assentimur ei nos quoque, sed non eo modo quo vult ille, dissolvens legem ut alterius Dei.

Idem, Strom. lib. III. *p.* 465.

In hoc eadem [Caſſianus] decernens cum Tatiano: hic autem prodiit è Schola Valentini.

Τὰ ϖ̃ϑ ϖαϖλήσια τῷ Ταλιανῷ κατὰ τὸ τὸ δογματίζων· ὁ δ' ἐκ τ῀ Οὐαλεντίνε ἐξεφοίτησε σχολῆς.

Idem, in excerptis ex Theodoto, p. 806. *col.* 2. [d]

Ad Tatianum verò, dicentem illud *Fiat lux* optativo tantum ſenſu ſumi, dicendum.

Πρὸς δὲ Ταλιανὸν, λέγοντα εὐκλινὲς εἶναι τὸ Γενηθήτω φῶς, λεκτέον.

d Vide teſtimonium infrà allatum ex Origenis libro de Oratione.

Tertullianus, libro de Præſcriptionibus, cap 52.

His hæreticis omnibus accedit Tatianus quidam, alter hæreticus. hic Juſtini martyris diſcipulus fuit; poſt hunc diviſa ſentire cœpit. Totus enim ſecundum Valentinum ſapit, adjiciens illud, Adam nec ſalutem conſequi poſſe, quaſi non ſi rami ſalvi fiunt, & radix ſalva ſit.

Origenes, libro I. *contra Celſum, p.* 14.

Sed & Tatiani [Joſepho] junioris circumfertur ad Græcos Oratio, quâ eruditiſſimè allegat eos, qui in ſuis hiſtoriis mentionem fecerunt de Judæorum & Moſis antiquitate.

Καὶ Ταλιανὸ῀ τ῀ νεωτέρου φέρεται ὁ πρὸς Ελληνας λόγος, πολυμαθέσταται ἐκλεξαμένου τὰς ἱστορήσαντας περὶ τ῀ Ιουδαίων καὶ Μωσέως ἀρχαιότητος.

Idem, libro de Oratione, Edit. Oxon. p. 77.

Non conſiderans autem Tatianus, τὸ γενηθήτω non ſemper optativo, ſed aliquando etiam imperativo ſenſu accipi, impiiſſimam hanc de Deo opinionem fovebat, illum nempe, cum dixerit, *fiat lux*, optaſſe potius quam imperaſſe ut fieret. Siquidem inquit ille, (qui erat animi ejus atheiſmus) Deus tunc in tenebris erat. —— Neceſſarium autem mihi viſum

Μὴ σωιδὼν δὲ ὁ Ταλιανὸς τὸ, γενηθήτω, ὃ πάντοτε συμβαίνει τὸ εὐκλινὲς, ἀλλ' ἔστ' ὅτε καὶ προστακτικὸν, ἀσεβέστατα ὑπείληφε περὶ θεοῦ δόγμα τοῦτο, γενηθήτω φῶς, θεὸς ὡς εὐζωνότερον μᾶλλον ἢ πρὸς προστάξαντος γενηθῆναι τὸ φῶς, ἐπεὶ, ὥς φησιν ἐκεῖνος ἀθέως νοῶν, ἐν σκότῳ ἦν ὁ Θεός. —— Αναγκαίως δέ μοι ἔδοξεν ἐν τῇ προσε-

πεσσακλικαῖς φωναῖς εἰρημένης εὐχῆς, ὑπομνηθῶμεν τῶν παρεκδοχῶν αὐτοῦ ἃς τοὺς ἠπατημένους, καὶ ὧδε δεξαμένους τὴν ἀσεβῆ διδασκαλίαν αὐτοῦ, ὧν καὶ ἡμεῖς ποτε πεπειράμεθα.

est, cum vocibus imperativis concipiatur oratio [dominica], Tatiani interpretamenta prava ac falsas illationes adnotare, propter complures, ut experti sumus ipsi, in impiorum ejus dogmatum professionem seductos.

Eusebius, Hist. Eccl. lib. IV. *cap.* 16.

Ταῦτα μὲν ἔν ὁ Ἰουστῖνος. ὅτι δὲ κατὰ τὴν αὐτοῦ προφάσιν πρὸς ὃ Κρήσκεντος συσκευασθεὶς ἐτελειώθη, Ταλιανὸς ἀνὴρ τὰ πρῶτον αὐτοῦ βίου σοφιστεύσας ἐν τοῖς Ἑλλήνων μαθήμασι, καὶ δόξαν ὑπομείνας ἐν αὐτοῖς ἀπενέγκασθαι μέγαν· πολλοῦ τε ἐν συγγράμμασιν αὐτοῦ καταλιπὼν μνημεῖα, ἐν τῷ πρὸς Ἕλληνας ἱστορεῖ λέγων ὧδέ πως· καὶ ὁ θαυμασιώτατος Ἰουστῖνος ὀρθῶς ἐξεφώνησεν, εἰκότως τοὺς προειρημένους λῃστὰς. εἶτ' ἐπειπών τινα περὶ τῶν φιλοσόφων, ἐπιλέγει ταῦτα· Κρήσκης γὰρ κ.τ.λ.

Hactenus Justinus. Quem quidem, sicut ipse prædixerat, structis à Crescente insidiis, martyrio esse coronatum Tatianus vir qui primo ætatis suæ tempore Rhetoricam docens, in Gentilium disciplinis summâ cum laude versatus est, & qui plurima ingenii sui monumenta posteris reliquit, in libro adversus gentes testatur his verbis: Et rectè Justinus vir omnium admiratione dignissimus eos latronibus similes esse dixit. Pauca deinde interlocutus de philosophis, hæc subjungit: Crescens quidem &c.

e Vide Tatianum pag. 71.

Idem, Hist. Eccl. lib. IV. *cap.* 28.

Ἧς παρεκλροπῆς ἀρχηγὸν καταξῆναι Ταλιανὸν λόγος ἔχει.

Hujus sectæ [Encratitarum] auctorem fuisse perhibent Tatianum.

Idem, Hist. Eccl. lib. IV. *cap.* 29.

Ὁ μὲντοι γε πρῶτος αὐτῶν ἀρχηγὸς ὁ Ταλιανὸς, συναφεῖάν τινα καὶ συναγωγὴν οὐκ οἶδ' ὅπως τῶν Εὐαγγελίων συνθεὶς, τὸ διὰ τεσσάρων τοῦτο προσωνόμασεν. ὃ δὴ δὴ

Cæterum primus eorum auctor atque institutor Tatianus, catenam & collectionem nescio quam Evangeliorum contexuit, quam διὰ τεσσάρων, hoc est Evangelium ex quatuor Evangeliis compositum nominavit: quod opus

opus à quibuſdam etiamnum habetur. Aiunt etiam nonnulli auſum illum eſſe dicta Pauli Apoſtoli elegantioribus verbis exprimere, utpote qui compoſitionem verborum illius corrigere ſtuderet. Maximum certè librorum numerum ab eo relictum eſſe conſtat. Ex quibus præcipue multorum teſtimonio laudatur inſignis ille adverſus Gentiles liber: in quo repetitis prioris ævi temporibus, Moſem & cæteros Hebræorum prophetas, omnibus qui apud Græcos celeberrimi extiterunt vetuſtiores fuiſſe convincit. Qui quidem liber, omnium quos ille ſcripſit elegantiſſimus ſimul atque utiliſſimus videtur.

πσιν εἰσέτι νῦν φέρεται. τοῦ δὲ Αποστόλε φασὶ τολμήσαί τινας αὐτὸν μεταφράσαι φωνὰς, ὡς ἐπιδιορθώσασθαι αὐτῶν τὴν τῆς φράσεως συνταξιν. Καταλέλοιπε δὲ ἔτος πολύ τι πλῆθος συγγραμμάτων, ὧν μάλιστα ἐν πολλοῖς μνημονεύεται διαβόητος αὐτοῦ λόγος, ὁ πρὸς Ελληνας. ἐν ᾧ καὶ τῶν ἀνέκαθεν χρόνων μνημονεύσας, τῶν παρ' Ἕλλησιν εὐδοκίμων ἁπάντων παλαιότερον Μωϋσέα τε καὶ τοὺς Εβραίων προφήτας ἀπέφηνεν· ὃς δὴ καὶ δοκεῖ τὸ συγγραμμάτων ἁπάντων αὐτῷ κάλλιστός τε καὶ ὠφελιμώτατος ὑπάρχειν.

Euſebius, in Canonis Præfatione.

Hieronymo Interprete.

Moſem gentis Hebraicæ, qui primus omnium Prophetarum ante adventum domini Salvatoris divinas leges ſacris literis explicavit, Inachi fuiſſe temporibus eruditiſſimi viri tradiderunt: Ex noſtris, Clemens, & Africanus, & Tatianus; ex Judæis, Joſephus & Juſtus, veteris hiſtoriæ monimenta replicantes.

Apud Syncellum, Chronogr. p. 65.

Μωϋσέα * γένος Εβραίων πρωφητῶν ἁπάντων πρῶτον, ἀμφὶ τοὺς, πρὸ ἐμῶν, λέγω δὲ τὸ Χριστοῦ, ἀμφί τε τὸ τὰ ἐθνῶν δι' αὐτοῦ θεογνωσίας χρησμοὺς, καὶ λόγια θεία γραφῇ παραδεδωκότας, τοῖς χρόνοις ἀκμάσαι κατὰ Ιναχον, εἰρήκασιν ἄνδρες ἐν παιδεύσει γνώριμοι, Κλήμης, Αφρικανὸς, Ταλιανὸς, τὰ καθ' ἡμᾶς λόγῳ, τῶν τε ἐκ περιτομῆς Ιώσηπος καὶ Ἰοῦστος ἰδίως ἕκαστος τὴν ἀπόδειξιν ἐκ παλαιᾶς ὑποκειμένης ἱστορίας.

* κατὰ γένος Εβραίων.

Epiphanius, Hæreſi XLVI.

Tatianus quidam poſt illos [Severianos] extitit: qui ſive

Ταλιανός τις ἀνέστη τούτοις διαδεξάμενος, ἤτοι κατὰ τοὺς αὐτῶν

αὐτῶν χρόνῳ ὢν, ἢ μετ' αὐτὸν, πάλιν τινὰ ἑαυτοῦ τῆς κενοφωνίας διδασκαλίαν ἐσεισήσατο, ἣ τὰ μὲν πρῶτα οἷα δὴ ἀπὸ Ἑλλήνων παιδείας ἐπ' ἀρχὴν, σωακμάζει Ἰουστίνῳ τῷ φιλοσόφῳ. — Τὰ πρῶτα καλῶς φερόμενος, καὶ τῇ πίστει ἐρρωμένως ἐτύγχανεν, ὅσον ἐπὶ σὺν τῷ ἁγίῳ Ἰουστίνῳ τῷ μάρτυρι. ὅτε δὲ ἐτελεύτα Ἰουστῖνος ὁ ἅγιος, ὥσπερ τυφλὸς χειραγωγούμενος ὑπὸ ἑτέρου ἐκκλίνων καταλειφθείς, καὶ καταληφθεὶς ὑπὸ κρημνὸν ἑαυτὸν ἐκδοὺς ἀπὸ τῆς ἐσομένης αὐτῷ τυφλώσεως, καταφέρεται ἀνεπισχέτως, ἕως εἰς θάνατον κατενεχθείη, ἕτως ἐ αὐτός. Καὶ ἐπὶ μὲν Σύρος τὸ γένος, ὡς ἡ εἰς ἡμᾶς ἐλθοῦσα γνῶσις περιέχει. τὸ δὲ αὐτοῦ διδασκαλεῖον ἐσεισήσατο ἀπ' ἀρχῆς μὲν ἐν τῇ Μέσῃ τῆς ποταμῶν, ὡς περὶ τὸ δωδέκατον ἔτος Αντωνίνου τοῦ Εὐσεβοῦς Καίσαρος ἐπικληθέντος. Ἀπὸ Ῥώμης γὰρ μὲν ἐπὶ τὸν ἁγίου Ἰουστῖνον πλείοσιν διελθὼν ἐπὶ τὰ τῆς ἀνατολῆς μέρη, καὶ ἐκεῖσε ἀφορίσεων, κακὴν ἀφνοΐαν εἰσπεσὼν, αἰῶνάς τινας κατὰ τοὺς μύθους Οὐαλεντίνου, καὶ ἀρχάς τινας, καὶ προβολὰς ἐ αὐτὸς εἰσηγήσατο. τὸ δὲ πλεῖστον τοῦ αὐτοῦ κηρύγματος ἀπὸ Ἀντιοχείας τῆς πρὸς Δάφνῃ, καὶ ἐπὶ τὰ τῆς Κιλίκων μέρη, ἐπὶ πλεῖον δὲ ἐν τῇ Πισιδίᾳ ἐκράτυνεν. ἀπὸ τούτου γὰρ κατὰ ἀφ-

eodem penitus tempore, ſive paulo poſt emerſerit, novam vaniſſimæ doctrinæ Scholam inſtituit. Is primum, utpote Græcis eruditus artibus, Juſtini Philoſophi conſuetudine uſus eſt. —— Quamdiu cum ſancto Martyre vixit, cùm cæteris in rebus honeſtiſſimè ſe geſſit, tum egregia fuit ac conſtanti fide præditus. Sed illo mortuo, perinde ac ſi cæcus ab altero deductus à ductore deſtituatur, in præceps ſeſe committens, præcæcitate deorſum ita fertur, ut cohibere lapſum nequeat, donec in exitium ruat: ita Tatiano contigit. Erat autem hic quemadmodum accepimus, natione Syrus. Qui primùm in Meſopotamia novam ſectam condere aggreſſus eſt, circa annum duodecimum Imperatoris Antonini cognomento Pii. Quippe poſt ſancti Juſtini Martyrium Roma profectus in Orientem, & ibidem habitans, in abſurdas opiniones incidit, ac neſcio quos Æonas è Valentinianis fabulis, & principia quædam ac propagationes commentus eſt. Sed Antiochia præſertim quæ ad Daphen eſt, illius dogma derivatum in Cilicia, ac Piſidia cum primis coaluit. Hinc enim Encratitarum orta

ſucceſſio

ſucceſſio eſt, quibus venenum illud aſperſum. Ferunt opus illud quod ex IV Evangeliis contextum eſt, quodque ſecundum Hebræos nonnulli vocant, ab eo eſſe conſcriptum. Cæterum eadem fere cum antiquis Hæreſibus defendit. Ac primùm Adamum negat eſſe ſalvum. Deinde continentiam cælibemque vitam prædicat. Nuptias adulterium eſſe merum ac corruptelam exiſtimat; nec ab illa diſcrepare penitus, ſed idem & unum eſſe. —— Similiter & myſteria quædam ad Eccleſiæ ſanctæ imitationem inſtituit, ſed ad ea tamen nihil præter aquam adhibuit. Verum ne ille quidem poterit ratione ulla conſiſtere, cujus tam imbecillum miniméque cohærens eſt dogma. Ac niſi fallor hoc tempore cum omni Schola ſua extinctus intercidit.

δοχλῶ οἱ Ἐγκρατῖται λεγόμενοι, ὃ ἰδ μετοχηκότες ὑπάρχεσι. λέγεται δὲ τὸ, Ἀλὰ τεσσάρων Εὐαγγελίων (l. Εὐαγγελιον) ὕτω' αὐτὸ γεγραφὸς, ὅπερ κατὰ Ἑβραίους τινὲς καλέσι. Τὰ αὐτὰ δὲ τῶ παλαιαῖς Αἱρέσεσι καὶ ἀτόμως δογματίζει. Ὁ πρῶτον μὲν Ἀδὰμ σώζεσθαι μὴ σώζεσθαι τὸν Ἀδάμ. ἐγκράτειαν δὲ ἅπας κηρύτ̃ει. τὸν δὲ γάμον πορνείαν καὶ Φθορὰν ἡγεῖται, Φάσκων μηδὲν Ἀλαλάτ̃ειν πορνείας τὸν γάμον, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ εἶναι. —— Μυσηρίοις δὲ ὡσαύτως κέχρηται, κατὰ μίμησιν τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας, ὕδατι δὲ μόνῳ χρώμενος ἐν τοῖς αὐτοῖς μυσηρίοις. πεσεῖν δὲ καὶ ἅπας κατὰ πάντα τρόπον, ἀσύστατον ἔχων τὸ κήρυγμα. Ηδη δὲ καὶ ἅπας καταφθαρθεὶς οἶμαι, ἔληξε καὶ τὸ τοῦτο διδασκαλεῖον.

Hieronymus, in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum.

Tatianus, qui primum Oratoriam docens, non parvam ſibi ex arte Rhetorica gloriam comparaverat, Juſtini martyris ſectator fuit, florens in Eccleſia, quamdiu ab ejus latere non diſceſſit. Poſtea verò inflatus eloquentiæ tumore, novam condidit hæreſim, quæ Encratitarum dicitur, quam poſtea Severus auxit, à quo ejuſdem partis hæretici Severiani uſque hodie appellantur. Porro Tatianus infinita ſcripſit volumina, è quibus unus contra gentes florentiſſimus extat liber, qui inter omnia opera ejus fertur inſignis. Et hic ſub Imperatore M. Antonino Vero & L. Aurelio Commodo floruit.

Idem,

Idem, Commentariis in Amos cap. 2.

De hoc loco hæresim suam Tatianus Encratitarum princeps struere nititur, vinum asserens non bibendum, cum & lege præceptum sit, ne Nazaræi bibant vinum, & nunc accusentur à propheta, qui propinent Nazaræis vinum.

Idem, proœmio Comment. in Epistolam ad Titum. f

Sed Tatianus Encratitarum patriarches, qui & ipse nonnullas Pauli Epistolas repudiavit, hanc vel maxime, hoc est, ad Titum, Apostoli pronunciandam credidit, parvi pendens Marcionis & aliorum, qui cum eo in hac parte consentiunt, assertionem.

f Meminit Tatiani etiam alibi Hieronymus; nempe libro primo contra Joviniamum cap. 1. in Commentariis ad cap. 7. *Oseæ.* cap. 1. *Joel.* cap. 3. *Amos.* cap. 6. *Epist. ad Galatas.*

Philastrius, tractatu de Hæresibus cap. 48.

Post Decii autem persecutionem fuit Tatianus quidam, discipulus sancti Justini martyris, qui recessit à veritate post passionem ipsius: doctrinamque tanti ac tam beati martyris, & magistri contempsit in omnibus, dicens Æonas quosdam de cœlo fuisse prolatos. Addens etiam hoc: Adam patrem nostrum protoplastum non salvari. Æonas autem nuncians, sicut Marcion deliravit. Qui etiam generationem hominum execratur, & jus nuptiarum legitimum abjicit, idque juris à Deo statutum non confitetur.

Augustinus, Hæresi 25.

Tatiani à Tatiano quodam instituti, qui & Encratitæ appellati sunt, nuptias damnant, atque omnino pares eas fornicationibus aliisque corruptionibus faciunt: nec recipiunt in suorum numerum conjugio utentem, sive marem, sive fœminam. Non vescuntur carnibus, easque omnes abominantur. Prolationes quasdam fabulosas seculorum etiam ipsi sapiunt. Saluti primi hominis contradicunt. Epiphanius Tatianos & Encratitas ita discernit, ut Encratitas Tatiani schismaticos dicat.

Theodoretus, Hæret. Fabul. lib. I. cap. 20. g

Τατιανὸς δὲ ὁ Σύρος, σοφιστὴς ἐγένετο τὸ πρῶτον, ἔπειτα δὲ καὶ θειότερος Ἰουστίνῳ τῷ μάρτυρι ἐγένετο φοιτητής. μετὰ δὲ τοῦτον τὸν δι-

Tatianus vero Syrus, Sophista primum fuit, postea divini quoque Justini martyris discipulus. Post magistri vero

g Confer lib. V. c. 24.

d mortem,

mortem, hæresis princeps fieri voluit. Figmenti porro materiam emendicavit, à Valentino quidem Æonum productiones, à Saturnilo autem & Marcione, quod nuptias respuat, & animantium vinique usum. Hunc habent ducem qui Hydroparastatæ & Encratitæ dicuntur. Hydroparastatæ autem vocantur, quod aquam pro vino offerant: Encratitæ, quod nec vinum bibant, nec animatis vescantur. Ab his autem abstinent, tanquam malum abhorrentes. Cœlibatum quoque observant, nuptias scortationem appellantes, & legitimam conjunctionem diabolicam vocantes. Hic Evangelium, quod diatessaron dicitur, composuit, amputatis genealogiis, & aliis omnibus, quæ Dominum ex semine David secundum carnem natum ostendunt. Eoque usi sunt, non modò qui ejus erant sectæ, sed ii etiam qui Apostolica dogmata sequebantur, compositionis fraudem non cognoscentes, sed simpliciùs tanquam compendiario libro utentes. Nactus sum etiam ipse libros hujusmodi supra ducentos in honore habitos in Ecclesiis nostris, quos omnes in unum congestos seposui, & pro his quatuor Evangelistarum Evangelia introduxi.

δασκάλε πλείωσιν, ἐπόησε γλυφὰς προσώπης αἱρέσεως. ἠρανίσατο ἢ τὰς ἐξ ὑλάσμάτων ἀφορμὰς, ἀπὸ μὲν Βαλεντίνε, τὰ αἰώνων τὰς προβολὰς, ἀπὸ δὲ Σατορνίλε, καὶ Μαρκίωνος, τὰ τὸ γάμου βδελύττεσθαι, καὶ τῶ τὸ ἐμψύχων, & τῶ τὸ οἶνε μεταλήψιν. τὸ τὸν ἔχεσιν ἀρχηγὸν οἱ λεγόμενοι Ὑδροπαραστάτα & Ἐγκρατῖτα. Ὑδροπαραστάτα ἢ ὀνομάζονται), ὡς ὕδωρ ἀντὶ οἶνε προσφέροντες· Ἐγκρατῖται δὲ, ὡς μήτε οἶνον πίνοντες, μήτε τὸ ἐμψύχων μεταλαμβάνοντες. ἀπέχονται δὲ τούτων, ὡς πονηρὸν μυσταγώγημα. καὶ τῶ γαμίαν ἢ μετάσι, πορνείαν τὸ γάμον προσαγορεύοντες, & τῶ ἔννομον κοινωνίαν διαβολικῶ ὀνομάζοντες. ὅτος καὶ τὸ διὰ τεσσάρων καλούμενον συνέθεικεν Εὐαγγέλιον, τὰς τε γενεαλογίας ἀφελόμενος, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα γεγεννημένον τὸ Κύριον δείκνυσιν. ἐχρήσαντο δὲ τούτῳ, οὐ μόνοι οἱ τὰ ἐκείνε συμμορίας, ἀλλὰ καὶ οἱ τῆς ἀποστολικῆς ἑπόμενοι δόγμασι· τὸ τὰ συνθήκης κακουργίαν οὐκ ἐγνωκότες, ἀλλ' ἁπλούστερον ὡς συντόμῳ τῷ βιβλίῳ χρησάμενοι. εὗρον δὲ καὶ ἐγὼ πλείους ἢ διακοσίας βίβλους τοιαύτας ἐν τῆς παρ' ἡμῖν ἐκκλησίας τετιμημένας, καὶ πάσας συναγαγὼν ἀπεθέμην, & τὰ τὸ τεσσάρων Εὐαγγελιστῶν ἀντίσηγαγον Εὐαγγέλια.

Joseph

Josephi Υπομνηστικόν.

Codex MS. in Bibliotheca publica Cantabrigiensi. i

ΚΖ'. Ταλιανοί. Ταλιανὸς ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ γεγόνει (lege ἐγεγόνει) τῶν ἐγκρατιτῶν αἵρεσιν συνεστήσατο· ἣν ἴσασιν οἱ πολλοί.

XXVII. Tatiani. Tatianus Encratitarum hæresim in Mesopotamia instituebat: quam hæresin norunt permulti.

i De Codice isto fuse & erudite agit doctissimus D.Cave. Hist. Liter. Tom. II. p. 138.

Victor Capuanus.

Præfat. in Ammonii Harmoniam Evangel.

Tatianus contra Gentes magnificos libros edidisse narratur.

Jo. Malala, *Chronograph. p.* 312.

Ὁ δὲ ἅγιος Παῦλος μὴ τῶν τὰ ἐλθὼν ἐν Αντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ, καὶ μαθὼν ταῦτα περὶ τοῦ ἁγίου Πέτρου, παντὸς τὸ σκάνδαλον περιεῖλε, καὶ πάντας ἴσως ἐδέξατο, καὶ ἠγάπα, προετρέπετο· ἅπαντας· καθὼς συνεγράψαντο ταῦτα οἱ σοφώτατοι, Κλήμης καὶ Ταπιανὸς, οἱ χρονογράφοι.

Divus autem Paulus Antiochiam magnam reversus, & de his quæ ad Petrum attinent certior factus; scandalum hoc ubique de medio sustulit, omnesque sine discrimine amplexus, ad salutem perducere conatus est: uti hæc Clemens, & Tatianus, sapientissimi Chronographi literis prodiderunt.

J. Damascenus, Lib. de Hæresibus.

Apud Cotelerium, Monument. Eccles. Græc. Tom. I. *p.* 292.

Ταπιανὸς ἦτος συνήκμασεν Ιουστίνῳ τῷ ἁγιωτάτῳ μάρτυρι καὶ φιλοσόφῳ. μεθ' ὃν δὲ τὸν αὐτὸν πολεμοῦσιν προσεφθάρη τοῖς τοῦ Μαρκίωνος δόγμασιν, καὶ ἴσα αὐτῷ ἐδογμάτισεν, προσθεὶς καὶ ἕτερα παρ' ἐκεῖνον. ἐλέγετο δὲ ἀπὸ Μεσοποταμίας ὁρμᾶσθαι.

Iste Tatianus floruit cum Justino sanctissimo martyre ac philosopho. Post cujus obitum, ad pernicioſa Marcionis dogmata accessit, similiaque docuit, additis tamen aliis. E Mesopotamia autem ortum duxisse traditur.

Timotheus Presbyter C. P.

Apud Cotelerium, Monument. Eccleſ. Græc. Tom. III. *p.* 379.

Hydroparaſtatæ auctorem Hæreſis ſuæ habuerunt unum è diſcipulis Juſtini philoſophi & martyris. Aiuntque illum poſt ſancti Juſtini martyrium abſceſſiſſe ab Eccleſia, atque excogitaſſe hanc Hæreſim.

Υδροπαραστάται ἀρχηγὸν τῆς αἱρέσεως ἔσχον ἕνα τῶν μαθητῶν Ἰουστίνου τοῦ Φιλοσόφου καὶ μαρτυρος. Φασὶ δὲ, ὅτι μετὰ τὸ μαρτύριον τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου ἀποστὰς τῆς Ἐκκλησίας, ἐφεῦρε ταύτην τὴν αἵρεσιν.

Chronicon Alexandrinum, pag. 91. *Edit. Pariſ.*

Tyriis imperavit Thiramus, cujus filiam duxit Solomon, ut narrat Tatianus.

Τυρίων ἐβασίλευσε Θίεραμος, ἧς τὴν θυγατέρα ἔγημε Σολομών, καθὼς ἱστορεῖ Ταπιανός. [k]

k Vide Tatianum pag. 128. l. 11.

Idem, pag. 232.

Quinto hoc anno Claudii, Paulus, qui antea ordinatus fuerat Apoſtolus, ingreſſus eſt Antiochiam magnam, & cum didiciſſet quæ Petrus egerat, ubique ſcandalum ſuſtulit; omneſque admiſit, eos complexus ac adhortatus, quemadmodum de illo ſcribunt Clemens, & Tatianus Chronographi.

Τούτῳ τῷ πέμπτῳ ἔτει Κλαυδίου, προχειροτονηθεὶς Παῦλος εἰσῆλθεν εἰς Ἀντιόχειαν τὴν μεγάλην, καὶ μαθὼν περὶ τοῦ ἁγίου Πέτρου, πανταχοῦ τὸ σκάνδαλον πεποίηκεν, καὶ πάντας ἐδέξατο καὶ παρεκάλεσε προτρεψάμενος πάντας, καθὼς συνεγράψατο τὰ περὶ τούτου Κλήμης, καὶ Ταπιανὸς ὁ χρονογράφοι. [l]

l Conſer Malalæ teſtimonium ſuprà allatum. Vide & Clementis Recogn. lib. X. c. 6[illegible]

Idem, pag 260.

Encratitarum hæreſis exorta, quæ peregrinam & exitialem in mundo induxit opinionem, Tatianum habuit auctorem. Is ex Juſtini auditoribus, quoad ille vixit, non omnino auſus

Ἡ τῶν Ἐγκρατιτῶν αἵρεσις ἀνεφύησα ξενίαν καὶ φθορποιὸν ψευδοδοξίαν εἰσάγουσα ἐν βίῳ, Ταπιανὸν ἀρχηγὸν ἔσχεν. οὗτος ἦν τῶν μαθητῶν Ἰουστίνου γεγονὼς, ἕως μὲν ἦν ὁ Ἰουστῖνος, οὐδ' ὅλως ἐτόλμα ἐνδεῖ-

ξασθαι

ξαδε τὴν διαφθορὰν τ ὑγιοῦς καὶ ἀληθοῦς περὶ θεοῦ λόγου. Ἀποθανόντος δὲ αὐτοῦ, ἤρξατο κενοῖς λόγοις καὶ ἀπλοῖς δογματίζειν ἀγαμίαν, ὡς καὶ οἱ περὶ αὐτὸν Σατορνῖνος καὶ Μαρκίων ἠρέμα σιὼ αὐτοῖς τὰ ἀρχαῖα τῶν πλάσιν τοῦ θεοῦ, καὶ κατηγόρων, τὸ ἄρρεν καὶ τὸ θῆλυ εἰς γένεσιν ἀνθρώπων πεποιηκότος. Ἐκ τῶν λεγομένων παρ αὐτοῖς ἐμψύχων ἀποχὴν εἰσηγήσατο, ἀχαριστοῦντας τῷ τὰ πάντα πεποιηκότι θεῷ. Ἀναλέγουσι δὲ τὴν τοῦ πρωτοπλάστου σωτηρίαν, ἣ τοῦτο νῦν ἀμφίβολον παρ αὐτοῖς. τοῦτον Τατιανὸς πρῶτος ταύτην εἰσηνέγκατο τὴν βλασφημίαν. καὶ αἰῶνάς τινας ἀορίστους ὁ αὐτὸς εἰσάγει, ὁμοίως τοῖς περὶ Οὐαλεντῖνον μυθολογήσας· γάμον τε φθορὰν καὶ πορνείαν συναπλήσιον Μαρκίωνι καὶ Σατορνίνῳ ἀναμορφούσας· καθ' ὧν πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι ἔγραψαν, ἱκανὰ δὲ καὶ Μουσανός.

est intemeratæ Christi fidei corruptionem prodere. Justino verò extincto, vanis cœpit illatis sermonibus, velut mente captus ac ebrius, cœlibatum prædicare, quemadmodum Saturninus & Marcion ante ipsum fecerant, & eorum asseclæ; abrogato ac damnato antiquo Dei opere, qui marem & fœminam ad hominum generationem condidit. Sed & eorum, quæ animâ prædita appellant, abstinentiam induxit, ingrati mortales erga omnium conditorem Deum. Quinetiam primi hominis Adam salutem negant, idque tum primum ab iis aidnventum: primus enim Tatianus hanc impietatem excogitavit, sed & Æonas quosdam indefinitos idem inducit, iis quæ à Valentino prodita fuerant, fabulas intermiscens. Connubium etiam, secundum fere Marcionis ac Saturnini sententiam, corruptionem ac stuprum esse dictitans: quos contra scripsere multi alii, in iis vero sat multa Musanus.

G. Syncellus, Chronogr. pag. 63.

Ἀφρικανὸν δὲ καὶ Κλήμεντα τὰ Στρωματεῖα, καὶ Τατιανὸν, τὸν καθ' ἡμᾶς λόγου ἄνδρας, ἐν πᾶσι πίστει γνωρίμους πάντας, (φάναι) κατὰ Ἰνάχον καὶ Φορωνέα τὸν Ἰνάχου, πρώτους Ἀργείων βασιλεῖς, ἡγεῖσθαι Μωσέα. [m]

Africanum quoque, & Clementem à Stromatibus celebrem, & Tatianum concordis nobis fidei viros, eruditione præstantes cunctos, (dicere) Inachi Phoroneique ejus filii primorum regum Argivorum ætate Moysen vixisse.

m Vide Tatianum p. 132.

Idem,

Idem, Chronograph. pag. 121. [n]

Tatianus & Africanus conſentiunt Moſem extitiſſe tempore Inachi.

Ταπιανός τε καὶ Αφρικανὸς συνομολογοῦσι κατὰ Ιναχον γλυφθῆναι Μωσέα.

n Meminit & Tatiani Syncellus p. 148.

Ado Viennenſis, in Chronicis.

M. Antonino Imperatore claruit Tatianus hæreſiarcha Encratitarum: qui quamdiu à Juſtini martyris latere non diſceſſit, floruit in Eccleſia. Hujus errorem Severianus auxit, à quo Severiani.

G. Cedrenus, Hiſtor. compend. pag. 250.

Scribit Clemens, ejus [Antonini Pii] tempore Romæ nobiles fuiſſe ſectarum principes, Valentinum, Cerdonem, & Marcionem, & Tatianum, & Bardeſanem: ac apud Phryges Priſcillam & Maximillam falſas vates.

Ὡς φησι δὲ Κλήμης, ὅτι ἐπὶ αὐτοῦ Οὐαλεντῖνος καὶ Κέρδων καὶ Μαρκίων ἐν Ρώμῃ αἱρεσιάρχαι ἐγνωρίζοντο, καὶ Ταϊανὸς καὶ Βαρδησάνης· καὶ Πρίσκιλλα καὶ Μαξιμίλλα αἱ ψευδοπροφήτιδες κατὰ Φρύγας ἐγνωρίζοντο.

Honorius Auguſtodunenſis, de Scriptor. Eccl. cap. 30.

Tatianus hæreſiarcha infinita ſcripſit volumina. Hic Juſtini Philoſophi diſcipulus fuit; in Rhetorica quam maxime floruit; novam hæreſin condidit.

Zacharias Chryſopolitanus, Præfatione in Ammonii Μονοτέσσαρον.

Tatianus vir eruditiſſimus, & eleganti eloquentia præditus, unum ex quatuor compaginavit Evangelium, & magnificos contra Gentes libros edidit.

Nicephorus, Eccleſ. Hiſt. lib. III. *cap.* 32.

Tatianus ſatis teſtatur, vir egregius, qui primam ætatem Græcorum diſciplinis docendis conſumpſit, magnamque in eis laudem eſt conſequutus, quique non pauca memoriâ digna nobis etiam ſcripta reliquit.

Ἀπόχρη δὲ Ταϊανῷ παιδείας ἀνδρὶ, τὰ μὲν πρῶτον αὐτὸν εἰσῆκον ἐν τοῖς τῶν Ελλήνων μαθήμασι σοφιζεύσαντα, καὶ βαθεῖαν ἐσχηκότα δόξαν ἐν τούτοις· οὐκ ἐλάχιστα δὲ καὶ μνήμης ἄξια καὶ λόγων ἡμῖν καταλελοιπότι.

Hi

His ſubnectere viſum eſt, quæ doctiſſimus Guilielmus Cave *ſcripſit de* Tatiano *noſtro*: *Hiſt. Literar. p.* 46.

Tatianus, genere Syrus, profeſſione Sophiſta, cultu Gentilis, dein Chriſtianus, Juſtini M. diſcipulus factus erat; quem Romam uſque comitatus, Creſcentis ibi odium, atque inimicitias expertus eſt. Poſt mortem Præceptoris, tanquam cœcus duce deſtitutus, in præcipitia ſe dedit. Inflatus enim arrogantiâ, & eloquentiæ tumore, novam quandam Hæreſin condidit, damnans matrimonium veluti corruptionem, ac ſtuprum, immò τὸν γάμον τῆς ἀλῆθείας pronuncians, inducens adhuc à vino & animatis abſtinentiam, aquâ ſolummodo etiam in ſacris myſteriis adhibitâ: unde Sectatores ejus *Encratitæ*, & *Hydroparaſtatæ* dicebantur. Negavit præterea Adamo ſalutem, & cum Valentino Æones quoſdam inviſibiles commentus eſt. Denique in *libro adversùs Gentiles* ſcribit animas humanas naturâ ſuâ mortales eſſe, beneficio verò divino immortales factas; ita tamen ut impiorum animæ cum corpore intereant, & cum eo iterum reſurgant æternis pœnis plectendæ. Reverſus in Orientem, Scholam primò aperuit in Meſopotamiâ, circa annum CLXXII. M. Aurelii Antonini XII. (malè habet Epiphanius Antonini Pii.) Præcipuè verò Antiochiæ ad Daphnen, in Ciliciâ etiam, & Piſidiâ prædicavit. De morte ejus nihil conſtat. Scripſit πολὺ τὸ πλῆθος τῶν συγγραμμάτων, inquit Euſebius, [o] *infinita volumina*, uti Hieronymus [p]: in quibus familiam ducit, omnium quos ſcripſit, κάλλιστός τε, καὶ ὠφελιμώτατος, *elegantiſſimus ſimul ac utiliſſimus*, inſignis ille *adversùs Gentiles liber*; in quo repetitis ævi prioris temporibus, Moſen, cæteroſque Prophetas omnibus, qui apud Græcos celeberrimi exſtiterunt, vetuſtiores fuiſſe; Græcoſque ipſos omnia penè ſua, quibus gloriantur, ſtudia à Barbaris accepiſſe convincit. *Catenam* inſuper, ſive *Harmoniam Evangeliorum*, Euſebio & Theodorito memoratam, contexuit, quam διὰ τεσσάρων, ſeu Evangelium ex quatuor Evangeliis compoſitum nominavit; amputatis ex eo genealogiis, & aliis omnibus, quæ Dominum ex ſemine Davidis ſecundùm carnem natum oſtendunt: eoque tanquam libro compendiario, fraude non animadverſâ, uſos eſſe non modò ejus Sectatores, verùm & eos qui Apoſtolica dogmata ſequebantur, teſtis eſt

o Euſeb. lib. IV. cap. 29. p De Script. cap. 39.

Theodo-

Theodoritus. Quin & erant, qui hunc librum *Evangelium ſecundum Hebræos* vocabant, quod ex Epiphanio liquet. Latinè extat hæc *Harmonia Evangelica*, Orthodoxogr. Tom. I. & Bibliothec. Patr. Tom. II. Ammonio Alexandrino perperam adſcripta, uti & Ammonii *Harmonia* Tatiano malè inſcribitur. Quod ex Victoris Capuani Ammonianæ Harmoniæ interpretis errore primò ortum videtur, & facillimè agnoſcitur ex Harmoniæ Tatiani notis in Theodorito & Euſebio repertis, quæ Harmoniæ Ammonio inſcriptæ ad amuſſim conveniunt, & viciſſim: (ſed de hâc re vide plura in Ammonio) licèt eam ab Interprete Latino, viro ſane non ineleganti multùm mutatam fuiſſe lubens conceſſerim. Scripſit item librum *de Perfectione ſecundum Servatorem*, quo matrimonium damnavit, & illicitum eſſe probare contendit. Fragmentum quoddam inde citat ac refellit Clemens Alex. Strom. lib. III. p. 460. *Problematum* etiam *librum* à Tatiano conſcriptum memorat Rhodon apud Euſeb. lib. V. cap. 13. *Chronicon* etiam ei affingit Ruffinus [q]. Verùm errorem iſtum ex malè intellectis Euſebii (lib. VI. cap. 13.) verbis ortum eſſe conſtat. Ex reliquis operibus ne Tituli quidem ad nos pervenerunt. Unicum adhuc de eo referam, quod ex nonnullorum traditione habet Euſebius [r], auſum illum eſſe dicta Pauli Apoſtoli elegantioribus verbis exprimere, utpote qui compoſitionem verborum illius corrigere ſtuderet.

q Hiſt. Eccleſ. lib. VI. cap. 11. r Lib. IV. cap. 29.

TATIA-

[1]ΤΑΤΙΑΝΟΥ ΠΡΟΣ [2]ΕΛΛΗΝΑΣ.

[a] Ὅτι οὐδὲν τῶν ἐπιτηδευμάτων, οἷς Ἕλληνες καλλωπίζονται, Ἑλληνικόν· ἀλλὰ ἐκ βαρβάρων τὴν [3]εὕρεσιν ἐσχηκός.

TATIANI ORATIO AD GRÆCOS.

Quod nihil eorum quibus Græci gloriantur ſtudiorum apud ipſos natum, ſed omnia à Barbaris inventa ſint.

Conrado Geſnero Tigurino interprete.

[a] 141. Μὴ [b] πάνυ φιλέχθρως διατίθεσθε πρὸς τοὺς βαρβάρους, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες,

I. NON decet vos, ô Græci, odio tanto proſequi Barbaros, & ipſorum placitis

a In Codice Regis Galliarum priori, à ſexcentis circiter annis exarato, quem deinceps titulo *Gall.* 1. deſignabimus, iſta ὅτι οὐδὲν τῶν, &c. exarata ſunt per modum Scholii. Et quidem cùm argumenti hujus orationis particulam duntaxat indicent, adſuta omnino videntur à recentiori aliquo Græculo. b πάντως Regis Galliarum Codex alter, ſuperiore ſæculo deſcriptus; cujus nota in ſequentibus, erit *Gall.* 2.

1 Ταλκωῦ] Elegantiſſima hæc Tatiani Oratio, cùm à nemine adhuc Latino ſermone reddita, ſed ne Græcè quidem typis excuſa legeretur, digna mihi in qua elaborarem viſa eſt. Quantumvis enim tranſlationi contumax, & obſcura non uno nomine videretur, cum rerum hiſtoriarumque copia & varietate, quantam in opere tantillo vix unquam obſervavi, tum multo magis propter exemplar vitioſum, quod unicum & manuſcriptum habui, à Joanne Friſio noſtro Venetiis allatum: Volui tamen difficultatibus iſtis colluctando ingenii vires experiri & exercere, quoad ejus per pauculos dies licuit. Quòd ſi aliquid præſtiti, & non fruſtra mihi ceſsêre conatus mei, eſt ſanè quod gaudeam: ſin minus, nonnihil ſaltem æſtimabitur, hoc initium & occaſionem aliis poſt me transferendi felicioribus ingeniis præbuiſſe. Facilius namque primum ſecutus aliquis, quàm primus author, quamvis rem conficere ſolet. Et rectè Ariſtoteles in Organi peroratione: Μέγεθος γὰρ ἔστως ἀρχὴ παντός, ὥσπερ λέγεται, διὸ καὶ χαλεπώτερον ὅσῳ γὰρ κράτιστον τῇ δυνάμει, τοσούτῳ μικροπρεπέστερον ὂν τῇ μεγάθει, χαλεπώτερόν ἐστιν ἀφανίσαι. τούτῳ δὲ εὑρημένῳ, ῥᾴδιον τὸ ἐπιθεῖναι καὶ συναύξειν τὸ λειπόν ἐστι.

Porrò cùm inter transferendum obſcuriores aliquot locos paſſim inquirerem, & varios authores conſulerem, iiſdem

citis invidere. Quod enim apud vos ſtudium, non à barbaris traxit originem? Etenim excellentes quidam in Telmeſo viri, divinationem quæ iiſdem ordine conſcribendis operæ pretium me facturum, & rem ſtudioſis gratam, exiſtimavi: ne aliis quoque minus exercitatis eadem diſquirendi labor incumberet. Non omnia tamen, quæ obſcura videri poterunt, vel per ingenii vel per temporis angustiam, explicare potui. Confido autem bonos & ſtudioſos homines, τοῖς μὲ παρελλειμμένοις συγγνώμιλν, ut iterum Ariſtotelicè dicam, τοῖς δ' εὑρημένοις πολλὴ χάρις ἔξεστι. Sed antequam ad Annotationes veniam, plura de ipſo Tatiano, præter ea quæ poſt epiſtolam dedicatoriam habentur, hic mihi commemoranda duxi.

Primum igitur quòd Aſſyrius gente ſit, & cum Juſtino Martyre Megalopoli vixerit, multam terram peragraverit, multas artes exercuerit, ſtudia multa profeſſus, & tandem Romæ verſatus in Græcorum diſciplinis magna cum gloria excelluerit: & præter hanc Orationem, librum de Animalibus, & alium ὡς τὸς ἀποφαινομένους τὰ θεῖα θεῶν ediderit, ipſe de ſe in hac Oratione teſtatur. Quòd Simiæ cognomen habuerit, utpote qui omnia ingenioſius imitando exprimeret, Cælius ſcribit lib. III. cap. 10. Antiquarum lectionum.

Titulus libelli, argumentum non ſatis indicat: nam ab initio ſolùm Tatianus docet Græcos ſtudia ſua & artes barbaris inventoribus debere. Deinceps verò multa variaque tractat, & abruptis ſæpe parumque cohærentibus ſententiis utitur: omnium tamen hic unus ſcopus eſt, ut mutua colliſione Græcorum ſuperſtitio improbetur, & Chriſtiana Religio confirmetur. Itaque multa Græcorum peccata tum in Religione, tum in reliqua vita recenſet, iiſque Chriſtianorum bona & virtutes ubique opponit: Poſtremo Græcorum Philoſophiam multò poſt Moſen noſtræ ſapientiæ Ducem incepiſſe, certa & jucunda regnorum ac temporum calculatione demonſtrat. *Geſner.*

μηδὲ φθονήσητε τοῖς τέτων δόγμασι. τοῖον γὰρ ἔπιτηδεύμα παρ ὑμῖν, τ' σύσασιν ἐκ δοτὸ βαρβάρων ἐκτήσατο; [2] [c] Τελμισέων" μὴν γὰ

c Τελμισίων *Gall.* 1. 2.

2 Ἑλλήνας] Hellenes, id eſt Græcos, Gentiles ſivè Paganos quoſvis accipe. Sic Helleniſmus Chriſtianiſmo opponitur, humana ſapientia divinæ: quòd Græcorum ſapientes toto terrarum orbe præ cunctis excelluerint. *Geſner.*

3 εὑρῆσαι] De rerum inventoribus copiosè ſcripſit Polydorus Vergilius. Diogenes Laertius, in præfatione operis de vita Philoſophorum, aſſerit à Græcis non ſolùm philoſophiam, verum ipſum quoque hominum genus ab initio manaſſe. *Geſner.*

1 πῶιον γὰ] Hinc ſumtum haud dubito Clementis Alexandrini illud: ἐ μόνον δὲ φιλοσοφίας, ἀλλὰ ἓ πάσης χρήσ τέχνης εὑρεταὶ βάρβαροι. Strom. I. p. 306. Vide omnino Theodoretum *de Curandis Græcorum Affectibus.* p. 467.

2 Τελμισσέων] Ita & Clemens, ad verbum è Tatiano: τελμισσεῖς, τῶ δ' ὀνείρων μαντικῶ. Quin & in proximè ſequentibus, auctorem noſtrum κατὰ πόδας inſecutus eſt. Caribus tribuit, uti noſter, τῶ δ' ἀέρων κατόγνωσιν· Phrygibus, πτήσεις ὀρνίθων. In aliis porrò, quod infrà oſtendemus, Orationem hanc Tatiani mirificè illuſtrat. Hoc quidem loco Phrygibus & Iſauris ſcientiæ auguralis inventoribus, adjungit Arabas. Θυτικῶ autem, ſeu *rationem ſacrificandi*, quam à Cypriis primùm inventam dicit Tatianus, à Thuſcis ἀκριβωμένω, ſeu ad regulas redactam, ac ulterius excultam fuiſſe, notat Clemens.

οἱ δοκιμώτατοι, ‖ τ δ' ὀνείρων ἐξεῦρον μαντικλεύ· Κᾶρες, τ Δι τ ἄστρων πρόγνωσιν· Φρύγες πλήσεις ὀρνίθων, Ἰσαύρων οἱ παλαιότατοι· ‖ Κύπριοι, ἡ μαντικλεύ·[2 d] ἀστρονομεῖν", Βαβυλώνιοι· [3] μαγεύειν, Πέρσαι· [4] γεωμετρεῖν, Αἰγύπτιοι· τὴν Δι γραμμάτων παιδείαν, [5] Φοίνικες. ὅθεν παύσασθε τὰς μιμήσεις εὑρέσεις ἀποκαλοῦντες. πίστιν μὴν γὰρ ἀσκεῖν καὶ ἄδειν Ορφεὺς ὑμᾶς ἐδίδαξεν, ὁ ‖ αὐτὸς καὶ [6] μυεῖσθαι·

ab insomniis fit, invenere: Cares præsagium ex syderibus: Phryges & Isaurorum antiquissimi auspicia: Cyprii haruspicinam: Babylonii astronomiam: Persæ magiam: Ægyptii geometriam: Phœnices denique literarum disciplinam. Ergo definite imitationes vestras pro inventis usurpare. Siquidem poëticæ studium & canendi docuit vos Orpheus, sicut etiam initiatorios ritus:

d Deest *Gall.* 1. 2. nec habet Codex *Ætonensis* noster, superiore seculo exaratus; quem deinceps per notam *Æton.* distinguemus.

1 Κύπριοι] Vide clarissimum Meursium, Cypri sui lib. II. cap. 27.

2 Ἀστρονομεῖν Βαβυλώνιοι] Suffragatur Clemens in Protreptico. Ἀστρονομίαν μεμηχάνηνται παρὰ Βαβυλωνίων. p. 46. Hos artem istam per Zoroastrem inveniisse notat Suidas, & ab iis demum accepisse eam Ægyptios & Græcos. voce Ἀστρονομία.

3 Μαγεύειν Πέρσαι] Ταύτην ἐφεῦρον Μῆδοι καὶ Πέρσαι. Suidas V. Μαγική. Idem alibi *Magusæos* Magicæ artis inventores dicit: sed & Magusæi isti Persæ fuerunt, ipso teste, voce Ἀστρονομία.

4 Γεωμετρεῖν Αἰγύπτιοι] Inundante quotannis Nilo, & confusis agrorum limitibus, Ægyptii Geometriam quasi necessariò invenerunt. *Gesner.* Γεωμετρίας τε αὖ ὁρίστρι γενέσθαι. *Clemens* de Ægyptiis. Strom. I. pag. 306. Vide Protrepticon. p. 46.

5 Φοίνικες.] Literas sedecim ex Phœnicia in Græciam Cadmus Milesius detulit. *Gesner.* Sic Clemens: Φοίνικας δὲ Σύρους γράμματα ἐπινοῆσαι τοιούτους λόγιοι. Strom. I. p. 307. Nempe Phœnices isti, seu Assyrii, haud alii erant quàm Chananæi. Sicut autem lingua istis eadem & Hebræis, ita & literæ Hebræorum (primæ omnium & antiquissimæ) eædem erant quæ Phœnicum, nempe Hebrææ veteres, sive Samaritanæ, quod monet Scaliger in Euseb. ad annum mundi MDCXVII. Horum autem literas cum in alias regiones, tum & speciatim ad Græcos profectas constat. Unde & characteres à Cadmo in Græciam devectos, Φοινικήια γράμματα vocatos fuisse notat Herodotus.

6 μυεῖσθαι] Pausanias in Bœoticis cap. 30. notat Orpheum magnam ex eo auctoritatem consecutum esse, quod creditus sit inveniisse, inter alia, τελετὰς θεῶν, seu *Deorum ritus initiatorios*. Hinc Clementi Alexandrino ὁ τελετῆς ποιητὴς, ac μυσταγωγὸς dicitur, Protrepticip. 11, 13. Imò verò refert de eo Tatiani nostri magister Justinus, Paræsi ad Græcos, ex Diodoro, petiisse eum Ægyptum, & Moysis libris adjutum fuisse. Cui consonat Suidæ illud: ἐπὶ τ παιδὸς Ἰουδαίοις κριτῶν Ορφεὺς ἐγνωρίζετο, σοφὸς ἄκρος γοόμφῳ, ἐ πολλὰ μυστήρια διδαχθείς. *Sub Judæorum Judicibus Orpheus clarus erat, utpote philosophus præstantissimus, & multorum mysteriorum peritissimus.*

Tuſcani figlinæ: ſcribendis hiſtoriis Ægyptiorum Annales initium dederunt. A Marſya & Olympo tibiarum modulationem didiciſtis.

II. Phryges autem utrique, homines agreſtes, fiſtulæ concentum excogitarunt. Tuba Tyrrhenis, fabrilis ars Cyclo-

1 Τυσκανοὶ πλάτ[illegible]ειν· ἱστορί[illegible] συντάτ[illegible]ειν, οἱ παρ' Αἰγυπτίοις τ[illegible] 2 χρόνων ἀναγραφαί. 3 Μαρσύ[illegible] ἢ κηλ[illegible] 4 Ολύμπ[illegible] τῷ αὐλητι- 5 κῷ ἀπηνέγκαθε.

β'. 5 Φρύγες ἢ οἱ ἀμφότεροι, τῷ Δρὶ σύεργ[illegible] ἁρμονίαν ἄ- γχοινοι συνεχήσαντο. 6 Τυρρηνοὶ σάλπιγγα, 7 χαλκεύειν Κύκλω-

1 Τυσκανοὶ πλάττειν.] Ita Clemens Strom. I. p. 307. ἔτι φασὶ Τυσκανοὺς τῷ πλαστικῷ ἐπινοῆσαι. *Tuſcanos aiunt plaſtices excogitaſſe.*

2 χρόνων ἀναγραφαί] Annales apud Ægyptios à Sacerdotibus diligentiſſime conſcribebantur: ii citantur etiam inferiùs à Tatiano ex Ptolemæi Mendeſii in Græcum ſermonem tranſlatione. §. 59. Strabonis Lib. 17. de Nili incremento loquentis, verba hæc ſunt: *Et mirandum profecto eſt ex his cauſis, cur non omnino evidens eræ imbrium hiſtoriæ iis qui tum erant, præſertim cum Sacerdotes ea diligentius in ſacras literas referrent, & ſummo ſtudio reconderent, quæcunque maximam aliquam diſciplinam præ ſe ferrent.* Geſner. Harum ἀναγραφῶν eſt & in Epiſtola S. Clementis mentio, §. 25. ubi poſt enarratam, ex iſtius ac præcedentium temporum fide, Hiſtoriam de Phœnice poſt completum annum vitæ quingenteſimum, loculum ſibi ſtruente, ibique vitam deponente; ac de pullo ex putrefactâ ejus carne nato, qui loculum in quo parentis oſſa recondita ſint, geſtaret ex Arabia in Ægyptum, ac Heliopoli ſpectante populo diurno tempore advolans, ſuper altare ſolis illa collocaret, atque ita unde venerat, regrederetur: ſubjungit Clemens Sacerdotes τὰς ἀναγραφὰς καὶ χρόνων ſtatim inſpicere, ſubductoque calculo comperire, ipſum veniſſe exactè poſt impletum annum quingenteſimum.

3 Μαρσύα] Marſyam Apollo tibia vicit, & excoriatum in fluvium Phrygiæ mutavit. Ovid. Lib. 6. Metamor. & Phurnutus. *Geſner.*

4 Ολύμπ[illegible]] Olympi Myſi, qui ante bellum Trojanum tibiarum & citharæ concentum invenerit, Marſyæ Satyri diſcipulus: alterius item junioris tibicinis tempore Midæ, Suidas meminit. *Geſner.* Clemens Alexandrinus Strom. I. p. 306. Φρύγες αὐλὸν ἐπινόησαν. Φρύγες δ' ἦσαν Ὀλυμπός τε & Μαρσύας. Plutarchus verò libro de Muſica, adhuc luculentius ex Alexandri Collectaneis de Phrygia refert, Κράμβῃ Ὀλυμπον ἀσῶσαι εἰς τὰς Ἑλλάδας κομίσαι. Ἡγεῖσθαι δ' ἀσῶσαι αὐλῆσαι, εἶτα τὸ τέτυ υἱὸν Μαρσύαν, εἶτα Ὀλυμπον. Clemens etiam loco ſupra citato refert Agnen adinveniſſe τὴν χορδὴν & Δώριον ἁρμόνιον, ubi pro Ἀγνῶν omnino reponendum arbitror Ἡγεμόνα (quod & alibi Ἡγησίδα) ex Plutarcho.

5 Φρύγες] Duæ feruntur Phrygiæ, major ſcilicet & minor. *Geſner.*

6 Τυρρηνοὶ] Sic Clemens: Τυρρηνοὶ σάλπιγγα ἐπινόησαν. Strom. I. p. 307. Nec aliter Athenæus, l. 4. c. 25. p. 184. Τυρρηνῶν δ' ἐστὶν ἁρμα παμπάν & σάλπιγγας. *Tubas & Cornua Hetruſci repererunt.* Æneæ tubæ inventionem Piſæo Tyrrheno tribuit Plinius lib. VII. c. 56.

7 χαλκεύειν] *Fabricam ferream invenere Cyclopes.* Plin. Hiſt. Nat. lib. VII. c. 57. qui & ibid. tribuit etiam ipſis ex quorundam ſententiâ τὸ χαλκεῦσαι, ſeu *æreariam fabricam*; artem ſc. ex. ære vaſa, cæteraque ſimilia fabricandi.

πᾶς,

πες, χ̀ [1] ἐπιστολὰς συντίσσειν ἡ Περσῶν ποτὲ ἡγησαμένη γυνή· (καθάπερ φησὶν Ελλανικὸς) [2] Ατοσσα ἧ ὄνομα αὐτῇ λῶ. καταβάλλετε ταῖς αροῦ τὸν τ τύφον, μηδὲ παραβάλλεσθε ῥημάτων εὐπρέπειαν, οἵτινες ὑφ' [e] ἡμῶν αὐτῶν ἐπαινέσθησοι, συνηγόρους τὰς οἴκοι [f] κεκλήσθε. χρὴ δὲ τ γνῶ ἔχοντα τὸ ἀφ' ἑτέρων μαρτυρίαν, [3] σωάδειν τε καὶ ἐν τῇ δ λόγῳ παραφορᾶ. νῦν δὲ μόνοις ὑμῖν ἀποδέδεικε, μηδὲ ἐν τ ὁμιλίαις ὁμοφωνεῖν. [4] Δωριέων μὲν γὰρ ἡ αὐτὴ λέξις τοῖς ἀπὸ τ Ατθικῆς· Αἰολεῖς τε οὐχ ὁμοίως τοῖς Ιωσι φθέγγονται.

pibus: Atoſſæ mulieri, quæ Perſis olim imperavit, Hellanico teſte, epiſtolarum conſcriptio debetur. Remittite igitur faſtum iſtum, neque verborum elegantiam oſtentate, veſtrî laudatores, domeſticis teſtibus & defenſoribus adhibitis: cum oporteret illum qui ſapit, aliorum expectare teſtimonium, ac teſtes ipſos inter ſe conſentire. Nunc vero vobis contigit ſolis, ne colloquio quidem convenire. Alius enim Doricus, alius eſt Atticus ſermo: & Æoles non loquuntur ut Jones. Cum verò diſ-

e ὑμῶν Æton. rectè, & ſic *Fronto Duc.* in Bibliothecâ Patrum. f κέκρηθε. Lectio ad marginem MS. Codicis, ad quem Orationem Tatiani primus omnium Græcè edidit *Joannes Friſius*. Has Lectiones deinceps diſtinguemus, uti *Friſius* in Editione ſua, per *al.*

1 Ἐπιστολὰς συντίσσειν] Et hoc ex auctore noſtro tranſcripſit Clemens: καὶ ἑξῆς ἐπιστολὰς συντάξαι Ἄτοσσαν τὴν Περσῶν βασιλεύσασαν, φησὶν Ἑλλανικός. Strom. I. p. 307. Deſumſit autem iſta Tatianus ex Hellanici Περσικῆς, quorum mentio apud Stephanum Byzantinum, vocibus Ἀρτάμη & Χαλδαῖοι, & Harpocrationem v. Στρίψω. Περσικὴ vero iſta, ſeu Commentarios de rebus Perſicis, partem arbitror confeciſſe aliquam univerſalis cujuſdam hiſtoriæ, quam ſecundum diverſas orbis terrarum regiones videtur Hellanicus congeſſiſſe. Certè hujus *Troica*, *Attica*, *Theſſalica*, memorat Harpocration; *Ægyptiaca*, Athenæus; *Cypriaca*, *Lesbiaca*, *Scythica*, Stephanus Byzantinus: univerſalem denique ipſam ejus Hiſtoriam, ni fallor, Athenæus, ſub titulo ἰδίων ὀνομασίων. Nec aliud deſignat titulus κτίσεις (ſeu κλίσεις) ἰδίων ἐθνῶν καὶ πόλεων, apud modò laudatum Stephanum, voce χαλκιδίτης & βοιώδης γῆς ἐπωνυμίας, quam Hellanicum ſcripſiſſe prodit Suidas.

2 Ἄτοσσα] Atoſſa filia fuit Cyri. Herod. lib. IV. *Geſner.*

3 Σωαδεῖν τε] Videtur addendum, τὰς μάρτυρας. *Geſner.*

4 Δωριέων] Præter has quatuor dialectos, quintam enumerat Clemens Alexandrinus, Linguam ſcilicet Græcam communem, in qua nihil cæterarum iſtarum occurrit: voces autem barbarorum, ſive aliarum gentium, in Linguam iſtam admiſſas, ἀπελλήπτους quas vocat, hujuſmodi ſc. quæ neque Linguam Græcorum communem ſaperent, neque ad Dialectum aliquam reduci poſſent, adeoque omni modo exoticæ fuerint, ſeu, ut Tatiani voce hîc utar, μὴ συγγενεῖς, *Gloſſas* Græcis notat appellatas fuiſſe. Strom. I. p. 338.

ſidii

fidii tantum ſit apud illos, ubi minime decet, quem potiſſimum præ cæteris Græcum appellem, dubito. Quod namque abſurdiſſimum eſt, dictiones minime nativas colitis, & barbaris aliquando vocibus abutentes, promiſcuam veſtram linguam efficitis. Quamobrem ſapientiæ veſtræ valediximus, licet non parum exiſtimationis per eam adepti. Nam, ut Comicus inquit,

Epiphyllides hæc ſunt, & argutiæ nugæ,
Muſëa hirundinum, artis & corruptores.

g τοιαύτης Æton. h τὸ πᾶν Editio prima ſeu Tigurina; deinceps notanda per *Tigur.* Gall. 1. 2. *Æton.* rectè τ ἅπαν ex conjectura *Geſneri* repoſuit Editor Pariſienſis. i συμφύρλω *Gall.* 1. 2. *Æton* & ſic *Fronto Duc.* omnino rectè. k ὑμῖν *Gall.* 2. *Æton. Fronto Duc.* l τὶς ἢ *Tigur. Gall.* 2. *Æton. Fronto Duc.* m Deeſt *Æton.*

1 Καταχρώμενοι] Vertit Interpres *abutentes*, malleni *utentes*. id enim hîc vitio datum Græcis, quod cum barbarorum omnia faſtidirent, ſi placet, in linguam tamen ſuam barbarorum vocabula admiſerint. Certe καταχρώμενοι in hoc ſenſu ſumunt S. Literæ. 1 Cor. VII. 31. monet Apoſtolus ut utantur mundo hoc, ὡς μὴ καταχρώμενοι, *tanquam non utantur*, uti rectè vulgatus Interpres. Item cap. IX. v. 15. Paulus ait ſe non uſum poteſtate de Evangelio vivendi, ac conſimiliter ver. 18. ſe gratis prædicaſſe Evangelium, εἰς τὸ μὴ καταχρήσασθαι τῇ ἐξουσίᾳ, ne quo modo diceretur poteſtate ſibi conceſsâ uſum fuiſſe, quod Cephas ac reliqui Apoſtoli.

2 Ἐν αὐτῇ] Neſcio an hîc loci Tatianus præcipuè intelligat artem Rhetoricam; de cujus abuſu agit proximis fere verbis, & ex quâ arte non parum ſibi gloriam comparaſſe teſtatur Hieronymus,

ςάσεως δὲ ἕσης ᵍ τοσαύτης" πῶ
οἷς ἐκ ἐχρῆν, ἀπορῶ τίνα με δ
καλεῖν Ἑλλάδα. ἐγὼ ʰ τὸ πάντω
αὐτοπάθατον, τὰς μὴ συγγενεῖς
μῶν ἑρμηνείας πεπεμήκαμε, βα
βαρικαῖς τε φωναῖς ἐξ' ὧ
ι καταχρώμενοι, ⁱ συμφέρδλω
ὑμῶν πεποιήκαμε τὴν λαλιάν
τοῦτο χάριν ἀπεταξάμεθα τ
παρ' ᵏ ἡμῖν" σοφία, κἂν εἰ πά
σεμνός ˡ τις" ² ἐν αὐτῇ. κατὰ γ
τ Κωμικὸν,

³ Ταῦτ' ἔστιν ἐπιφυλλίδες, ᵐ ἡ
σωράλματα,
Χελιδόνων μουσεῖα, λωβητ
τέχνης.

3 Ταῦτ' ἔστιν ἐπιφυλλίδες] Hi verſus leguntur apud Ariſtophanem in Ranis [Act. 1. Sc. 2. v. 55.] Vide Eraſm. in Proverb. *Epiphyllides*, & *Hirundinum Muſëa*. Geſner. Ταῦτ' ἔστιν ἐπιφυλλίδες, *Rejiculi hi ſunt racemuli*. Interpres Græcam vocem retinuerat, *Epiphyllides hæc ſunt*: qua uſus eſt Ariſtophanes, in Ranis, malos Poëtas & inter eos Euripidem irridens, ut eos parvi pretii eſſe ſignificaret. Vetus Lexicon ἐπιφυλλὶς, *pampinus racemarius*, qui exiles racemos profert & in cacumine ſuprà folia: unde & nomen. Columella lib. III. c. 18. *Pampini pullulant vel ſteriles, vel minus feraces, quos ruſtici racemarios vocant.* Eſt ergo racemus parvus, qui tegitur foliis. Scholiaſtes Ariſtophanis, ἐπιφυλλίδες, τὰ ἐπικείμενα τοῖς μεγάλοις βότρυσι βοτρύδια. Καλλίμαχος δέ, τὰ καθ' ἑαυτὰ μικρά. κέκληται δὲ ἀπὸ τοῦ τοῖς φύλλοις καλύπτεσθαι. *Fronto Ducæus.* Sequentia Λαμυγίσματα &c. ad modum verſuum repræſentavimus.

[1]Λαρυγγιῶσί τε οἱ ταύτης ἐφιέμενοι,
Καὶ κορακιῶν [n]ἀφιέντ[ο]ς φωνλύ.

Hanc affectantes, mirè dilatant guttur,
Et voce crocitant.

Quippe Rhetoricam injuſtitiæ calumniæque inſtrumentum effeciſtis, dum libertatem ſermonis veſtri mercede venundatis, & ſæpius eandem rem nunc juſtam, aliâs injuſtam ſtatuitis.

ηπεμλιὼ μὴν γὲ ἐπ' ἀδικίᾳ ἓ
νηφαντίᾳ συνεζήσαθε, μισθὸ
πρεάσκοντες τ λόγων ὑμῶν τὸ
ὐτεξούσιον· [2] ἓ πολλάκις τὸ νῦν
καιον, αὖθις ἀκ ἀγαθὸν παρε-
ῶντες.

III. Poëticam verò colitis, ut pugnas, & amores Deorum, & animæ perniciem conſcribatis. Quid enim philoſophia veſtra produxit egregium? aut quis illorum etiam qui excellere viſi ſunt, expers arrogantiæ fuit? Diogenes dolio ſuo jactabun-

γ'. Ποιητικὲ ἦ, μάχας ἵνα
συντάσητε", κ θεῶν ἔρωτας, κ
ψυχῆς [p]διαφθορά". τί γὰρ
σεμνὸν" φιλοσοφοῦντες ἐξηνέγ-
κατε; τίς δὲ τ πάνυ ἀπροσδοκήτων
λαζονείας ἔξω καθέστηκεν; [r] Διο-
γένης" πιθάκνης καυχήματι τιὼ

n Ἐφίστη *Gall.* 1. 2. *Æton.* o συντάσσηθε *al.* p διαφορὰ *Æton.* q σοφὸν *Gall.* 2. Editio Pariſ. Διογένης.

imus, Editionem Pariſienſem ſecuti; nunquam reverà Tatiani ipſius eſſe ideantur, potius quàm Ariſtophanis apud quem nuſpiam occurrunt) aliſve ullius poëtæ Dramatici.

1 Λαρυγιῶσι] Λαρυγίζειν, licet hic tribatur λαρυγιᾷν, quod per epexeſin exponere videtur pro *crocire*: ut potius dilatato gutture, quod ræci laryngen vocant, & affectata randiori voce, quàm, ut Eraſmus exonit, gula præcluſa curioſius loqui gnificet. Præcluſio enim tenuem & uliebrem, non oratoriam aut corvium vocem redderet. In Dictionario avorini Camertis Λαρυγίζειν expotur, *dilatare vocem*, & non ſecunum naturam loqui, ſed guttur ad cuoſam pronuntiationem componere. ibidem paulo poſt, Λαρυγιῶ τὲς ρους, apud Ariſtophanem, *clamabo verſus alios Rhetores*, vel guttur s excindam, id eſt, compeſcam ne plius vel hiſcant. Item λαρύζειν *clamare*. Infra (numero 24.) κορακιῶντες appellat hujuſmodi vocis affectatores. *Muſea* quid ſint Eraſmus tacet. ego vel ipſos hirundinum cantus accipio, vel potius nidos eorum, in quibus canunt. Plinius lib. XXXVI. *Non prætermittenda eſt & pumicum natura. Appellantur quidem ita & cætera ſaxa eroſa annis: In ædificiis muſea vocant, dependentia ad imaginem ſpecus arte reddendam.* Strabo item lib. XVII. *Pars*, inquit, *Regiarum Alexandriæ eſt Muſeum, quod ambulacrum habet & exedram & maximam domum, in qua cænaculum eſt eorum, qui Muſeo participant, hominum circa diſciplinas verſantium. Hic conventus communes pecunias habet & ſacerdotem, qui Muſeo præfuit, olim à Regibus, nunc à Cæſare conſtitutum.* Geſner.

2 Καὶ πολλάκις τὸ νῦν δίκαιον] Videtur alludere ad juſtum & injuſtum ſermonem, cujus doctorem Socratem Ariſtophanes in Nebulis mentitur. *Geſner.*

dus,

dus, tanquam sorte sua & sei-ipso contentus, cum polypum devorasset crudum, intestinorum gracilium affectu, ileon vocant, mortem obiit. Aristippum quis non vel ex purpurea veste qua indutus incedebat, utcumque graviter composito vultu, luxuriosum conjiciat? Platonem philosophum, quod nimis gulosus esset, Dionysius vendidit.

αὐτάρκειαν σεμνυνόμενος, [1] πολύποδος ὠμοφαγίᾳ, πάθει συ- ἀχθεὶς ἰλεῷ, ἀφ' ἡμῶν ἀκρασία ἀπεπέθνηκεν. [2] Ἀρίστιππος ὁ πορφυρίδι περιπαλῶν, ἀξιοπίστως ἠσωτεύσατο. Πλάτων φιλοσο- φῶν, ὑπὸ Διονυσίου [3] ἀφ' ἡ ψιμαργίαν ἐπιπεράσκετο. κ

[1] Ἀρισταίλ

1 Πολύποδος ὠμοφαγίᾳ.) De Diogenis Cynici morte variæ feruntur sententiæ. Hieronymus nescio quâ fide, febre periisse eum scribit. *Cum ad agonem*, inquit, *Olympiæ eum, qui magnâ frequentia Græciæ celebrabatur, jam senex pergeret, febri in itinere dicitur apprehensus accubuisse in crepidine viæ, volentibusque eum amicis aut in jumentum aut in vehiculum tollere, non acquievit, sed transiens ad arboris umbram, locutus est: abite quæso, & spectatum pergite, hæc me nox aut victorem probabit, aut victum. Si febrem vicero, ad agonem veniam: si me vicerit, ad inferna descendam: ibique per noctem elisо gutture, non tam mori se ait, quam febrem morte excludere.* Lib. II. contra Jovinian. cap. 9. Ipsius necessarii (quod notat Antisthenes in Διαδοχαῖς, apud Laertium) dixerunt eum spiritu continendo, animam exhâlasse. Sunt & qui comestione crudi pedis bovis, βοὸς πόδα φαγόντα, interiisse aiunt, Laert. lib. VI. c. 76. Sed ibi legendum πολύποδα, Menagius etiam puer observarat. Et quidem eum ex Polypo crudo devorato obiisse, præter Tatianum nostrum, testantur Athenæus lib. VIII. c. 5. Julianus prope initium Orat. 6. π. & Plutarchus.

2 Ἀρίστιππος] Aristippus, genere Cyrenaicus, maxime voluptuarius fuit, canis regius à Diogene nominatus, quòd assentaretur Dionysio. Ad hunc Stratonem, vel, ut alii, Platonem dixisse tradunt: *Tibi soli & Chlamydem & vestem rejiculam ferre datum est*; erat enim ei ingenium facile ut se accommodaret loco, tempori, personæ & omnem eventum sine tristitia ferebat. *Chlamys* autem Grammaticis vestem purpuream significat. Vide ejus Diog. Laertius describit lib. II. *Gesner.* Ista sic interpretatus est Tertullianus: *Aristippus in purpurâ sed magnâ gravitatis superficie nepotans.* Apolog. cap. 46. Hunc ἀσωτεύσαντα vocat Clemens Pædag. lib. II. p. 17 Refert Laertius, jussisse aliquando Dionysium in convivio ut singuli in veste purpurea saltarent, renuisse Platonem dicentem,

Οὐκ ἂν δυναίμην ἥλιον σὺ δ' ὢν στέλ
Effœminata veste non possum regi;

Sumta vero Aristippum se induisse, cum saltare inciperet, promtè dixisse

Καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν,
Οὐδ' ἧττον σώφρων ἡ Διονυσόπατρις.
Neque in sacris Liberi
Patris, pudica mens unquam corrumpitur.

Et ad hanc quidem Historiam respicere videtur hoc loco Tatianus.

3 Ἀφ' ἡμῶν ψιμαργίαν ἐπιπεράσκετο.] Atque hæc ita transfert Tertullianus loco supra citato: *Plato à Dionysio venditatus tris gratiâ venditatus.* Theodoretus Tom. IV. Serm. de Virtute Activa p. 674. dicit, Platonem Athenis relictis consuetudine

[1] Ἀριστοτέλης ἀμαθῶς ὅρον τῇ προνοίᾳ θεὶς, καὶ [2] εὐδαιμονίαν ἐφ' οἷς ἠρέσκετο περιγράψας [3] λίαν ἀπαιδεύτως, [4] Ἀλέξανδρόν τε μεμνημένος μειρακίσκον ἐκπλάττοντα· ὅστις Ἀριστοτελικῶς πάνυ, καὶ [5] τὸν ἑαυτοῦ φίλον [6] ἀφ' ὃ μὴ

Aristoteles terminum providentiæ imprudenter præfixit, & felicitatem earum rerum quibus ipse afficiebatur copia imperitissimè circumscripsit, & Alexandro adolescenti assentatus est: qui postea, prorsus quidem Aristotelicè, amicum nolentem eum

1 Ἀλέξανδρόν τε (missō μεμνημένος) Æton. Ἀλεξάνδρῳ τετιμημένος. Gall. 2. ex emendatione in margine. Vide Notas.

consuetudinem habuisse cum Dionysio Siciliæ tyranno, & ipsius filio, Syracusanis fruentem deliciis: postea verò à Dionysio vinctum ac lapicidinis addictum fuisse, ὡς ἀνδράποδον βάρβαρον. Venditum viginti minis dicit Diodorus Siculus lib. xv. p. 461.

1 Ἀριστοτέλης] Aristoteles quomodo providentiam limitârit, videlicet ut non ultra Lunæ orbem extenderetur, paulo inferius ipse Tatianus adjicit. *Gesner.* Ait nimirum omnia sublunaria esse ἀπρονόητα. Sententiam eandem Aristoteli tribuit Clemens, Strom. lib. V. p. 591. Ἀριστοτέλει, inquit, μέχρι σελήνης ἐπῆλθε κομίζειν τὴν προνοίαν, οὐ τὰδε δ' ψαλμῳδὸς (nam & hunc, pariter ac magistrum ejus Platonem, in Scripturis V. T. versatos fuisse censebant primi Christiani) κύριε ὁ τὴν ἐρωτῶ τὸ ἔλεός σου, καὶ ἡ ἀλήθειά σου ἕως τῶν νεφελῶν. Sic Theodoretus, lib. de cur. Græc. Affect. Serm. VI. p. 561. ὁ δὲ Νικομάχου μέχρι σελήνης ὑπεῖληφε τὴν θείαν πρόνοιαν, τὰ δὲ μὴ ταύτῃ ἀπάντων ἀμελητικὴν, καὶ τῇ τῶν εἱμαρμένης ἀνάγκῃ παραδιδοὺς τὸν τούτων ἐπιτροπείαν. Nicomachi porro filius, luna tenus putavit Dei providentiam res moderari: at ea quæ infra Lunam sunt omnia negligere, eorumque gubernationem fatorum necessitati tradidisse.

2 εὐδαιμονίαν] Virtutem Aristoteles ad beatam vitam sibi minime sufficere dixit, quippe corporis bonis exterioribusque indigere. Miserum atque infelicem fore sapientem, sive doloribus afficiatur, sive inopia & cæteris hujusmodi incommodis prematur. Vitium autem ad miseriam atque infelicem vitam sufficere, quantumlibet corporis affluat bonis. Hæc Laertius. *Gesner.*

3 λίαν ἀπαιδεύτως] Et hæc in Apologiam suam transtulit Tertullianus, cap. 46. *Aristoteles tam turpiter Alexandro, regendo potiùs, adulatur.* Videtur autem Tertullianus, idque ut opinor rectè, istud λίαν ἀπαιδεύτως referre ad sequentia Ἀλέξανδρόν τε, &c. ut idem valeat, quòd *plane contra præceptoris officium*, seu *longè aliter quàm puerorum informatorem decebat.*

4 μεμνημένος] Repositum vult *Cotelerius* Notis Tom. III. Monum. Eccl. Græc. col. 657. μεμνημόνευον. Verum sumtâ particulâ τε pro *etiam*, quomodo nonnunquam apud probatos auctores, nihil mutato opus est.

5 τὸν ἑαυτοῦ φίλον] Callisthenem nempe Olynthium, quem Aristoteles Athenas concedens, studiis Alexandri præfecit. Laertius lib. v. §. 4. Plutarch. Vit. Tom. III. p. 1277.

6 ἀφ' ὃ μὴ βούλεσθαι] Idem notat & Plutarchus in Alexandri vita, p 1276. Callisthenem sc. se perdidisse, τῷ μὴ σφόδρα ἰσχυρῶς ἀποστόμωσαι καὶ φιλοσόφως. Quod enim Hermolao in Alexandrum insidiarum socium eum dicat Laertius, in eo falsus est. In ista enim conjuratione, haud aliud ab Epimene uno sociorum, vindiceque conjuratio-

eum adorare, tanquam ursum aut pantheram inclusam circumferebat. Quinetiam in conviviis, ut præceptoris sui placita sequeretur, egregium scilicet fortitudinis & virtutis specimen edidit, intimum & charissimum suum amicum hastili transfigens, deinde inedia se macerans simulata tristitia, ne amicorum odium incurreret.

IV. Certe risu dignos judico, qui hodiéque placitis illius abutuntur, & res omnes quæ infra lunam sunt providentiâ regi negant, ipsi vero terræ affixi, & longe inferiores orbe lunari, solicite iis rebus provident quas providentiæ expertes aiunt. Cæterum illi quibus aut pulchritudo, aut divitiæ, aut corporis robur, aut nobilitas deest, felices, secundum Aristotelis sententiam, esse non possunt: sed illi suo more philosophentur. Heraclitum

βέλεσι αὐτὸν περονιωσῆν,[1] καθειρξας, ὥσπερ ἄρκτον ἢ πάρδαλιν περιέφερε. πάνυ γοῦν ἐπείθετο τοῖς ὑπ' αὐτοῦ δογμασι, τῷ ἀνδρείαν καὶ τῷ ἀρετικῷ συμποσίοις ἐπιδεικνύμενος, καὶ τὸν οἰκεῖον καὶ[2] πάνυ φίλτατον διὰ πείρων τῷ δόρατι, καὶ πάλιν κλαίων καὶ[t] ἀποκαρτερῶν[u] περιφάσει λύπης, ἵνα ὑπὸ τῶν οἰκείων μὴ μισηθῇ.

δ'. Γελάσαιμι δ' ἂν καὶ τοὺς μέχρι νῦν τοῖς δόγμασιν αὐτοῦ[3] καταχρωμένους, οἳ τὰ μὲν σελεύκου ἀπερινόητα λέγοντες εἶναι, περὶ ἡλίου δὲ καὶ τὸν σελεύκου ὑπάρχοντες, καὶ κατώτεροι δὲ τοῦτο δρόμου, περινοοῦσι τὰ ἀπερινόητον. παρ' οἷς δὲ οὐκ ἔστι κάλλος, ἢ ὠχλῶτος, ἢ ῥώμη σώματος, οὐκ εὐγήρεια, περὶ τούτοις οὐκ ἔστι κατὰ[v] τὸν Ἀριστοτέλη, τὸ εὐδαιμονεῖν· καὶ οἱ[x] τοιοῦτοι[4] φιλοσοφεῖν τωσιν. τὸν δὲ Ἡράκλειτον οὐκ ἀ

t ἀποκαρτερῶν Æton. u παρὰ Tigur. Æton. Gesnerus, elegantiùs quàm veriùs, emendavit καλά· quem secutus est Editor Parisiensis. x τοιοῦτοι μὲν · Gall. 2.

nis, objectum Callisthenem, quam quod puerorum sermonibus Alexandrum vituperantium aures præbere solitus esset. Curtius, lib. VIII. c. 8. Suidas v. Καλλισθένης. Διότι αὐτῷ συνῳδὰ μὴ ἐπιζητῶν τὰ ὑπὸ Ἀθηναίων καλεῖσθαι διατόνης.

1 καθείρξας] Diog. Laert. lib. v. §. 5. Ἐν σιδηρᾷ περιπλοκῇ γαλεάγρᾳ, φθειρῶν καὶ ἀκάμπτης· καὶ πλῆν λέοντι παρεβλήθης, ὕστερον κατέφρηψιν. *In cavea ferrea* (Callisthenes) *circumducitur, pædore atque squalore oblitus, leoni postremò objectus est, sicque excessit è vita.* Plutarchus etiam in Vita Syllæ, memorat Καλλισθένη τὸν Ὀλυνθίου, ὃν εἱρκτῇ φρουρήσαι.

2 πάνυ φίλτατ(ον)] *Clitum* dicit, quem in convivio, ablatâ cuidam satellitis hastâ, transfixit Alexander; & postea cum ex mortui corpore telum evellere, quod in jugulum suum verterat, à stipatoribus inhibitus, & in cubiculum delatus, noctem miserè plorando transegit. Plutarch. vitâ Alexandri.

3 καταχρωμένους] Verterim *utentes*; quomodo paulo superius.

4 φιλοσοφεῖτωσαν] Philosophorum titulum, per me licet, ambiant; Philosophos se esse glorientur.

ἀπ-

ὑποδιδάσκαλον, ἐμαυτὸν ἐδιδαξάμην εἰπόντα, Δι' ὃ [1] αὐτοδίδακτον εἶναι καὶ ὑπερήφανον· ὅτ' ἂν ἐπαινέσαιμι, κατακρύψαντα [2] τὸ ποίημα ἐν τῷ τῆ Ἀρτέμιδος ναῷ, μυστηριωδῶς ὅπως ὕστερον ἡ τούτης [y] ἔκδοσις" ᾖσιτο. καὶ γὰρ [z] οἷς μέλον ἐστὶ περὶ τούτων", φασὶν Εὐριπίδην τὸν τραγῳδοποιὸν καλιόντα, ἐν ἀναγινώσκοντα, Δι' μνήμης κατ' ὀλίγον [3] τὸ [2] Ἡρακλείτου σκότος ἀποδαίως ἐξαδεδωκέναι. τότε μὲν οὖν τὸ ἀμαθίαν ὁ θάνατος [b] διήλεγξεν". ὕδρωπι γὰρ συσχεθεὶς, καὶ τὸ ἰατρικὸν, ὡς φιλοσοφίαν, ἀπιτηδεύσας, [4] βολβίτιος τε περιπλάquoque non approbarim, qui per ſuperbiam non alio ſe magiſtro quàm ſeipſo edoctum gloriatur: neque hoc in eo laudaverim, quod carmina ſua in fano Dianæ occultavit, ut olim veluti per myſterium ederentur. Nam quibus iſta curæ ſunt, Euripidem poëtam tragicum ædem Dianæ frequentaſſe, & paulatim tenebras iſtas Heracliti relegendo memoriæ prorſus infixiſſe produnt. Atqui hujus viri imperitiam mors redarguit: affectus enim aqua intercute, & medicinæ tanquam philoſophiæ vacans, univerſum corpus fimo bubulo illevit,

y Omittit *Æton.* z οἷς μὲν ἂ ἐστι περὶ τούτων *Æton. Gall.* 2. ex quibus cum ſenſum aliquem exſculpere vellet emendator neſcio quis, in margine *Gall.* 2. ita reformavit, ἢ γὰρ ἔστι περιέκοντα περὶ τούτων. a Ἡρακλείτου *Gall.* 1. *Æton.* Ἡρακλειτίου *Tigur.* b συνήλεγξας *Æton.*

1 Αὐτοδίδακτον] *Mathêin pánta parʼ autôi ípha.* Laertius lib. IX. §. 5. Notat idem, fuiſſe Heraclitum *megalóphrona parʼ ónta autôi, kai hyperóptên.* *Ultra cæteros alto animo, & contemnente omnes.* lib. IX. §. 1.

2 τὸ ποίημα] Poema Philoſophicum περὶ φύσεως, quale apud Latinos *Lucretii.* Unde nec immerito Poetis Heraclitum adnumerat Lil. Gregor. Gyraldus. Suidas tradit eum multa ſcripſiſſe ποιήματα, ſeu poemata multa. neque enim ποιήματα ſcripta dicuntur ſc. ob dictionem ποιητικωτέραν, quàm quæ proſæ conveniat, uti cenſet clariſſimus Voſſius, lib. de Poetis Græcis; ſed quod Carmina fuerint. Hoc certe περὶ φύσεως, à pleriſque *Músais* inſcriptum fuiſſe teſtatur Laertius lib. IX. §. 12. tantum abeſt ut oratione proſa fuerit conſcriptum.

3 τὸ Ἡρακλείτου σκότος] Heracliti tenebras vocat obſcuriſſima ejus ſcripta. Socrates cùm ab Euripide Heracliti opuſculum legendum accepiſſet, & quomodo ſibi placeret rogaretur; *Ea quidem* (dixit) *quæ intellexi, egregiæ ſunt, puto etiam quæ non intellexi, verum Delio quopiam natatore indigent.* Laertius lib. II. qui & vitam Heracliti ab initio libri IX. deſcripſit, ubi plura de ejus ſcriptis in Dianæ templo depoſitis, & morte ejus. *Delium Natatorem* Eraſmus in Chiliades ſuas retulit. *Geſner.* Certè ob Poematis hujus obſcuritatem, Heraclitum σκοτεινὸν appellatum eſſe, teſtatur Clemens, Strom. v. p. 571.

4 βολβίτιος] Locum hunc perperam reddidit Interpres; haud aſſecutus, quid hic valeat κρατυνθείσης, quid item ἀπιτηδεύσας. ſenſus loci iſte eſt: Heraclitum

vit, quo indurato, rigentibus convulsisque membris, interiit.

V. Jam quis non aversetur Zenonis sententiam, mundo per conflagrationem renovato, eosdem rursus homines ad eandem vitam eademque facinora resurgere; ut Anytum & Melitum fimo bubulo seipsum illeviisse; stercore autem calore solis firmato sive indurato, adeoque & corpus undique premente ac constringente, cum ibi fixus perstitisset, & se eximere non posset, dilaceratum (à canibus, id enim ferunt Neanthes apud Laertium lib. IX. §. 4. Suidas, alii) periisse. Tertullianus etiam libro ad Martyras c. 4. meminit Heraclitι, *qui se bubulo stercore oblitum exussit.*

οὕτως ἑαυτὸν, τὸ κόπρῳ κεκατωθῆναι σωρολκάς τε ὃν πάντος ἀπηγασαμένης σώματος, ἀπαθεὶς ἐτελεύτησε.

ε'. Τὸν γὰρ [1] Ζήνωνα λέγει τὴν ἐκπυρώσεως ἀποφαινόμενον ἀνίστασθαι πάλιν τοὺς αὐτοὺς ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς, λέγω δὴ [2] Ἄνυτον καὶ [c] Μέλιτον

c Μίλητον *Gall.* 2.

1 Ζήνωνα] Zenonis sententia de conflagratione mundi latius explicatur ab ipso Tatiano Stoicorum nomine, infrà ad initium numeri 9. *Stoici enim unum mundum ponentes, ortûs ejus auctorem faciunt Deum atque causam: non item interitûs. Cæterum vim quandam in rebus existentem interitûs causam esse volunt, ab iis rebus oriundam quæ labori non cedunt, longinquis temporum circuitibus omnia ad se colligentem: ex quâ rursus instauratitium mundi natalem consistere artificis providentia.* Hæc Philo, in libello de mundo. *Gesner.* Sub nomine Conditoris Stoicæ Sectæ, Stoicorum perstringit ἐκπύρωσιν, seu hypothesin de mundi conflagratione. In quâ fingunt Deum, nempe mundum, per certos temporum circuitus, in seipsum omnem substantiam consumere, ac eam rursus ex seipso gignere. Laert. lib. VII. §. 137. Ita nempe absurdè explicârunt hanc de mundi incendio sententiam; quam, ut infinita alia, traduxerunt à Judæis. apud Esai-am dicitur, *in igne venturum Deum, & quasi turbinem quadrigas ejus*; & *Dominum in igne judicaturum omnem carnem.* cap. 66. v. 15, 16. *Cœlos item novos & terram novam creaturum*; neque in *memoria fore priora*, igne utpote absumpta. cap. 65. v. 17. ut hujusmodi alia complura omittam. Ex quibus cum hypothesin περὶ ἐκπυρώσεως formarint Judæi, & ex iis imperfectè traditam mutuatus esset Zeno; tum certe Apostoli clarius multo adhuc, ac ad prophetarum mentem accomodatius exposuerunt; Petrus præsertim, in Epistolâ posteriore, cap. 3. v. 10, 11, 12, 13. Hinc Justinus: Ἡμεῖς, inquit, τὴν ἐκπύρωσιν φαμὲν γενήσεσθαι, οὐκ ἐκ τοῦ τὰ Στωϊκοὶ, κρίσει τοῦ θεοῦ τὰ ἐς ἄλληλα πάντων μεταβολὰς λέγειν, ὃ αὐτοῖς ἐφάνη. *Nos exustionem futuram esse dicimus, sed non sicut Stoici tradunt, juxtæ naturæ rerum inter se omnium mutationis rationem; quod turpissimum esse apparet.* Apol. I. p. 45. & Apol. II. pag. 66. Οἱ λεγόμενοι δὲ Στωϊκοὶ φιλόσοφοι, ἐκ αὐτῶν τὸ θεῖον εἰς τὴν ἀναλύσεως δογματίζουσι, ἐκ αὖ πάλιν κόσμου μεταβολὴν τὸ κόσμον γίνεσθαι λέγουσι. ἡμεῖς δὲ, κρεῖττόν τι τῆς μεταβαλλομένης ὕλης, τὸν πάντων ποιητὴν θεὸν. *Qui vero appellantur Stoici Philosophi, ipsum etiam Deum in ignem dissolutum iri opinantur, ac novum per mutationem mundum fore dicunt. Nos autem præstantius aliquid, quam quæ mutabilitati sunt obnoxia, Deum universorum factorem esse intelligimus.*

2 Ἄνυτον ἐ Μέλιτον] Anytus & Melitus

ἢ ἐπὶ τῷ κατηγορεῖν, Βύσιρι ἢ ἐπὶ τῷ [1] ξενοκτονεῖν, καὶ Ἡρακλέα πάλιν [d]ἐπὶ τῷ ἀθλεῖν, ἀναιδηπτίου· ὅσις [2] ἐν τῷ κατὰ τὴν ἐκπύρωσιν λόγῳ πλείονας τὸς μοχθηρὸς τῶν δικαίων εἰσηγεῖ[3], Σωκράτες ἑνὸς καὶ Ἡρακλέους, καὶ πάνυ ὀλίγων ἄλλων τοιούτων γεγονότων ὀλίγων, καὶ ὁ πολλῶν. οἱ γὰρ κακοὶ [f]πάλιν πλείους εὑρεθήσον[4] τῶν ἀγαθῶν. καὶ ὁ [3] Θεὸς κακῶν δύσποτος χρήσεται κατ' αὐτὸν ποιητής, [4] ἐν ἀμάραις τε καὶ σκώληξι, ἐν ἀῤῥητουργοῖς καταγ-

litum ad Socratis accusationem, Busiridem ad hospites tollendos, Herculem ad repetendos certaminum labores? Etenim hac ratione incendii posita, plures malos quàm justos introducit: cum unus tantum Socrates fuerit, unus Hercules, & alii similes pauci, non sanè multi: Improbi vero plures bonis reperientur. Deus quoque malorum auctor erit juxta ipsius sententiam, utpote cloacis etiam, & vermibus, & aliis rebus ne-

d Omittit *Æton.* e Deest *Gall.* 2. f πάνυ *Gall.* 1. *Æton* πολὺ *Gall.* 2. in margine.

litus Athenienses, reum fecerunt Socratem; ut habetur in iis quæ Plato, Xenophon, Plutarchus & Laertius de Socrate scripserunt. *Gesner.*

1 ξενοκτονεῖν] Memorat & Justinus ξενοκτόνον Βύσιριν, Oratione ad Græcos, pag. 39.

2 ἐν τῷ κατὰ τὴν ἐκπύρωσιν λόγῳ.] Possit etiam transferri, *in libro de conflagratione.* Laertius lib. VII. in vita ejus librum ei scriptum testatur *De Toto*, in quo de generatione & corruptione mundi agat. *Gesner.* Et quidem sermo iste περὶ ἐκπυρώσεως, partem confecisse aliquam videtur Libri istius περὶ τοῦ ὅλου, *de universo*, cujus crebra mentio apud Laertium. Nisi malis Tatianum hoc loco respicere secretiora, quorum pars sermo iste, Zenonis excripta, quæ discipuli haud prius malebus terere permittebantur, quàm fatum fuerit ab ipsis periculum, ἐκ γνησίας φιλοσοφίας. Clemens Alex. Strom. lib. V. p. 575.

3 ὁ θεὸς κακῶν] Sic & Tatiani magister Justinus, Apol. I. Stoicorum abrdam redarguit opinionem, qui fati ecessitatem introducentes, juxta eam ortales omnia facere & pati arbitrabantur. Nec immerito ex hâc sententiâ Deus ipse κακῶν ποιητὴς dicitur. Asserebant quippe Stoici, hominis & Dei eandem esse virtutem; eidem utpote necessitati subditam utramque. Clemens, Strom. lib. VII. pag. 753. Quin & ipse Tertullianus, Apol. c. 21. notat factorem omnium & *fatum*, & *Deum*, & *animum Jovis*, & *necessitatem omnium rerum*, à Zenone appellatum fuisse.

4 ἐν ἀμάραις] Absurdam hanc opinionem notare videtur Aristoteles in libro de Mundo, his verbis: *Quocirca veterum nonnulli eò usque provecti sunt, ut hæc omnia dictitarent Deorum esse plena, hauriríque eorum spectra ab hominibus, oculis & auribus, reliquisque sensibus*, &c. Et paulo post: *Sed præstabilius est non assentire illis, qui eam ipsam potestatem per omnia pertendentem & ventitantem, ad ea quoque quæ nec adire ipsam honestum est, nec dictu speciosum, sua illic opera efficere contendunt, resque terrenas administrare.* Hæc ille. Tatianus etiam circa finem numeri 6. Deum simpliciter negat insinuari materiæ, multò minus igitur obscænæ & turpi & vili materiæ. *Gesner.*

fandis

fandis insitus. Cæterum Empedoclis arrogantiam, Ætnæ crateres in Sicilia coarguerunt, quod cum homo esset, Deum se ab hominibus credi falsò moliretur. Aniles etiam Pherecydis fabulas rideo,& Pythagoræ dogmatum hæreditariam successionem, & Platonicam illius imitationem, licet quidam id negent. Quis audum & eruditè agit de utroque Phi recyde.

3 Πυθαγόρᾳ] Pherecydi Pythagor succesſit, Pythagoræ Telauges filiu ei Xenophanes, cui Parmenides, & Laert. lib. I. *Gesner.*

4 ἀεὶ τὰ δόγμα] *Metempsychos* quidem, inter alia. hoc enim accep Pythagoras à Pherecyde; qui prim omnium, opinionem istam ex Ap cryphis Phœnicum scriptis hauser teste Suidâ.

5 Πλάτωνα] Platonem in Itali ad Philolaum atque Eurytum Pyth goricos concessisse, Diogenes auct est lib. III. in vita Platonis. *Ges* Idem enim de Animarum transmigr tione dogma, Platonem Pythago discipulum, amplexum fuisse conf ex Diogene Laertio. Αἰνίαλῳ, inqu ἔλεγε τὰν ψυχὰν, & πολλὰ μεταμφι μφίλω σώματα. lib. III. §. 67. imò re ex ipsis Platonis verbis in Phædr Τὸν δ' χίλιοστὸν ἀμφότεραι ἀφικνέμεναι κλήρωσίν τε & αἵρεσιν δεύτερα βίου, ρῶντες ὃν ἂν ἑλέσθαι ἕκαστοι. ὕστε & ἐς βίου ἀνθρωπίνη ψυχὴ ἀφικνεῖται, & ἐν εἶεν, ὃς ποτὲ ἄνθρωπος ἦν, πάλιν ἐς θρωπον. *Millenario autem redeuntes ad sortitionem electionemque secundæ deligunt unusquisque eam vitam quam lit. Hinc & in belluæ vitam humanus animus commigrat, & ex bellua rursus hominem, si modo is animus quandoque erit hominis.*

μαρ

νόμιμον. [1] Ἐμπεδοκλέης γὰρ ἀλαζονικὸν, αἱ κατὰ τὴν Σικελίαν & πυρὸς ἀναφυσήσεις ἀπέδειξαν ὅτι μὴ θεὸς ὢν τὸ ὅπερ ἔλεγεν εἶναι, κατεψεύδετο. γελῶ & τὸν [2] Φερεκύδης γραολογίαν, καὶ [3] Πυθαγόρᾳ τῷ [4] ὡδὶ τὸ δόγμα κληρονομίαν, καὶ τὴν [5] Πλάτωνος, κἂν τινες μὴ θέλωσι, [6] τῶν ταῦτα μίμησιν. τίς γὰρ ἂν θε

g Deest *Ætion.*

1 Ἐμπεδοκλέης] Empedoclem Agrigentinum, Hippobotus auctor est, in ignis crateres Ætnæ montis se injecisse, ibique dum fidem cupit facere, famámque adstruere quòd Deus effectus sit, ignibus consumptum esse, postea ut sese res haberet agnitum esse, una ex illius crepidis vi flammæ ex intimis ad exteriora rejecta, quippe calceari solebat ære. Laertius in ejus vita, libro 8. *Gesner.*

2 Φερεκύδης γραολογίαν] Laertius lib. I. duos hoc nomine fuisse scribit, alterum Athenienſem genealogum, alterum Syrum, cujus extat libellus de rerum principio, sic incipiens: *Jupiter quidem atque tempus idem & tellus erant semper.* Uterque sane graologi nomen meretur. *Gesner.* Cæterùm Gesnerum hîc in errorem duxit Diog. Laertius. Pherecydes enim Atheniensis, quem Genealogum vocat,revera Syrus erat. Edidit ille grande satis volumen, quod Θεογονίαν seu Θεολογίαν inscripsit. Unum enim idemque opus utroque titulo isto designatum esse, ex Suida colligimus. Continebat hoc opus Θεῶν γένεσιν & Διὸς μάχας· *historiam Deorum, hominumque iis orundorum,* ipso teste. Fallitur autem, cum illud decem Libris contentum ait; ad duodecimum enim citatum id fuisse, ab Apollonii Rhodii Scholiaste ad vers. 1091. lib. IV. notat Salmasius Plinianis Exercitat. Ubi fusè admo-

μαρτυρήσομ τῇ [1] Κράτητος [2] γαμικῇ, καὶ [h] ἂν μᾶλλον συγχωρήσαιμι τὸ ἔντυφον [3] τῶν ὁμοίων αὐτῷ γλωσσομανίαν, [k] ὅπῃ τὸ ζητεῖν τὸ κατ' ἀλήθειαν ἀγαθὸν [l] τρέψεται; διόπερ μὴ συμφορήσωσιν ὑμᾶς αἱ τῶν [4] Φιλοσόφων καὶ ἀφιλοσόφων πανηγύρεις, ἀλλὰ τὰ τῶν σοφῶν καὶ ἀσόφων ἀκροάματα. Ἐγὼ γὰρ ἐν τῷ Σικελικῷ πεδίῳ ἐλθὼν εἰς τὸν ὄχλον, καὶ ἀκούσας τῶν Ἐπικουρείων καὶ τῶν Περιπατητικῶν καὶ τῶν Στωϊκῶν καὶ τῶν Πλατωνικῶν καὶ τῶν Πυθαγορικῶν καὶ τῶν Κυνικῶν, ἐπανῆλθον ἐπὶ τὸν λόγον τῶν προφητῶν, καὶ τῶν ἀποστόλων τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐπίστευσα.

tem subscribat communibus nuptiis quas Crates probavit: & non potius, rejecta ejus & similium superba insanaque loquacitate, ad inquirenda verè bona studioque digna se convertat? Ne traducant vos igitur sapientium istorum, non sapientium, conciliabula, qui

h Omittit *Æton.* i τῶν ὁμοίων αὐτῶν αὐτῷ *Æton.* & sic *Tigur.* voce αὐτῶν Parenthesi inclusâ, tanquam abundante; unde & omissa est in Edit. Parisiensi. k ἐπιζητεῖν ἐπὶ τῷ *Gal.* 2. sed in marg. ἐπιζητεῖν τὸ. ἐπιζητεῖν ἐπὶ τὸ *Æton.* ἐπὶ τὸ ζητεῖν (ἐπὶ) τὸ *Tigur.* ἐπὶ lunulis incluso, ceu supervacaneo. Unde & omissum est in Edit. Paris. l τρέψῃ *al.*

1 Κράτητος] Crates Thebanus, Diogenis Cynici discipulus fuit. Ejus vitam Laert. lib. VI. depingit, sed communes nuptias eum approbasse non meminit. Constat in ea hæresi Platonem quoque fuisse. *Gesner.*

2 γαμικῇ,] De mendo mihi suspecta est vox ista. Quid si loco ipsius, reponamus κυνογαμίᾳ? Certè nusquam legimus communes nuptias à Cratete approbatas; quin & meretrices convitiis insectari, ex industriâ, solitum esse testatur Laertius in vita ejus. Unam autem uxorem Crateti nupsisse, Hipparchiam Maronitim, præter Laertium testatur Clemens Strom. lib. IV. pag. 523. Μέμνημαι δὲ καὶ γυναικὸς τοῦ Ἱππαρχίας ἧς ἐκαλεῖτο ἡ Μαρωνῖτις, ἡ Κράτητος γυνὴ· ἐφ' ᾗ καὶ γυναικάμεια (leg. κυνογάμεια, quod & Sylburgio visum est) ἐν τῇ ποικίλῃ ἐτέλεσε. *Memini etiam Cynicæ cujusdam. Hipparchia autem vocabatur Maronitis, uxor Cratetis, propter quam in Pœcile* (porticu in qua Stoici Athenis philosophabantur) *celebrata fuere Cynogamia.* Theodoretus item Serm. de Virtute activâ. p. 671. Cratetem dicit δημοσίᾳ cum uxore suâ rem habuisse, libidine insurgente, in porticu dictâ scilicet. Monetque ulterius Suidas, eum ductâ Hipparchiâ non γάμῳ nuptias istas vocâsse, sed κυνογαμίαν. Aptè admodum, non modo quia Cynicus Cynicam duxerat, sed quia revera caninæ fuerant nuptiæ istæ ob publicum coitum. Hinc forsan receptus ille apud Cynicos invaluit mos, quem acerrimè reprehendit Lactantius, lib. III. §. 15. *Nam quid ego de Cynicis loquar? quibus in propatulo coire cum conjugibus mos fuit. Quid mirum, si à canibus, quorum vitam imitantur, etiam vocabulum nomenq; traxerunt?*

3 τῶν ὁμοίων αὐτῷ] Tacitè hic videtur Crescentem perstringere, & ipsum Cynicum; φιλοσόφου, & φιλοσόφου· ut ingeniosè Tatianus ad mentem Justini. Οὐ γὰρ φιλοσόφου ἐπεῖν ἄξιον, inquit Martyr, τὸν ἄνδρα· ὃς γε καθ' ἡμῶν ἃ μὴ ἐπίστατο, δημοσίᾳ καὶ μαρτυρεῖ, ὡς ἀθέων καὶ ἀσεβῶν Χριστιανῶν ὄντων, αὐτὸς χάριν καὶ ἡδονὴν τοῦ πολλῶν τὸ πλανηρὸν τούτοις πράττων. *Neque enim dignus est titulo Philosophi vir iste, qui publicè de rebus quas ignorat, scilicet quod nos Christiani Athei atque impii simus, adseverat; ad gratiam & voluptatem eorum qui ab eo in errorem seducti sunt, id faciens.* Apol. I. p. 46.

4 φιλοσόφων] Griphos appellant has locutiones; ut avis non avis, pro vespertilione; lignum non lignum, pro pumice: sic philosophus non philosophus, pro sophista & ostentatore, aut qui verbis quidem, sed non actionibus aut moribus philosophicis utatur. *Gesner.*

cum

cum sibi contraria decernunt, tum quisque prout aliquid in mentem ei venit, eloquitur.

VI. Multæ insuper offensiones inter eos oriuntur, dum alter odit alterum, & gloriæ causa æmulus est, & præstantiorem quisque locum arrogantiæ suæ quærit. Atqui par erat ut neque regum majestatem colerent, neque principibus adularentur, sed expectarent donec principes ipsi adirent eos. Quid obsecro est, ὦ Græci, quod administratio-

γύρεις, οἵτινες ἑαυτὰ μᾶλλον ἐπὶ τοῖς δογματίζουσι· κατὰ ἢ [m] ἐπελθὸν ἕκαστος [n] ἐκπεφώνηκε".

5'. Πολλὰ δὲ ὦ πρὸς αὐτοὺς ἐστι [o] συγκρούματα". μισεῖ μὲν γὰρ ἕτερος τὸν ἕτερον. ἀνιδοξεῖται ἢ [p] αὐτοῖς", [1] Δι' ἣν ἀλαζονείαν τόπους ὑπολειπόμενοι τοὺς πρώτους ἐχοντας. ἐχέλω δὲ μήτε [q] βασιλέως" [2] [r] συλλήμαλι" θεραπεύειν, [s] ἢ" κολακεύειν τοὺς ἡγεμόνας, προειμένην δὲ μέχρις ἂν πρὸς αὐτοὺς οἱ μεγιστᾶνες ἀφίκωνται". [3] Δι' τί γὰρ, ἄνδρες Ἕλληνες, ὥσπερ ὑ

m Deest Æton. n Sic Æton. Fronto Duc. & al. sed Tigur. ἐκπεφόρηκε, & Edit. Pari. ἐκπεφώνηκε. o ἐπισυγκρύματα Gall. 2. p legendum αὐτῶν. Gall. 1. Æton. Fronto Duc. ἑαυτοῖς. q Sic legendum existimavit Gesnerus. βασιλείας Tigur. Æton. vide Notas. r συλλήμματι Æton. Fronto Duc. προσλήμματι Gall. 1. s Deest Æton.

1 Δι' τὴν ἀλαζονείαν] *Ob arrogantiam*, seu *ex arrogantia*.

2 συλλήμαλι] Rarum est vocabulum. transtuli *majestatem*: nam λῆμμα inter cætera, dignitatem significat in Lexico Phavorini. Aliud est συλλημμα per μ duplex, de quo infra numero 44. *Gesner*. Addi poterat, etiam apud Polybium συλλήμαλι significare *prærogativam regiam*. Cæterum in hoc sensu vocis, male redditeris βασιλέως συλλήμαλι θεραπεύειν, *regum majestatem colere*. Sic enim foret βασιλέων συλλημμα· cum θεραπεύειν accusandi casu semper gaudeat. Aliud omnino valere videtur hoc loco συλλημμα. Salsè scilicet ridet istos Philosophos Tatianus, quod cùm affectarent locos πρώτους, ac quasi honorem regium; abjectè tamen & serviliter principibus, aliisque summo loco constitutis viris adulati fuerint, iisque sese importuniùs obtruserint, haud invitati. Quod si, inquit, tanta ipsis dignitas, haudquaquam certè oporteret Principes συλλήμαλι, *præoccupatis* seu *anticipatis officiis* colere (sic enim vocem interpretor) iisve assentari; sed expectare potius, donec hi ad eos veniant. Equidem in hanc loci sententiam magis propendeo, quod excusum βασιλέως firmet Codex uterque Regius. Sin autem genuina lectio sit βασιλείας, quam præferunt Editio Tigurina, & Exemplar Ætonense nostrum, tum certè hæc fuerit Tatiani mens: *Ob arrogantiam loca quærit quisque prætantiora, & aulas Principum. Nonnullam autem oportebat, ne quidem ea auctoritatis regiæ prætextu, Principes adorare, aut adulari magnatibus; sed patienter manere, donec ipsi ad eos venirent studiorum causâ.*

3 Δι' τί γὰρ] *Quid obsecro*, &c. Ita quidem *Gesnerus* hunc locum vertit. Sed nisi longè fallor, aliter redditus fuit; hoc videlicet modo: *Quid obsecro est, O Græci, cur tanquam in pugillatu impingere in nos aliorum institutis velitis?* H. Stephanus. Pro *aliorum institutis*, mallem *institutis vestris*.

συγγρ

[1] πυγμῇ συγκεῖσθαι βέλεσθε τὰς πολιτείας [t] καθ' ἡμᾶς"; Ĉ εἰ μὴ τοῖς [u] ὑμῶν" νομίμοις συγχεῖσθαι βέλομαι, τίν' Ĉ χάριν, καθάπερ μιαρώτατος μεμίσημαι; ὡσαύτως τῷ φόρους τελεῖν ὁ βασιλεύς; [2] ἕτοιμ' Ĉ παρέχειν. δουλεύειν ὁ δεσπότης καὶ ὑπηρετεῖν; τοῦτο δουλείαν [x] γινώσκων". τὸ μὲν γὰρ ἄνθρωπον ἀνθρωπίνως τιμητέον, φοβητέον δὲ μόνον τὸν Θεόν· ὃς οὐκ ἔστιν ἀνθρωπίνοις ὄμμασιν ὁρατὸς ὀφθαλμοῖς, οὐ τέχνῃ θεάσηται'. τοῦτον μόνον δεῖ δουλεύειν κελεύομεν', οὐ πειθησόμεθα, τεθνήξομαι δὲ μᾶλλον, ἵνα μὴ ψεύστης καὶ ἀχάριστος ἀποδειχθῶ. Θεὸς ὁ καθ' ἡμᾶς, οὐκ ἔχει σύστασιν ἐν χρόνῳ, μόνος [3] ἄναρχος ὢν, καὶ αὐτὸς ὑπάρχων τῶν ὅλων ἀρχή.

nes noſtras tanquam pugno concludere velitis? Et cur ſi veſtris legibus ſuffragari nolo, tanquam ſceleratiſſimus exponor odio omnium? Atqui rex ſi jubeat tributum pendere, paratus ſum: ſi dominus, inſervire & miniſtrare, ſervitutem agnoſco. Quandoquidem homo humano more colendus eſt, timendus autem ſolus Deus: qui non conſpicitur oculis hominum, nec arte ulla comprehenditur. Hunc ſolum ſi quis negare jubeat, non obediam, ſed potius moriar, ne mendax & ingratus efficiar. Deus noſter non conſiſtit intra tempus, ſolus ſine principio, cum ipſe ſit principium rerum omnium quæ ince-

t καθ' ἡμῶν Gall. 1. 2. Æton. quomodo legendum cenſet H. Stephanus. u τινῶν Tigur. Gall. 1. 2 Æton. omnino rectè, ὑμῶν quod præfert Editio Pariſienſis, Geſneri nititur conjecturâ. x γινώσκω al. Fronto Ducæus. quod probat H. Stephanus.

1 πυγμῇ συγκεῖσθαι] Verti *pugno concludere*, quod proverbialiter dictum videtur, pro in ſua unius poteſtate aliquid tetinere, & libertatem aliis negare, vel in anguſtum aliquid redigere, & quaſi terminis circumſcribere. Sic etiam infrà portione 43. eos qui Atticiſſant, pronuntiationes literarum pugno concludere ait. Aliud eſt proverbium, quod Eraſmus citat ex Theæteto Platonis, ἀπτεῖ τῶν χειρῶν λαβοῦς, & vertit *pugno tenere* vel *ſtringere*. Uſurpatur autem à Platone, in eos qui non exiſtimant quicquam eſſe in rerum natura, præter res corporeas & ſenſibus expoſitas. *Geſner.*

2 ἕτοιμ' Ĉ παρέχειν] Conſona iſta doctrinæ magiſtri ejus Juſtini, Apol. II. p. 64. φόρους δὲ Ĉ ἀσφαλοῦς τοῖς ὑφ' ὑμῶν τεταγμένοις πανταχοῦ σπουδῇ πάντων πειρώμεθα φέρειν, ὡς ἰδιωτικώτερον περὶ αὐτῶν. *Vectigalia ſanè & collationes eis quæ à vobis ſunt ordinati exactoribus, præ omnibus ubique conferre contendimus; quemadmodum ab eo ſumus inſtituti.*

3 ἄναρχος] Ad verba iſta digitum videtur intendiſſe Clemens, Strom. lib. IV. p. 539. ὁ θεὸς δὲ ἄναρχος, ἀρχὴ τῶν ὅλων πάντελὴς, ἀρχὴς ποιητικός. *Deus autem expers principii, perfectum & omni ex parte abſolutum univerſorum principium, principii efficiens.*

perunt. Deus est spiritus, non insinuans se materiæ, sed spirituum materialium & formarum in materia opifex, invisibilis, intactilis, omnium autem pater, quæ vel sensu percipiuntur, vel visum fugiunt.

VII. Hunc ex opere quod condidit agnoscimus, & potentiam ejus invisibilem ex factis æstimamus. Opus equidem ab ipso nostri gratia conditum adorare nolo. Solis & Lunæ sydera propter nos producta sunt, & ego ministros adorarem? Quomodo ligna & lapides pro Diis haberem? Nam

πνεῦμα ὁ Θεὸς, [1] ὃ [y] διῆκεν" ἀλλ' τ ὕλης, πνευμάτων δὲ ὑλικῶν κ τ ἐν αὐτῇ σχημάτων καταςκευασής· ἀόρατός τε ὢν ἀναφὴς, αἰσθητῶν κ ἀοράτων αὐτὸς γενὼς πατήρ.

ζ'. [2] Τοῦτον δὲ τ ποιήσεως αὐτοῦ ἴσμεν, ὢν τ δυνάμεως αὐτοῦ τὸ ἀόρατον τοῖς ποιήμασι καταλαμβανόμεθα. δημιουργίαν τ ὑπ' αὐτοῦ γενομένην οὐκ ἐγὼ ἡμῶν" προσκυνεῖν ὐ θέλω. γέγονεν ἥλιος ὢν σελήνη δι' ἡμᾶς, εἶτα [3] πῶς τοὺς ὑπηρέτας προσκυνήσω; πῶς δὲ ξύλα ὢν λίθους θεοὺς ὀπτανόμαι; [4] πνεῦμα γὰρ

y διῆκεν Gall. 1. 2. Fronto Ducaus. z ὑμῶν Gall. 2.

1 ὃ διῆκεν δὲ τ ὕλης] *Non pervadens materiam*; quemadmodum de Anima mundi somniarunt Stoici.

Spiritus intus alit, totamque infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet. Virgilius,

ex istius sectæ placitis. Nobile quidem in hanc rem occurrit Scholion ad oram MS Codicis Regii prioris. Οὐ διῆκεν δὲ τ ὕλης, οἱονεὶ κατ' ἐμψυχίαν, ἵνα ἡ μὲν ὕλη ᾖ ἄτε σῶμα, τ δ' ψυχῆς [ὁ Θεὸς] λόγον ἐπίσχῃ· ἀλλὰ δημιουργικῶς πάντα σωφρόνων ὢν δεσποτῶν. *Non pervadens materiam, per modum animationis, ita ut materia sit quasi corpus, Deus verò rationem habeat animæ; sed tanquam Dominus & creator materiæ, omnia gubernans atque ordinans.* Clemens Alexandrinus, Διὰ πάσης, inquit, ὕλης, τ δὲ ἀμιγοῦς, τὸ Θεῖον διῆκεν λέγεσι, κατειληχότες ἀτεχνῶς τὴν φιλοσοφίαν. Protreptico p. 44.

2 τοῦτον δὲ] Hoc loco Tatianus planè alludit ad verba Apostoli, Rom. c. 1. v. 20. Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου, τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις ὢν θειότης.

3 πῶς τοὺς ὑπηρέτας προσκυνήσω;] Gemina istis habet in Protreptico Clemens. Εἰ γὰρ ὢν μὴ ἀνθρώπινα τὰ ἔργα τὰ ἐν ἀρχῇ, ἀλλὰ χρὴ ἀνθρώποις διὰ μέσου τ ὢν ὅλων τις ὑμᾶς προσκυνεῖτω, ἀλλὰ τ ἡλιον ποιητὴν ἐπιπλήττω· μηδὲ τ κόσμον ἐκθειαζέτω, ἀλλὰ τ κόσμου δημιουργὸν ἐπιζητούτω. *Etsi enim humana opera non sunt ea quæ sunt in cœlo, at hominibus tamen sunt fabricata. Nec adoret quis vestrûm solem, sed solis effectorem desideret: neque mundum Deum faciat, & ut Deum colat, sed mundi quærat opificem.* p. 42.

4 πνεῦμα γὰρ] Hic spiritus divinus dici potest, quatenus Dei opus est: non tamen quòd essentiæ divinæ sit. Superiùs enim spiritum Dei materiæ insinuari negavit. Philo Judæus de *mundo* scribens, hunc in materia spiritum vocavit *habitum*, inquiens: *Corpora quædam habitum, quædam natu-*

ra

τὸ ἀφ' ὕλης δῆκον, ἔλαττον ὑπάρχει δ' ἡ ὁτέρᾳ πνεύματος. [z] ὅπερ ἦ * ψυχὴ παρωμοιωμένον, ἃ τιμητέον ἀξίως τῷ τελείῳ Θεῷ· ἀλλ' οὐδὲ τ' [1] ἀνωνόμαστον Θεὸν δωροδοκητέον. ὁ γὰρ πάντων ἀνενδεὴς, ἃ ἀφελητέος [2] ὑφ' ὑμῶν· ὡς ἐνδεής. Φανερώτερον δὲ ἐκθήσομαι τὰ ἡμέτερα. [2] Θεὸς μὲν ἐν ἀρχῇ· τὸν δὲ ἀρχὴν [3] λόγῳ δυνάμιν παρειληφα-

qui materiam penetrat ſpiritus divino ſpiritu multum inferior eſt: Et quod nihil quàm ſimilitudinem vitæ habet, non eodem honore, quo perfectus Deus, coli debet. Sed neque ineffabilem Deum muneribus affici exiſtimandum eſt. Nam qui nullius omnino rei indigus eſt, non tanquam egenus apud nos traduci debet. Nunc manifeſtiùs religionis noſtræ arcana pandam. Deus erat in principio; principium autem verbi poten-

z ὅπερ δὲ Tigur. Æton. a ὑφ' ἡμῶν Æton. ὑφ' ἡμῶν Fronto Ducæus.

ram induiſſe, quædam animam dicamus, quædam denique animam rationalem. Lapidum igitur & lignorum, quæ abſtracta ſunt à coalitu, vinculum validiſſimum Deus fecit habitum, qui ſpiritus eſt converſa reflectens in ſeipſum. Incipiens enim à mediis in extrema tenditur; cumque ſupremam attigerit ſuperficiem, reflectitur rurſus, quoad eodem loci perveneris, unde primum profectus erat; atque hic eſt circularis curſus habitus. Galenus quoque in Definitionibus ei attributis, *habitum* definit *ſpiritum continentem & confirmantem partes.* Geſner. Haudquaquam prætereunda, quæ notavit Scholiaſtes in margine MS Codicis Regii prioris. πνεῦμα τῶν δημιουργικῶν ἕξιν ἀκινήτου νοῦ, ἐστιν δύναμις ἐν τῇ ὕλῃ ἐγκατασπείρασ Θεὸς, τὰς ἀφθάρτους σὺ τοῦ ὄντος τέτε ἐκτείλασα φύσις, ζώων χερσαίων, ἐνύδρων, πτηνῶν, ζωοφύτων, φυτῶν. *Per ſpiritum intelligimus habitum creativum, ſive potentiam, quâ materiæ inſertâ Deus varias in hoc orbe viſibili produxit naturas, animalium terreſtrium, aquatilium, volatilium, plantanimalium, vegetabilium.*

* *Rationem habet animæ* (partis compoſiti ſc.) *adeòq; imperfectum eſt, non* &c.

1 ἀνωνόμαστον] Epitheton apud primos hoſce Scriptores Eccleſiaſticos haud infrequens. Juſtinus: Ισδαῖοι δὲ πάντες ἓν νῷ διδάσκουσι τὸν ἀνωνόμαστον Θεὸν λελαληκέναι τῷ Μωσεῖ. *Judæi ſanè omnes nunc quoque docent, carentem illum nomine Deum cum Moſe collocutum eſſe.* Apol. II. p. 95. Clemens Strom. lib. V. p. 587. dicit deum eſſe ἀχειρώθητον & ἀνωνόμαστον. Abſurdum nempe his viſum eſt Deo nomen imponere. Οὐδὲν ὄνομα ἐπὶ Θεῷ κυριολογεῖσθαι δύναται. *Fieri omnino non poteſt, ut proprium aliquod Deo nomen tribuatur.* Juſtin. Cohort. ad Græcos, p. 19. ὄνομα τῷ πάντων ποιητῇ θεῷ, ἀχώνητόν ἐστι, οὐκ ἔστιν. Apol. I. p. 44. *Univerſarum rerum Patri, utpote ingenito, nomen impoſitum non eſt.* Luculentiùs verò adhuc, Apol. II. p. 94. ὄνομα τῷ ἀῤῥήτῳ Θεῷ οὐδεὶς ἔχει εἰπεῖν. εἰ δέ τις τολμήσειν εἶναι λέγειν, μέμηνε τὸν ἄπονον μανίαν. *Nomen ineloquibili Deo dicere nemo poteſt. Si quis autem nomen ei indere audeat, prodigioſa prorſus luxuriantique inſaniat inſania.*

2 Θεὸς μὲν] Imitatur initium Evangelii Joannis. *Geſner.*

3 λόγῳ δυνάμιν] Per λόγῳ δυνάμιν, intelligi hîc ipſum Λόγον, ſeu Filium Dei, fuſiùs oſtendit doctiſſimus *Bullus*, Defenſ. Fidei Nicenæ. Sect. III. cap. 6. Quod quidem Caput univerſum, ad operis hujuſce calcem adjiciendum curavimus.

tiam esse accepimus. Quippe dominus mundi cum ipse sit universorum substantia, nondum condito mundo solus erat: si vero respicias potentiam ejus, in qua visibilia & invisibilia cuncta consistunt, omnia cum ipso erant. In ipso enim per potentiam verbi, tum ipse, tum verbum quod in eo erat, extitit: Cum voluit autem ipse, verbum ex ejus simplicitate prosiliit. Et verbum non inaniter prola-

μὸν. [1] ὁ γοῦν δεσπότης τῶν ὅλων αὐτὸς [2] ὑπάρχων ἦν πάντα ἡ ὑπόστασις, κατὰ μὲν τὸν μηδέπω γεγονημένου κόσμου μόνος ἦν· καὶ ὁ δὲ πᾶσι δυνάμις, ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων αὐτὸς ὑπόστασις ἦν, ἦ συν αὐτῷ τὰ πάντα. συν αὐτῷ [b] ἦν δὲ ἐν λογικῆς δυνάμεως, αὐτὸς ὁ Λόγος, ὃς ἦν ἐν αὐτῷ, ὑπέστη. [4] θελήματι δὲ ἀπλότητος αὐτοῦ ἐξεπήδα. Λόγος· ὁ δὲ [5] Λόγος ὁ κατὰ

b Deest *Tigur. Gall.* 1. 2. *Æton.*

1 ὁ γοῦν δεσπότης] Ista obscurius paulo, nec ad Tatiani mentem satis accommodate repræsentavit Interpres. Sensus est, *Dominus enim universi, cum sit ipse rerum omnium hypostasis, sive is per quem omnia subsistunt, si spectes quidem Creaturam ipsam nondum existentem, solus erat; in quantum verò is qui omnia potest, res omnes visibiles & invisibiles etiam ipse in se subsistentes complectebatur, omnia cum ipso erant. Quin & cum ipso, per virtutem Λόγου productricem* (idenim est quod paulò infrà dicit Tatianus, ὁ Λόγος ἀγγελικὸν ἦν δύναμις ἐνεργός) *etiam & ipse Λόγος, qui erat in eo, subsistebat.*

2 ὑπάρχων ἦν] Quæ verba hoc sonare videntur, Deum esse causam & auctorem subsistentiæ rerum omnium, vel omnia ab ipso ad essentiam esse producta. Ipse quidem actu est ὑπόστασις, quare τὸ ὄν appellatur, res autem conditæ potentia. Omnes enim res quæ fiunt, tales potentia sunt, qualis efficiens actu. Græci alio nomine hypostasin vocant hyparxin; quam Philo ab ἐσίᾳ, *i. e.* essentia distinguit, de Abrahamo in libro de mundo sic scribens: Καὶ ὁ ἀσώματον ἀνάγκη ἡ πρωτουργὸς λαβεῖν φαντασίας, ἐχὶ τὸ ἐσίας (τοῦτο γὰρ ἀμήχανον) ἀλλὰ τὸ ὑπαίτιον αὐτῷ τῆς γενέσεως. Budæus transtulit: Neque verò ejus contentionis quicquam ipse animo vemisit, quàm mente concepit *speciem* ejus *viorem*; *non illam quidem naturæ ejus* & *essentiæ*, (etenim hoc majus est, quàm ut id assequi quisquam possit) *sed substantiæ* atque *providentiæ*. Genet.

3 συν αὐτῷ] Hue respexit Tertullianus, l. contra Praxeam c. 5. *Ante omnia Deus erat solus, quia nihil aliud extrinsecus præter illum. Cæterùm ne tunc quidem solus; habebat enim secum quam habebat in semet ipso Rationem suam scilicet.* Ubi legisse videtur apud Tatianum, non αὐτὸς ὁ λόγος, quod in libris nostris, sed αὐτῷ τῷ λόγῳ.

4 θελήματι] *Cum voluit ipse* Interpres, admodum feliciter. Sic enim Justinus, unde traducta ista: ὁ πατὴρ ὅταν βούληται, δυνάμει αὐτοῦ ἐστὶν ποιῆσαι, Dial. cum Tryph. p. 358.

5 Λόγος ὁ κατὰ] Hoc addit ut verbum divinum ab humanis distinguat, quæ dum fiunt solum, seu dum proferuntur, audium momento, facta verò evanescunt, cum in solo sint consistunt, & in aerem, quem vulgus inane putat, dissipantur; aut idcirco quia hominum verba sæpe vana & sterilia

κατὰ κενὴ χωρήσας, [1] ἔργον πρωτότοκον [2] c τ̃ πνεύματος γένετο. τοῦτον ἴσμεν τ̃ κόσμου τ̃ ἀρχήν.

η'. [3] Γέγονε δὲ κατὰ μερισμὸν, ἀ κατὰ ἀποκοπήν. τὸ γὰρ ἀπο-

tum, primogenitum opus fit ipsius spiritûs. Hoc scimus esse principium mundi.

VIII. Natum est autem per divisionem, non avulsionem. Quod

c τῦ πατρὸς *Gall.* 1. probat hanc lectionem *Fronto Ducæus.* Varietas ex contracta scriptione orta est, πρς pro πρτ. Vide autem Notas.

sterilia sunt, nec ullum opus consequitur; Dei autem verbum, non vanum aut infectum, sed maximè fœcundum & efficax fuit. Appellat autem hîc verbum opus, ejusque causam efficientem, id est Patrem, spiritum. Non quòd personas confundat, sed ut in Genesi legitur, *quod spiritus Dei se moverit supra aquam*: & Tatianus suprà Deum simpliciter dixit esse spiritum, omnium in materia spirituum opificem: inferiùs quoque Christum appellat spiritum. *Gesner.* Malè Interpres, *Verbum non inaniter prolatum.* verti debuit, *non ex inani procedens.* Id enim sibi vult Tatianus, ut ex infrà dictis liquet, Patrem ex hâc productione Λόγυ, non exinanitum vel exhaustum esse Divinitate suâ, seu factum ἄλογον, ut infrà loquitur; sed genuisse eum absque ullâ sui diminutione.

1 ἔργον] Alluditur hîc ad sermonem humanum. Λόγυ enim cum sermone nostro commune illud, quod uterque sit ἔργον spiritûs, seu à spiritu procedat; humano, verbum nostrum; divino verò, Λόγος hic Patris ἀΐδιος. Vocatur autem hoc loco ἔργον πρωτότοκον τ̃ πνεύματος, planè quomodo apud Apostolum Christus dicitur πρωτότοκος πάσης κτίσεως. Col. c. 1. v. 15. Primo, & quidem ab æterno, genuit Λόγον tum verò, Λόγυ ministerio, fecit mundum: unde & hîc ἀρχὴ τ̃ κόσμυ dicitur.

2 τ̃ πνεύματος] Emendavimus ex regio MS. τ̃ πατρὸς γίνεται. cum esset antea τ̃ πνεύματος, *opus sit ipsius spiritûs.* Ita paulò post loquitur. Sect. 8. ἕτω κὴ ὁ λόγος πρωελθὼν ὐκ τ̃ πατρὸς δυνάμεως. *Sic etiam verbum è Patris potentia progressum.* & Sect. 10. λόγος γὰ ὁ ἐπιφόιτος πνεῦμα γεγονὼς ἀπὸ τ̃ πατρός. *Verbum enim illud cœleste, spiritus à Patre genitus.* Fronto Ducæus.

3 Γέγονε δ' κ' μερισμὸν] Omnia hæc ad mentem Justini magistri. Ἐν τοῖς προφηπκοῖς, inquit, λέγ βεχίον τὸν λόγον ἐξήνεγκεν, ἐπὶν τὴν δύναμιν ταύτην γεγονῦᾶν ἀπὸ τ̃ πατρὸς, δυνάμει δὲ βελῇ αὐτῦ, ἀλλ' ὐ κ' ἀποκοπὴν, ὡς ἀποτμηθέντος τ̃ πατρὸς ὐσίας, ὁποῖα τὰ ἄλλα πάντα μεριζόμενα κὴ τεμνόμενα, ὐ τὰ αὐτὰ ἐστὶ τ̃ πρὶν τμηθῆναι. κὴ παραδείγματος χάριν παρειλήφεν τὰ ὡς ἀπὸ πυρὸς ἀναπτόμενα πυρὰ ἕτερα· ὁρῶμεν, ἀδὲν ἐλαττωμένε ἐκείνε ἐξ ἀναφθέντες πολλὰ δύναται, ἀλλὰ τ̃τῦ μένοντος. *In suprà dictis brevibus explicavi τ̃ Λόγον. Virtutem hanc dicens à patre genitam, virtute ac voluntate ipsius: non per recisionem, veluti ab essentia Patris dispertitam, prout alia omnia divisa & secta, non eadem sunt quæ antè fuerunt quàm scinderentur. Atque exempli gratia, ea sumsi quæ ab igne accensa, ignem alium cernimus, illo nihil diminuto, sed in eodem statu manente, unde multi accendi possunt ignes.* Dial. cum Tryphone pag. 358. Vide istis gemina p. 284. ejusdem Dialogi.

Ex his quidem clarè efficitur doctrinam de filii τ̃ ὁμοσίου, sive ex ipsa Dei Patris essentia ac substantia productione, dogma fuisse Justini ætate in Ecclesia Catholica receptum, fixum, ratum ac stabilitum: hæreticosque illorum temporum doctrinam istam eâdem

Quod enim avellitur, à primo ſeparatur: quod vero dividitur, id functione donatum propria, nihil imminuit illum à quo vim ſuam ſumpſit. Quemadmodum enim ab una face aliæ multæ accenduntur, nec tamen primæ facis lux minuitur propter plures inde ſuccenſas: Sic etiam verbum è patris potentia progreſſum, non relinquit genitorem verbi expertem. Nam & ego ſi loquar, & vos audiatis, non tamen propter tranſitum ſermonis, ego qui vobiſcum loquor, ſermone vacuus fio: ſed vocem meam proferens, incultam in vobis materiam excolere mihi propono. Et quemadmodum verbum in principio genitum, mundum & nos viciſſim genuit, cum ſibimet materiam produxiſſet: ſic ego quoque ad imitationem verbi regenitus, & veritatis illuſtratus cognitione, materiæ

τμηθὲν δ' πρώτου κεχώρισται, τ
δὲ μερισθὲν οἰκονομίας τιμὴν αὐτ
σιν πρόσλαβον οὐκ ἐνδεᾶ τ' ὄν
ἑλληπίαν πεποίηκεν. ὥσπερ γὰ
δοτὸ μιᾶς δαδὸς ἀναπίπτει μὴ
πυρὰ πολλὰ, τ δὲ πρώτης δαδὸς
Δι' τὴν ἔξαψιν τ πολλῶν δαδῶ
ἐκ ἐλαττῶται τὸ φῶς· οὕτω κ
Λόγος προελθὼν ἐκ τ πατρὸς
δυνάμεως, ἐκ ἄλογον πεποίηκ
τ γεννήτορα. κ γὰρ αὐτὸς ἐγὼ
λαλῶ, & ὑμεῖς ἀκούετε, & ἐ δι
πω Δι' τ μεταβάσεως τ λόγου,
κενὸς ὁ προσομιλῶν λόγου γίνο
μαι· προβαλλόμενος δὲ τὴν ἐ
μαυτ φωνὴν, ἵ Δι κοσμεῖν τ
ἐν ὑμῖν ἀκόσμητον ὕλην προ
βάλλομαι. καὶ καθάπερ ὁ Λόγος ὁ
ἐν ἀρχῇ γεννηθεὶς, ἀντεγέννησε τὸν
καθ' ἡμᾶς πίνσιν, αὐτὸς ἑαυτὸ
τὴν ὕλην δημιουργήσας· ὕτω
κἀγὼ κατὰ τὸν Λόγον μίμη
σιν ἀναγεννηθεὶς, κ τὸν τ ἀλη
θ κατάληψιν πεποιημένος,

dem cavillationem oppugnâſſe, quâ poſtea Ariani aliique hæretici uſi ſunt: ac denique Catholicos Juſtini ævo eâdem omnino reſponſione Sophiſma illud diluiſſe, quam Catholici Doctores, poſt excitatam ab Ario de πρὸ ὁμοουσίου controverſiam, ad Arianorum ora obſtruendum adhibuerunt; uti annotavit clariſſimus Bullus, egregia ſua Defenſione Fidei Nicænæ. p. 111.

1 Δι κοσμεῖν] Reſpicit hoc loco Tatianus ad diſpoſitionem orbis, ejuſque partium in primâ creatione. Quemadmodum ſcilicet initio, Deus Λόγῳ ſuo æterno informem & uliginoſam Abyſſum illuſtravit, parteſque mundi univerſas admirabili ordine diſpoſuit; ita Tatianus ſe operam ait daturum, ut Λόγῳ hoc ſuo, caliginoſas horum Gentilium mentes, denſiſſimis ignorantiæ tenebris coopertas, noſtræ ac cæleſti luce perfundantur, præceptiſque Chriſtianæ philoſophiæ inſtruantur atque exornentur in ſalutem.

2 τὸν καθ' ἡμᾶς πίνσιν] Interpres, *Mundum & nos.* mallem, *mundum hunc noſtrum.* Sic infrà, οἱ καθ' ἡμᾶς αἰῶνες, *ſecula noſtra.*

d μετα-

d μεταρυθμίζω'' 1 τ̃ συγγενε͂ς ὕ-
λης τλ͂ω σύγχυσιν. 2 ἔτι γὰρ ἄ-
ναρχος ἡ ὕλη καθάπερ e ὁ Θεὸς'',
ἀδὲ λ͂ τὸ ἄναρχον κ͂ αὐτὴ ἰσο-
δυνάμ͂ τῷ Θεῷ· γένητη δὲ, 5
* κ͂'' οὐκ ὑπὸ τ̃ ἄλλε γεγονυῖα,
μόνε δὲ ὑπὸ τ̃ πάντων δημι-
ουργ̃ πεφυσιολημμένη.

θ'. 3 Καὶ λ͂ τ̃το κ͂ σωμάτων
ἀνάστασιν ἔσεσθαι πεπιστεύκαμεν, 10
μ͂ τὴν τ̃ ὅλων συντέλειαν· ἐχ
ὡς οἱ 4 Στωϊκοὶ δογματίζουσι κα-
τά τινας κύκλων περιόδ̃ γινο-
μένων ἀεὶ καὶ ἀπογινομένων τ̃
αὐτῶν, οὐ λ͂τί τι χρήσιμον· ἀ- 15
παρ̃ δὲ τ̃ καθ' ἡμᾶς αἰώνων πε-
περασμένων, καὶ εἰς τὸ παντελὲς
f λ͂'' μόνων τῶν ἀνθρώπων τὴν
g σύστασιν'' ἔσεσθαι, χάριν κρίσεως.

mihi cognatæ confusionem emendo. Haud etenim principii immunis est materia, quemadmodum Deus; & cum aliquando inceperit, parem Deo potentiam habere nequit: siquidem genita est, & non ab alio facta, sed ab uno omnium architecto producta.

IX. Quamobrem corporum quoque resurrectionem fore credimus post consummationem universorum: non sanè ut Stoicis placet, secundum quosdam orbium cœli circuitus, iisdem semper rebus ad nullum utilem finem nascentibus & pereuntibus: sed evolutis semel sæculis nostris, solam hominum in integrum restitutionem judicii causa fu-

d Μεταρυθμίζων *Tigur. Æton.* e ὁ θεὸς *Gall.* 1. * κ͂ omisit *Fronto Ducæus.* f λ͂τ abundare censet *Gesnerus.* g ὑπόστασιν legendum conjicit *Gesnerus.*

1 τ̃ συγγενὲς ὕλης] Videtur hic abuti vocabulo materiæ, pro causa peccati quæ in animo & voluntate consistit, quæ nobis congenita, & ab Adamo usque hæreditaria est. Alibi tamen Dæmones ex materia constare dicit, ideoque malignos esse. *Gesner.* Verùm ista malè capit *Gesnerus.* per ὕλην συγγενῆ haud aliud intelligit Tatianus, quàm homines cæteros sibi congeneres, seu ejusdem cum ipso naturæ, quos oratione hâc informaturum se profitetur.

2 ἔτι γὰρ ἄναρχος] Perstringit Platonem, qui affirmabat materiam præexistentem, causam Deo creationis præbuisse. Sic Justinus eum reprehendit, quod statuerit τλ͂ω τ̃ ὕλης δύναμιν ἀχώνευτον κ͂ ἰσόχρονον, κ͂ ἡλικιώτιν θ̃ δημιουργ̃. Cohort. ad Græcos p. 22.

3 Καὶ λ͂ τ̃το] Simile illud *Justini*, lib. de Resurrectione, §. 7. Τέτων ὕτως ἐχόντων κ͂ πάλιν αὐτὲς, φασὶ τετε δύνασθαι ἡ τ̃ σαρκὸς ὑπόστασιν παλυγένεσίαν. εἴτε γὰρ κ͂ Πλάτωνα, ἴσον ἡ ὕλη κ͂ ὁ Θεὸς ἀμφότερα ταῦτα ἄφθαρτα· κ͂ ὁ μὲν Θεὸς ἐπέχει τόπον τεχνίτε, οἷον πλάστε· ἡ δὲ ὕλη ἐπέχει τόπον πηλε͂, ἢ κηρε͂, ἢ τινὸς τοιέτε. *His ergo apud illos ita se habentibus, apparebit possibilis ipsa carnis regeneratio. sive enim sit materia & Deus è Platonis sententiâ; sint hæc ambo incorrupta: & Deus quidem artificis locum tenet, tanquam factoris: materia verò locum luti, aut ceræ, aut talis cujuspiam.*

4 Στωϊκοὶ δογματίζουσι] Sententiam Stoicorum de conflagratione mundi, vide Sect. 4. *Gesner.*

turam.

turam. Judices autem noſtri ſunt, non Minos, neque Rhadamanthus, ante quorum obitum, ut fabulantur, anima nulla judicabatur: verum ipſe Deus opifex judicabit. Hoc ita futurum credimus, nihil interim curantes utcunque nugari nos & blaterare vos arbitremini. Quoniam ſicut ignorabam quis eſſem ante quam naſcerer, cum nullus adhuc eſſem: ſolum autem in ſubjecto materiæ carnis exiſtebam, deinde genitus qui olim non eram, ex ipſa generatione eſſentiæ meæ fidem habeo: ita natus, & per mortem ad non eſſe redactus, atque iterum inconſpicuus oculis, denuo exiſtam. Quamvis enim caro tota incendio conſuma-

δικάζει ἢ ἡμῖν. ὁ Μίνως, οὐδὲ
h Ῥαδάμανθος, ὧν πρὸ τῆς πλά-
τῆς ἀθεμίτου τῶν ψυχῶν, ὡς μυ-
θολογοῦσιν, ἐκρίνετο· δοκιμαστὴς δὲ
αὐτὸς ὁ πάντης Θεὸς γένεται. κα-
ὼ πάνυ φλυαρίας ἡ i ἀτερμο-
λόγους ἡμᾶς νομίσητε, 2 i μέλει
ἐκ ἔστιν ἡμῖν, ἐπεὶ τούτῳ τῷ Λόγῳ
πεπιστεύκαμεν. ὥσπερ γὰρ ἐκ ἠ-
πρὸ k ἦν γνοὺς τὶς ἤμην ἐκ
ἐγνώσκον, 3 μόνον ἦ ὂν ἐν ὑποκεί-
τῇ σαρκικῆς ὕλης ὑπῆρχον· γεγο-
νὼς ἦ ὁ μὴ πάλαι, διὰ τὴν γνῶσι-
ως τὸ εἶναι πεπίστευκα· τὸν αὐτ
τρόπον ὁ γνόμενος, διὰ γνώσε-
τὸ μηκέτι ὢν, αὖθις τὸ μηκέτ'
ρώμενος, ἔσομαι πάλιν, ὥσπ
μὴ l πάλαι γεγονὼς εἶτα γνω-
θείς. 4 κἂν πῦρ m ἐξαφανίσῃ πᾶ

h Ῥαδάμανθυς *Tigur. Æton. Fronto Ducæus. Tigur. Gall. 2. Æton.* πάλαι *Geſneri* conjectura.

i μέλλει *Æton.* k Deeſt *Gall. 2.* l πάλ
m ἐξαφανίσῃ μὲν τὸ σαρκίον *Gall. 1. Æton.*

1 ἀτερμολόγους] Alludit ad *Act.* 17. v. 18. ubi D. Paulus Epicuréis & Stoicis ἀτερμολόγος dictus eſt, quod annuntiaret ipſis Jeſum & reſurrectionem.

2 μέλει σὺκ ἔστιν ἡμῖν] *Non eſt nobis curæ*: rara eſt hæc locutio, bis aut ter, à Tatiano uſurpata, ut inferiùs, οἷς μέλει ἐκὶ ταῦτα, *quibus hæc curæ ſunt.* Geſner.

3 μόνον δὲ ὂν ὑποκείμενον] Verti, *in ſubjecto*, ſententiæ rationem ſecutus: licet alibi hypoſtaſin in hoc ſignificato legere non meminerim. Eſt autem ſubjectum ſive prima materia, potentia ſolum non actu. Argumentum tale videtur: Quædam potentia tantum ſunt, quædam actu, quædam neutro modo & omnino nihil: ſed corporis noſtri materia, poſt primam materiam ſemel conditam, ſemper exiſtens potentia, tandem in actum producta eſt: ſic etiam in corruptione, cum non ad nihilum redigatur, ſed priſtinam potentiam ſervet, qualem habuit antequam naſceretur, tam credibile eſt eam rurſus ad ſecundum actum rediturum, quàm certum eſt in homine vivente eam præſentem habere actum. Cur enim quod ſemel factum eſt, conditione ſimili manente, non iterum quoque fiat? At qui ſimilis eſt conditio corporis corrupti, & nondum geniti. *Geſner.*

4 κἂν πῦρ ἐξαφανίσῃ πᾶν τὸ σαρκίον] Hinc Athenagoræ illud, lib. de Reſur. p. 48. Εὔτακτα σώματα ἀναμεν ἐφ' ἑαυτῶν, κἂν ὑδατι κατάσταν, κἂν

τὸ σαρκίον", ἐξατμισθέισης τ ὕλης ὁ [n] κόσμος" κεχώρηκεν.

ι'. Κἂν ἐν ποταμοῖς, κἂν ἐν θαλάσσαις ἐκδαπανηθῶ, κἂν ὑπὸ θηρίων διαφαγῶ, τιμιωτέροις ἐναπόκειμαι ταμείοις δεσπότου. καὶ ὁ μὲν πλοῦτος καὶ ἀγεωδὲς σὺν οἶδε τὰ ἀποκείμενα· Θεὸς δὲ ὁ βασιλεύων, ὅτι βούλεται, τὸ ὁρατὸν αὖτις [o] μόνον" ὑπόστασιν ἀποκαθίστησι πρὸς τὸ δέχεσθαι. Λόγος γὰρ ὁ ἐπουράνιος [1] πνεῦμα γεγονὼς ἀπὸ μὲν πατρὸς, καὶ λόγος [2] ἐκ τῆς λογικῆς δυνάμεως, κατὰ τιμὴν δὲ γνήσιος [p] παῖς" μίμησιν, [3] εἰκόνα τῆς ἀϊδιότητος ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον.

X. Quanquam aut in fluviis aut mari contabescam, aut à feris dilanier, condor tamen in penu prædivitis domini: quod licet pauperes & impii nesciant, Deus tamen qui regnat, substantiam sibi soli conspicuam, quando voluerit, ad pristinam integritatem reducet. Verbum enim illud cœleste, spiritus à patre genitus, & ratio ex rationali potentia, hominem immortalitatis imaginem fecit ad imitatur, materiam tamen evaporatam mundus excipit.

n κόσμος *Tigur. Æton.* o μόνιον *Tigur. Æton.* p Deest *Gall.* 2.

καὶ ὑπὸ θηρίων ἢ τῶν ἐπιτυχόντων ζώων κατεδαπανηθῇ, κἂν ὑπὸ πυρὸς σωμάτιόν ἐκπνεύσῃ, διασκεδασθῇ τε ἄλλων μερῶν. *Singula singulis decentissimè coaptabuntur, sive ea igne concremata sint, sive aquis contabuerint, sive à belluis devorata, sive ex viventis adhuc corpore excisa, ante alios artus compaturuerint.*

1 πνεῦμα γεγονὸς] Sic infrà §. 11. In eandem sententiam antiquissimi Ecclesiæ Scriptores. S. *Clemens*, seu quis alius illo paulo recentior, Epistolæ secundæ fragmento, §. 9. ὁ Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Κύριος, ὁ σώσας ἡμᾶς, ὢν μὲν τὸ πρῶτον πνεῦμα, ἐγένετο σάρξ. *Jesus Christus Dominus, qui nos servavit, cum primum esset spiritus, caro factus est.* ὅτις ὢν πνεῦμα Θεοῦ, τῇ ἀρχῇ τῇ σοφίᾳ, τῇ δυνάμει αὐξήσει, παρῆλθε εἰς τὸν κόσμον σοφίζων. *Hic igitur existens spiritus Dei, principium & sapientia, altissimique potentia, descendit in Prophetas.* Theophilus ad Autolyc. lib. II. p. 88. Hinc Λόγον Apostolos inspirantem, vocat D. Petrus πνεῦμα Χριστοῦ, 1 Epist. c. 1. v. 11. Sic Irenæus, lib. II. c. 49. *Etsi enim spiritus Salvatoris, qui in eo est, scrutatur omnia, & altitudines Dei.* Ubi per *spiritum Salvatoris*, divinam ipsius naturam intelligi perspicuum est. Et lib. III. c. 11. dicit Christum dici salutem, Salvatorem, & salutare. Salutare autem, quoniam spiritus est. *spiritus enim*, inquit, *faciei nostræ Christus Dominus.* Item l. V. c. 1. Εἰ δὲ μὴ ὢν ἄνθρωπος ἐφαίνετο ἄνθρωπος, ἦν ὁ λόγος ἐπ' ἀληθείας ἡμῶν πνεῦμα Θεοῦ. Ibid. *In fine verbum Patris & spiritus Dei, admixtus antiquæ substantiæ plasmationis Adæ, viventem & perfectum effecit hominem.*

2 ἐκ τῆς λογικῆς δυνάμεως,] i. e. *Ex potentia divina & Λόγου productrice*, quomodo paulo suprà.

3 εἰκόνα] Huc adscribere libet Philonis verba ex libro de mundo. *Enimvero cæteri naturæ ætheriæ partem mentem esse nostram dicitantes, cognationem homini cum æthere copulaverunt. Magnus verò Moses formam rationalis animæ nulli eorum quæ genita sunt similiter mu-*

imitationem sui genitoris: ut quemadmodum immortalitas apud Deum est, eodem modo divinam portionem nactus homo, immortalis quoque evaderet. Verbum igitur ante creatos homines produxit Angelos. Utraque verò species, libera prorsus creata est, bonitatem haudquaquam sibi nativam, sed à Deo solo ei donatam habens; quæ quidem in hominibus libertate arbitrii perficitur: ut in improbos jure animadvertatur, utpote jure sua culpa tales; justi contrà laudes de præclaris actionibus meritò auferant, qui liberè & ingenuè Dei voluntatem non aspernati sint. Et quidem sic se habet natura hominum & Angelorum.

ναισιος τ ἄνθρωπον ἐποίησεν· ὅπ
ὥσπερ ἡ ἀφθαρσία τῷ Θεῷ
τ αὐτὸν τρόπον [1] Θεοῦ μοίραν ἀν
θρωπος μεταλαβὼν, ἔσχη καὶ τ
ἀθάνατον. ὁ μὲν οὖν Λόγος τῶ
τ τ ἀνδρῶν κατασκευῆς [2] ἀγγέ
λων δημιουργὸς γίνε). τὸ δ' [3] ἐκα
τερον τ ποιήσεως εἰδ, αὐτεξού
σιον γέγονε, τοιαῦθ' φύσιν μὴ ἔ
χον, [q] πλὴν μόνον τῷ Θεῷ
[4] τῇ δ' ἐλευθερίᾳ τ προαιρέσεως
τῶν τ ἀνθρώπων σκοπλόμενον
ὅπως ὁ μὲν φαῦλ δικαίως κο
λάζηται δι' αὐτὸν γενὸς μοχθη
ρός· ὁ δὲ δικαί χάριν τ κα
λῶν πραγμάτων ἀξίως ἐπαινῆται
κατὰ τὸ αὐτεξούσιον τ Θεοῦ μὴ
βουλομένου τὸ βέλημα. καὶ τὰ μὲν
πρὸς τοὺς ἀγγέλους καὶ ἀνθρώπους
τοῦτον ἔχει τ τρόπον.

ια'. Η

q ἔπλην Tigur. Æton. ὁ πλὴν μόνου &c. Fronto Ducæus, Gall. 1. & Gall. 2. in textu. Sed in hujus margine legitur, ἐπερ μόνῳ πάρεστι τῷ θείῳ πνεύματι, quod præfert Editio Paris. ut ita legitur solâ, quantum apparet, conjecturâ Gesneri.

cupavit, ut qui animam esse numinis imaginem, Deique illius dixerit, qui oculorum ipse obtutum nullum admittit: signum Dei probum, quo imago expressa est, ex eo ille quidem esse ratus, quòd ejus signi forma est atque nota sempiterna, ratio. Inspiravit, *inquit*, Deus in faciem ejus spirationem vitæ. *Atqui eum qui admittit, ad exemplar effingi necesse est emittentis. Quo fit, ut hominem factum ad imaginem Dei aiunt, non etiam ad alicujus eorum quæ genita sunt.* Vide infrà §. 25. *Gesner.* ὁ Θεὸς ἐνέπνευσε τ ἄνθρωπον εἰς ἀφθαρσίαν, καὶ ἐκάστῳ τ ἰδίας ἰδιότητος ἐποίησεν αὐτόν. *Sap.* c. 2. v. 23.

1 Θεοῦ μοίραν] Animam intelligit; quam & Justinus in Dial. cum Tryph. p. 221. vocat τῆς βασιλικῆς καὶ μέρος.

2 ἀγγέλων] Vid. Novatian. l. Trin. c.

3 ἑκάτερον] Sic ante Tatianum Justinus, Apol. I. p. 45. Αὐτεξούσιον τὸ πνεῦμα ἀγγέλων γένος καὶ τ ἀνθρώπων τὸν ἀρχὴν ἐποίησεν ὁ Θεός. *Liberi arbitrii & Angelorum, & hominum genus ab initio creavit Deus.*

4 τῇ δ' ἐλευθερίᾳ] Videtur hîc solis hominibus tribuere, sensu & constructione verborum turbatis, quod à principio & fine hujus periodi Angelis simul & hominibus attribuit. *Gesner.* Tatianus non solis hominibus tribuit arbitrii libertatem, sed ab hominibus tantùm perfici dicit. Angeli enim jam perfecti sunt.

ι Αἰγύ

ια'. Η δὲ τῦ [1] Λόγυ δύναμις ἔχουσα παρ' ἑαυτῇ [2] προγνωστικὸν [r] τὸ μέλλον [r] ἀποβαίνειν, ὡ καθ' εἱμαρμένην, τῇ δὲ τ αἱρεμένων αὐτεξουσίων γνώμῃ, τ μελλόντων προέλεγε τὰς ἀποβάσεις· ζ τ μὲν πονηρίας κωλυτὰς ἐγίνετο δι' ἀπειλουμένων, τ δὲ μενόντων ἀγαθῶν ἐγκωμιαστής. καὶ ἐπειδή τινι [3] φρονιμωτέρῳ ὤφθη τὰς λοιπὰς ὅτι μᾶλλον τὸ πρωτόγονον σωτεχνηλάθησεν, ζ Θεὸν ἀνέδειξαν οἱ ἄνθρωποι, [t] κ' τ ἐπανισάμενον τῷ νόμῳ ὦ Θεῦ· τότε ἡ τῦ Λόγυ δύναμις, τὸν τε ἀρξάντα

XI. Porrò verbi potentia cum secum prænosset quid eventurum esset, non ex necessitate & fato, sed libero eligentium proposito, rerum futurarum exitus prædicebat: & malitiam interdictis vetabat, eos verò qui boni permanerent, laudibus afficiebat. Postquam verò homines callidiorem quendam, utpote provectiorem ætate, secuti sunt, & divinæ legi se opponentem pro Deo habuerunt: tum verbi potentia & hujus dementiæ

r Si per Codicum consensum liceret, omnino legerim τῦ μέλλοντος. s ὑποβαίνειν Æton. t Deest Æton.

1 Λόγυ δύναμις] Id est, ipse Λόγος quomodo infrà lin. 15. ac suprà §. 7.

2 προγνωστικὸν] Ita Justinus: ὁ φανερῶς πεποφητευκὼς τὰ μέλλοντα γίνεσθαι, ὃ καὶ τὸ εἱμαρμένης ἀνάγκην πεφόνευκε λέγεσθαι· ἀλλὰ προγινώσκειν ὦ Θεὸς ὄντος τὰ μέλλοντα ἀπὸ πάντων ἀνθρώπων πεποιήσθαι. *Quod asserimus, quæ futura erant, vaticiniis prophetarum prædicta esse: non per fati necessitatem ea fieri dicimus, sed Deum futurarum omnium hominum actionum præscium esse indicamus.* Apol. II. p. 82.

3 φρονιμωτέρῳ] Id est, diabolo vel serpenti. Loquitur de primo primorum Parentum lapsu in Paradiso. *Gesner.* Certè serpens iste, φρονιμώτερος dicitur, *Gen.* 3. v. 1. Et quidem de hoc Serpente, sive Diabolo, Tatiani hæc intelligenda esse, argumento non uno liquet. Primò appellatur πρωτόγονος, is de quo hîc agitur. Erat autem Satanas primogenitus Angelorum, ex auctoris hujus aliorumque veterum sententiâ. Imò verò Joanni ipsi, peculiari titulo, ὁ ὄφις ὁ ἀρχαῖος dicitur, *Apoc.* c. 12. v. 9. & c. 20. v. 2. Tum verò repræsentatur tanquam ἐπανιστάμενος τῷ νόμῳ ὦ Θεῦ, *opponens se legi Divinæ*: legi sc. inprimis de fructu vetito non comedendo; cui se tam fortiter opposuit Serpens, ut primos Parentes in ipsius violationem traxerit. Tertiò, dicit Tatianus homines, ipsum secutos esse, eumque pro numine habuisse: id quod in Diabolum apprimè quadrat; qui cùm Adamum seduxerit, tum & posteros ejus decipit; & usque decepturus est. *Serpens antiquus, qui vocatur Diabolus, & Satanas, seducit universum Orbem*, inquit Apocalyptes. Quàm latè verò Dæmoniorum cultus per omnes Orbis partes propagetur, nemo nescit. Quartò dicitur Deus, hunc defectionis auctorem, cæterosque ei obsecutos, privâsse τῇ σωτηρίᾳ διαίτῃ. Quod verum est de diabolo & angelis ejus, quos in Tartara detrusit; itemque de primis Parentibus, (nam ad hos speciatim digitum hîc intendi arbitror) quos ob prævaricationem ejecit ex Paradiso.

tiæ auctorem, & obsequutos ei homines, commercio suo privavit: Et qui ad imaginem Dei factus erat homo, potentiore spiritu jam exutus, mortalis fit: Angelus autem ille primogenitus in dæmonem mutatur, propter defectionem & ignorantiam, & alii phantasmata ejus secuti, dæmonum exercitui deputantur, & propter arbitrii libertatem stultitiæ suæ permittuntur. Defectionis autem occasio & sco-

τ ἀποστάσις, καὶ τὰς συναπολλυ-
μένους τούτῳ, τ σὺν αὐτῷ διαπτ-
παρητήσατο. καὶ ὁ μὲν καλ' ἐκεῖνο
τὸ Θεῦ γεγονὼς, χωρισθέντ
ἀπ' αὐτ' τ πνεύματ τ
δυνατωτέρ, ἄνητος γίνεται· Δι
δὲ τὸν φθόνον καὶ τ ἄγνοιαν,
2 ὁ πρωτόγον δαίμων ἀποδ
κυται, x καὶ οἱ μιμησάμενοι τοῦτ
τὰ φαντάσματα 3 δαιμόνι
στρατόπεδον ἀποδεδόκασι, καὶ Δι
τὸ αὐτεξούσιον y τῇ σφῶν ἀβελτη
ρίᾳ παρεδόθησαν. 4 ὑπόθεσις
αὐτ

x καὶ τοῦτον (τούτων corruptè Tigur. Æton.) οἱ μιμησάμενοι τούτῳ δὲ τὰ Gall. 1. 2. Tigur. Æton. ad quem locum observat Scholiastes in MS priore Regio: συνεξακουτίον τὸ Ῥαμμενε· ἵνα ᾖ, καὶ τοῦτον οἱ μιμησάμενοι δαίμονες ἀποδεδόκασι. y τῆς σφῶν ἀβελτηρίας al.

1 τῷ πνεύματος τῷ δυνατωτέρῳ] Nempe Λόγῳ. Hic S. Joanni simpliciter ζωή. Jo. 1. v. 4. & 1. Ep. c. 1. v. 2. Paulo, πνεῦμα ζωοποιοῦν 1 Cor. c. 15. v. 45. adeóque δυνατώτερον altero illo spiritu, quo animalis hæc vita sustentatur. Hic enim vitam ad tempus præstat, ille verò donat immortalitatem. Quamdiu superiore illo spiritu, seu Λόγῳ, animatus erat Adamus, mori non poterat; abscedente autem Λόγῳ, mortalis factus est. Hæc Tatianus, ad mentem magistri sui, in sermone contra Gentes; cujus nobile fragmentum ex Scriniis Bodleianis nuper evulgavit doctissimus Grabius noster, in Spicilegio Patrum Seculi secundi. p. 172.

2 ὁ πρωτόγονος δαίμων] Ex prævaricatione & Apostasiâ jam apparuisse dicit auctor noster, primogenitum hunc Angelorum fuisse reverâ Dæmonem, malum Angelum, & malorum ducem.

3 Δαιμόνων στρατόπεδον ἀποδέδόκασι.] Tatiani hypothesis, eadem erat quæ Justini: Angelos lapsos mulierum amore captos, ex iis filios procreâsse, qui & ipsi *Dæmones* dicti sunt; atque insuper reliquum genus humanum in servitutem suam redegisse: id verò fecisse eos vel per scripta Magica, vel per terrores & supplicia, vel per institutionem victimarum & incensorum & libationum: (quarum indigentes effecerunt, postquam animi passionum ac concupiscentiarum servi sunt effecti,) atque exinde inter mortales cædes, bella, adulteria, libidines, & vitiositas, omnisque malitia. Apol. I. pag. 44.

4 ὑπόθεσις τ ἀποστασίας] ὑπόθεσιν interpretari potes, *causam*, *occasionem*, *scopum*, *propositum*. Sic legitur apud Aristotelem, ὑπόθεσις τ δημοκρατίας πολιτείας ἐλαφρία. Causa finalis cur Dæmones defecerint, homines. Propter illos enim, id est, ut eos deciperent, & à Deo & à seipsis, id est, rationis & voluntatis usu eos abducerent, sibique addictos facerent, fatum induxerint: non quod stellarum motus à Dæmonibus sint, sed fatum & necessitatem eis adscribere Dæmonicum est, hæc, inquam, falsa persuasio. *Gesner.*

1 Δόγματι

αὐτῆις τ̃ ἀστροειδείαις, οἱ ἄνθρωποι γένωνται. [1] Διάγραμμα γὰρ αὐτῆις ἀστροειδείας ἀναδείξαντες, [2] ὥσπερ οἱ τῆις κύβοις παίζοντες, τ̃ [3] εἱμαρμένην εἰσηγήσαντο λίαν ἄδικον.

pus, ipsi sunt homines. Figuras enim positionis syderum hominibus ostendentes, tanquam in tesserarum ludo, fatum rem prorsus iniquam introduxerunt.

1 Διάγραμμα ἀστροειδείας] Sive χαρακτὴρ μαγικὸς, quas vocat Justinus, loco jam citato.

2 ὥσπερ οἱ τῆις κύβοις] Sic etiam inferiùs portione 14. Planetas Zodiaci signis oblectari scribit, ceu tesserarum ludo. Sed hîc pro tesseris Græcè habetur κύβοι, illic πίνακες. Nempe sicut tesserarum jactus dissimiles sunt, aliis aliàs numeris prominentibus, sic diversi inter se planetarum positus sunt, trigoni, tetragoni, hexagoni, oppositi, conjuncti. Ipsum quoque fatum, si quod esset, rectè huic ludo compararetur, in quo casu quidem & fortuna, non arte & proposito tesseræ jaciuntur, quales autem consticterint, tales necessariò accipiendæ sunt. Ita si fatum sit, voluntatis & propositi locus in homine non relinquitur, sed eventus necessariò ferendi. *Gesner.*

3 εἱμαρμένην] Fatum Latini vocant, quod Græci εἱμαρμένην, quasi jussum & dictum Dei; quod enim semel dictum est verbum, revocari non potest. Cic. I. de Divinat. *Fieri igitur omnia à fato, ratio cogit fateri. Fatum autem id appello, quod Græci εἱμαρμένην, id est, ordinem seriemque causarum, cùm causa causæ nexa rem ex se gignat. ea est ex omni æternitate fluens veritas sempiterna. Quod cùm ita sit, nihil est factum, quod non futurum fuerit: eodemque modo nihil est futurum, cujus non causas id ipsum efficientes, natura contineat. Ex quo intelligitur, ut fatum sit, non id, quod superstitiosè, sed id quod physicè dicitur causa æterna rerum, cur & ea quæ præterierunt facta sint; & quæ instant, fiant; & quæ sequuntur, futura sint.* Hæc Cicero. Verum ne secundum naturam quidem fatum esse, vel necessitatem simplicem ut res generentur, Aristoteles in physicis docet; genitæ verò ut corrumpantur absolutè necessarium est; quod contra hunc Ciceronis locum dixerim. Ejusdem verba sunt lib. II. de Divinat. & omnia quæ fiunt, quæque futura sunt ex omni æternitate definita dicis esse fataliter. Chrysippo (ut scribit Gell. lib. VI. cap. 2.) fatum est sempiterna quædam & indeclinabilis series rerum & catena, volvens semetipsam, & implicans per æternos consequentiæ ordines, ex quibus apta connexaque est. Hanc Stoici vocant εἱμένην, id est, seriem. Posidonius primum Jovi locum, secundum naturæ, tertium fato tribuit. Poëtæ πατρομήδεα quoque, μοῖραν & αἶσαν nominant, quarum vocum origines ab Aristotele circa finem commentarii de mundo explicantur. Inquit autem hæc omnia unius Opt. Max. Dei cognomina esse, & εἱμαρμένην vocari, διὰ τὸ εἱρεῖν τε καὶ συνεῖραι, id est, à serie rerum conserta, inoffensoque tenore procedente, interprete Budæo. Laertius secundum Citticum: fatum est connexa rerum series, sive ratio per quam mundus administratur. Idem, Heraclitum Ephesium sensisse, ait, fato omnia fieri, & ex conversione contraria quæ sint omnia congruere & coaptari. Vocatur & μοῖρα Homero, quasi debitæ cuique sortis & portionis distributio. Sic autem habent versus Homerici ab initio Odysseæ, quibus fatalis necessitas, præsertim ad peccandum, Jove in Deorum cœtu loquente, negatur.

Ὦ πόποι, οἷον δή νυ θεοὺς βροτοὶ αἰτιόωνται.
Ἐξ ἡμέων γάρ φασι κακὰ γίγνεσθαι, οἳ δ' ὅγε καὶ αὐτοὶ

Σφῆσιν

troduxerunt. Nam & qui accusat & qui accusatur, uterque fato juxta illos inducitur, & qui occidunt & qui occiduntur, & divites & pauperes ejusdem fati effectus sunt.

XII. Imò tota mundi inferioris natura tanquam in theatro, oblectamenti vicem præstat illis, de quibus inquit Homerus,

Risus inextinctus mulcebat in æthere divos.

Qui namque monomachos spectant, & alter alteri favent, apud quos fiunt nuptiæ, & pueri violantur, adulteria commit-

κον. [1] ὅ, τι γὰρ κρίνων καὶ ὁ κρ
μῶν καθ' εἱμαρμένην εἰσὶ γ
γονότες, καὶ οἱ φονεύοντες καὶ
φονευόμενοι, καὶ οἱ πλουτοῦντες
οἱ πενόμενοι, τὸ αὐτὸ εἱμαρμέν
ἀπαρχὴν ἀποτυγχάνουσι.

ιϛ'. [2] Πᾶσά τε γένεσις ὡσπ
ἐν θεάτρῳ, παρπωλεῖ παιδιᾶ
[z] τούτοις", παρ' οἷς, ὡς φησιν Ο
μηρος,

[3] Ἄσβεστος δ' ἄρ' ἐνῶρτο γέλ
μακάρεσσι θεοῖσιν.

οἱ γὰρ [3] τὰς μονομαχοῦντας βλέ
ποντες, καὶ θεάτρῳ θεάτρου αὐ
δάζων, καὶ ὁ γαμῶν, καὶ παιδοφθο
ρῶν, καὶ μοιχεύων, γελῶν τε κα
ὀργί

z τοῖς τοιούτοις al.

Σφῆσιν ἀπεδαλίησιν ὑπὲρ μόρον, ἄλγε' ἔχουσιν.

Papæ, ut scilices Deos immortales culpant.
Ex nobis enim inquiunt mala esse, qui verò ipsi
Suis stultitiis præter fatum angores patiantur.

Tatianus ipse portione 14. Dæmones ad fati persuasionem animalibus & figuris cœli, ceu primis ad id elementis, abusos esse scribit. Vide plura apud Suidam in voce εἱμαρμένη. Hoc unum addam, non voluntatem, non prædestinationem, ut vocant, aut providentiam divinam, sed aliam vim, quam plerique ex motu cœli constitui voluerunt, εἱμαρμένην apud Græcos, ut plurimum, nuncupari: nam fati vocabulum magis Deo convenire videtur; cum fari in cœlos & stellas non cadat. *Gesner.*

1 ὅ, τι γὰρ κρίνων] Ostendit hoc absurdum sequi admisso Fato, ut ab una eademque causa res contrariæ efficiantur, cum aliæ, tum justæ & injustæ: quod partim fieri non potest, partim etiam impium est. *Gesner.*

2 πᾶσά τε γένεσις] Clariùs hæc intelliget, qui legerit Procli Lycii pro Homero apologiam, quæ continetur in commentariis ejus in Politiam Platonis, nostræ translationis cap. 11. unde paucula hæc adscribere visum est. *Cæterum quoniam omnis providentia circa res sensibiles, secundum quam communi opera Vulcani opificium Dii promovent, lusus & jocus eorum esse fertur: hac ratione Timæus quoque mihi videtur in mundo versantes duos juvenes appellare, eo quòd rebus semper nascentibus & ludicris præficiantur.* Hanc sanè providentiæ partem Deorum in mundo agentium mythologi risum nominare soliti sunt. Homeri carmen de risu Deorum cùm claudicantem viderent Vulcanum, habetur Iliad. A. circa finem, & Odyss. Θ. v. 326. *Gesner.*

3 τὰς μονομαχοῦντας] Ut in tertio libro Iliadis, ubi Paridem monomachia cum Menelao periclitantem Venus abripuit, & lib. VII. Hector cum Ajace certans & collapsus, erigitur ab Apolline

ἐργαζόμενος, Φεύγων τε καὶ τιτρωσκόμενος, [1] πῶς οὐχὶ θνητὸς εἶναι νομισθήσεται; οἱ ὥσπερ γὰρ ἑαυτοῖς οἱονεί τινες πεφύκασι, τοῖς ἀνθρώποις πεφανερώκασι, πρὸς τούτων τοὺς ἀκούοντας ἐπὶ τὰ ὅμοια τρέψαντο. Ὁ μὴν τῶν δαίμονες αὐτοὶ μετ' ἐκείνου ἡγεμόνος αὐτῶν Διὸς, ὑπὸ τῶν εἱμαρμένων πεπόνθασι, τοῖς αὐτοῖς πάθεσιν ὥσπερ καὶ οἱ ἄνθρωποι κρατηθέντες; καὶ ἄλλως δὲ πῶς τιμητέον τούτους παρ' οἷς δογμάτων ἐναντιότης ἐστὶ πολλή; [2] Ῥέαν μὲν γὰρ, ἣν οἱ ἀπὸ τῶν [3] Φρυγίων ὀρῶν Κυβέλην φασὶν, ἀποτμήσεως αἰδοίων [b] νεηνιοθέτησε, Διὸς τῶν ἐρώμενον [c] Ἄτιν· [d] Ἀφροδίτη δὲ γάμοις τερπνοῖς ἥδεται. μάγος ἐστὶν Ἀρτεμις· [4] ἰατρεύει ὁ Ἀπόλλων. καὶ μὴν τὴν [5] Γοργοῦς κεφαλὴν

tuntur, risus & ira, fuga & vulnera deprehenduntur, quomodo non mortales essent? Quibus enim rebus seipsos, qualesnam essent hominibus aperuerunt, per eas auditorum animos ad similia vitia excitarunt. Imò dæmones ipsi cum duce ipsorum Jove, iisdem quibus & homines obnoxii vitiis, fato subesse feruntur. Præterea quomodo illi merentur cultum, quorum studia longè diversa & contraria sunt? Rhea enim, quam in Phrygiis montibus Cybelen vocant, pudendorum exsectionem, propter Atyn amatum ei puerum, instituisse fertur: Venus nuptiarum complexibus gaudet. Diana magiam exercet: Apollo medicinam. Item resecto capite Gorgonis,

a αὐτῆς παρ' *al.* b νεομοθετήκεται *Tigur. Gall.* 1. 2. *Æton.* subaudiendum λέγεται, inquit *Gesnerus*; aliàs legendum νεομοθέτησε. c αὐτῆς *al.* d Ἄτυν legendum vult *Gesnerus.*

Apolline. Nota est etiam Hectoris & Achillis monomachia, & Diomedis & Æneæ, Deorum factionibus promotæ. Nuptiæ, libidines & aliæ perturbationes, quas Diis Homerus præcipuè tribuit, notiores sunt, quàm ut exemplis opus sit. Martem & Venerem à Diomede, cui Minerva se junxerat, vulneratos fugisse, Iliados lib. V. legimus. *Gesner.*

1 πῶς οὐχὶ θνητὸς] Enallage numeri, pro θνητοὶ εἶναι νομισθήσονται. *Gesner.*

2 Ῥέαν] De Rhea & Aty, vide Onomasticum nostrum. Vocabantur autem Galli, castrati sacerdotes Rheæ. Dianam magiæ & veneficiis præfuisse constat: Lunam enim volunt Dianam esse, quam veneficæ suis carminibus è cœlo detrahere ferebantur. *Gesner.*

3 Φρυγίων ὀρῶν] Κυβέλων dictorum, teste Hesychio. Unde Cybelen dictam notant Strabo, & Scholiastes ad Aristophanis *Aves.*

4 Ἰατρεύει] Hinc illud Ovid. Metamorph. I.

Inventum medicina meum est, opiferque per orbem
Dicor, & herbarum est subjecta potentia nobis. Gesner.

5 Γοργοῦς] Gorgones tres sorores fuerunt, Euryale, Stheno, & Medusa. de

Gorgonis, quam Neptunus amaverat, unde Pegasus equus & Chrysaor, originem duxerunt, sanguinis guttas Minerva & Æsculapius distribuerunt: quibus hic pro remedio hominum usus est, illa vero eodem cruore ad bella hominumque cædes abusa.

XIII. Athenienses sanè mihi videntur, ne criminis insimularent Minervam, filium ex Vulcani coitu natum Terræ attribuisse, ne sicut Atalanta per Meleagrum, sic ista per Vulcanum virilitate privata existimaretur. Nam hic utrinque claudus, fibulis & flexis inauribus, puellarum ornamentis à se fabricatis,

τομίαν, τῆς Ποσειδῶνος ἐρωμένης, ἀφ' ἧς Πήγασος ὁ ἵππος, e καὶ ὁ 1 Χρυσάωρ" ἀνέθορε, τὰς σχεγόνας τῶν αἱμάτων 2 ἡ Ἀθηνᾶ καὶ Ἀσκληπιὸς διενείμαντο· ᾧ μὲν ἀπ' αὐτῶν ἔσωζεν· ἡ δὲ λοιπὴ τῶν ὁμοίων λύθρων ἀνθρωποκτόνος ἐπολεμοποιὸς ἐγένετο.

ιγ'. Ταύτην f ἢ δοκοῦσιν Ἀθηναῖοι μὴ βεληθέντες ἀσχαλάλῳ, ἀλλὰ τὸ ἀπὸ τοῦ Ἡφαίστου μίξεως γενόμενον τῇ γῇ προσοικίσειν, ἵνα μὴ νομίζηται καθάπερ ἡ g Ἀταλάντη" διὰ τὸ Μελέαγρον, ἔτω ἡ Ἀθηνᾶ διὰ τὸ Ἡφαιστον τὸ * ἀνδρεῖος ἐστερῆσθαι. ὁ γὰρ ἀμφιγυήεις ὡς εἰκὸς, ὁ 4 πόρπας καὶ 5 h γναμπτὰς" ἕλικας δημιουργῶν, τὰς

1 χρυ-

e καὶ Χρυσάορ Æton. f μὴ Tigur. Gall. 2. sed in marg. μοι. sic Æton, suffragatur Gesn. g Ατλάντη Æton. * Mallem ἀγνῖας, si liceret per Codd. h γναπτὰς Gall. 1. 2. Æton.

de singulis consule Onomasticum nostrum, & Palæphatum in libro de fabulosis narrationibus. Pegasum equum aiunt ex Neptuno & Medusa natum esse, alii ex sanguine Medusæ à Perseo interemptæ. Plura vid. ibid. *Gesner.*

1 Χρυσάωρ] Chrysaoris filii Neptuni, & ex capite Medusæ nati, similiter ut Pegasus equus, Hesiodus in Theogonia v. 280. meminit. Est & Χρύσαωρ nomen adjectivum, & Latinè sonat, *aureum ensem gerens.* Vid. Ovid. lib. IV. Metam. circa finem, ubi quòd crines Medusæ in colubros à Minerva conversi sunt, causam dicit, quoniam à Neptuno in Minervæ templo compressa fuerit. Ibidem in hoc versu,

Pegasón & fratrem matris de sanguine natos,

Chrysaorem fratris nomine accipio. *Gesner.*

2 ἡ Ἀθηνᾶ] Minerva in scuto suo Medusæ caput habere fertur. Æsculapius ubi cruore Medusæ ad medicinam usus sit, locus nullus occurrit. *Gesner.*

3 τὸ ἀπὸ τοῦ Ἡφαίστου] De Erichthonio vel Erichtheo, ex terrâ nato, mox nomen, cum Neptunus reluctantem Minervam sollicitans, semen in terram projecisset, vide Onomast. nostrum, item de Meleagro ibid. *Gesner.*

4 πόρπας] Πόρπαι τι, γναμπτός τι λίνος, κολλητός τι καὶ ὅμμος. Homerus Il. Σ. v. 401. Hunc puellarum mundum Vulcanus lib. 18. Iliad. per novem annos apud Eurynomen Nympham & Thetin fabricasse scribit. *Gesner.*

5 γναμπτὰς ἕλικας] Hesychius, Homerum apertè respiciens, exponit κεκαμμένας ψέλια,

I κρι-

[1] κορκοσμίοις ἠπάτησε τὴν ἀμήτορα παῖδα καὶ [2] ὀρφανήν. Ποσειδῶν ναυτίλλεται, πολέμοις Ἄρης ἥδεται, κιθαρίζει ἐστὶν ὁ Ἀπόλλων, Θηβαίοις [3] Διόνυσος τυραννεῖ, [5] Κρόνος [4] τυραννοκτονεῖ, [5] Ζεὺς καὶ θυγατρὶ συγγίνεται, καὶ ἡ θυγάτηρ ἀπ' αὐτοῦ κύει. μαρτυρήσει μοι νῦν [6] Ἔλευσις, καὶ [7] Δράκων ὁ μυστικὸς, καὶ [8] Ὀρφεὺς, ὁ

orphanam & sine matre virginem facilè decepisse videtur. Neptunus navigat, Mars gaudet prœliis, Apollo cithara ludit, Bacchus Thebanos tyrannide premit, Saturnus crudeliter occidit, Jupiter etiam filiæ miscetur, & filia ex eo concipit. Testimonium mihi adferent Eleusis, & Draco mysticus, & Orpheus, hujus carminis auctor:

vos

1 κορκοσμίοις] Κορκόσμια, τὰ πτερόφυτα. *Hesych.* supple ex Suida, κοσμήματα.

2 ὀρφανὴν.] Minervam vocat filiam sine matre & orphanam, quoniam ex Jovis tantum cerebro nata fingitur. *Gesner.*

3 Διόνυσος] Bacchus filius Jovis & Semeles filiæ Cadmi Thebarum conditoris, primus diadema regum ac triumphum invenit. *Gesner.*

4 τυραννοκτονεῖ] Τυραννοκτονεῖν, cum plerumque significet Tyrannum occidere, [quomodo hoc loco sumendum existimat *Fronto*,] hîc accipitur pro tyrannicè occidere, ut qui filios sibi natos devorârit. *Gesner.*

5 Ζεὺς] Fortassis accipiendum de Vénere, ex qua Cupidinem suscepit; quamvis nonnulli Venerem Cupidinis matrem, non Jovis, sed Cœli filiam dicant. *Gesner.* De Proserpinæ raptu locus iste omnino intelligendus.

6 Ἔλευσις] Eleusis civitas est in Attica provincia, non longè ab Athenis, ubi Eleusiniæ Cereris templum erat, ejusque mysteria celebrantur. Hîc cùm Eleusius regnaret, & Cererem filiam quærentem liberalissimè hospitio suscepisset, illa pro munere ostendit ei omne genus Agriculturæ; filium etiam ejus Triptolemum recens natum per noctem igne fovit, per diem divino lacte nutrivit, & eum alatis serpentibus superpositum per totum orbem misit ad usum frumentorum hominibus indicandum. Hinc fortè Draco mysticus sacris illis adhibitus est, aut etiam quia Jupiter in Draconem Proserpinæ gratia mutatus sit, ut infrà testatur Tatianus numero 16. *Gesner.* In Eleusidos sacris, *Eleusiniis* dictis, totam hanc fabulam de raptu Proserpinæ Dramaticè noctu ad lucem facularum repræsentatam fuisse docet Justinus, Orat. ad Græcos, prope initium; & Clemens in Protreptico. p. 9.

7 Δράκων] Certè disertè asserit Clemens in Protreptico, p. 14. Draconem hunc mysticum, seu in mysteriis istis Eleusiniis adhibitum, extractum fuisse à sinu τελεμβόων, ad exprimendam Jovis incontinentiam, qui Serpentis hujus specie Proserpinam vitiârat.

8 Ὀρφεὺς] De hoc Orphei carmine,

Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστὶ, θύρας ἐπίθεσθε βέβηλοι,

vide in Chiliadibus Erasmi, *Profani fores occludite.* Mysteria nefas erat vulgo efferre, erant enim sacra arcana, quæ Latini *secluſa* vocant. Hæc autem duorum generum erant apud Eleusinem: magna, quæ Cereri sacra erant; & parva, quæ Proserpinæ: in quibus quæ agebantur, sacerdotes summo silentio occultabant. Græci hæc sacra

——— *vos turba profana,*
Obturate fores. ———

Pluto rapit Proserpinam, quod ejus facinus mysteriis celebratur. Ceres filiam luget. Nonnulli per Athenienses in Latoidæ templo decipiuntur. Est & Omphalus loci nomen in quo sepultus sit Bacchus.

——— [1] Θύρας δ' ἐπίθεσθε [i] βεβήλοι",
λέγων. Αἰδωνεὺς ἁρπάζει τὴν Κόρην, καὶ αἱ πέλλαι αὐτοῦ γεγόνασι μυστήρια. κλαίει Δημήτηρ τὴν θυγατέρα. καί τινες ἀπατῶνται [2] ἀφ' ὧν τὰς Ἀθηναίους ἐν τῷ τεμένει [3] [k] Λητοΐδῃ". καλεῖται δὲ [l] Ὀμφαλός". ὁ δὲ [4] Ὀμφαλὸς, [5] τάφος ἐστὶν Διονύσου. ἐπεὶ

i βεβήλοις *Tigur. Gall.* 1. 2. *Æton.* Vide Notas. k Λητοϊδῃ *Tigur. Æton.* l Ad vocem Ὀμφαλὸς, notatur hoc Scholion in marg. Codicis Regii prioris: ὁ ἐν τῷ ναῷ τῷ Δελφῶν Ὀμφαλὸς ὀνομάζομενος τάφος ἦν Διονύσου.

Thesmophoria vocant. Plinius lib. XXIV. cap. 9. de vitice arbore sic scribit: *Græci agnon vocant, quoniam matronæ in Thesmophoriis Athenienſium caſtitatem cuſtodientes, his foliis cubitus ſibi ſternunt.* Gesner.

1 Θύρας] In MS Regio legebatur, ἐπίθεσθε βεβήλοις. quo pacto etiam legitur apud Clementem Alexandr. in Admonit. ad Gentes. pag. 36. ut annotavit Hœschelius in quibusdam Codicibus MSS.

——— θύρας δ' ἐπίθεσθε βεβήλοις
Πᾶσιν ὁμῶς———
fores occludite profanis
Omnibus ſimul.

Ita legitur & apud Theodoretum lib. I. *de Curandis Græcorum affectibus.* pag. 19. *Fronto Ducæus.* Apud Justinum eadem Orphei verba proferentem, Cohort. ad Græcos p. 15. & iteram lib. de *Monarchia Dei.* legitur βεβήλοι.

2 Ἀφ' ὧν τὰς Ἀθηναίους] Vertimus *propter Athenienſes,* non *per Athenienſes.* Fronto Ducæus.

3 Λητοΐδῃ] Latoides est Apollo Latonæ filius, ut Latois Diana. *Gesner.* Ab eo deceptos quosdam ait Tatianus, qui ipsius Oraculum Athenis consulebant. Idem notat & Justinus. Cum enim Apollo se artis vaticinandi peritum professus esset, seipsum medacii convictum reddidit. Daphnen enim quum persequeretur, eam non est assecutus: & Æacidæ illum scisitanti mortem vaticinatus non est. Orat. ad Græcos, paulo post initium.

4 Ὀμφαλὸς] Reperitur in Geographia Ptolemæi Omphalium Epiri civitatem esse. *Gesner.* Hic autem per *Omphalum* intelligi haud dubito Delphos urbem. *Eustathius* in Homeri Odyss. a. v. 50. Ἰσέον ὅτι τινὲς μὲν γράφουσι λέγοντες μεσόζωλος, ἀντὶ τοῦ μεσηθέσιον τῶν δακτύλων διὸ καὶ Ὀμφαλὸς καὶ μεσόμφαλον γῆς εἶπον τὸν τόπον ὁ καὶ Δελφοὺς ἐλέγετο. Sic & *Hesychius*: Ὀμφαλὸς, ζωγρᾶ τὸ μέσον. καὶ Δελφοί· ἐπειδὴ μεσόμφαλοι.

5 τάφος ἐστὶν Διονύσου.] Cyrillus Alexandrinus ipsum idem asserit libro I. contra Julianum p. 341. ex fide Dinarchi, Poetæ haud ignobilis. Hic inquit, τὰς Διονύσου πλάξεις ἀφηγούμενος ὅσα τε αὐτοῦ πέπονθεν ἐδεῖ (lege πεπόνθει) Ἰνδῶν, καὶ μὴ (rectius καὶ μάλ') καὶ Ἀσσυρίων καὶ Λυκούργου ὅπως εἴη παραδόξως, καὶ μέγα διειρηκὼς, ἀπηρτᾶσθαι καὶ αὐτὸν τῶν βασιλείων ἀφιστάντα, καὶ κηδεύσαι (περὶ τοῦ κινδύνου) γε μὴν ἐν Δελφοῖς πλησίον τοῦ χρυσοῦ καλούμενον Ἀπόλλωνα. Bacchi res gestas apud Indos commemorans, posita

νῶσε νυῦ ὦ Δάφνη, τὸν ἀκρασίαν τὸν Ἀπόλλωνος [1] νικήσασα, ἠλεγξας αὐτὸς τὸν μαντικὸν, ὅτι μὴ προγνὺς τὰ περὶ σε, τὸ αὐτοῦ πεπρωμένον οὐκ [2] ἤνατο.

ιδ'. Λεγέτω μοι νυῦν ὁ [3] ἑκατηβόλος, πῶς Ὑάκινθον διεχρήσατο ὁ Ζέφυρος; Ζέφυρος αὐτὸν ἐνίκησε· καὶ τὸν τραγῳδοποιοῦντος λέγοντος,

[5] Αὔρα Θεῶν ὄχημα τιμιώτατον,

ὑπὸ βραχείας αὔρας νικηθεὶς, ἀπώλεσε τὸ ἐρώμενον. τοιοῦτοί τινες εἰσὶν οἱ δαίμονες, ἔνιοι οἱ τὸν ἡμαρμένον ὁρίσαντο· [6] συνεχέστερον

Laudo te nunc ô Daphne, quæ Apollinis intemperantiam vicisti, & divinationem ejus redarguisti, siquidem eventuri tibi casus ignarus, nihil ex arte sua fructus percepit.

XIV. Dicat mihi nunc jaculator Apollo, quomodo Hyacinthus à Zephyro sit necatus. Vicit eum Zephyrus: & cum Tragicus poëta dicat,

Aura Deorum pretiosissimum vehiculum,

ipse ab exigua victus aura, perdidit suos amores. Hujusmodi quidem sunt dæmones, hi sunt qui fatum determinarunt: cujus

accuratè persecutus est, quo pacto & Alcæonem & Lycurgum interemerit; ipsum etiam à Perseo interfectum asserit, ac Delphis sepultum apud Apollinem cognomento aureum. Quibus suffragatur Auctor *Etymologici Magni*, voce Δελφοί. — τὰ Διονύσου μέλη ἀπαρέξαντες οἱ Τιτᾶνες, τὸν Ἀπόλλωνα παίζοντα, ἐμωκλόντες λέοντι. ὁ δὲ παρὰ τὸ τελπτὸν ἀπέθανε παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ.

1 νικήσασα] Daphne quomodo libidinem Apollinis effugerit, & laurum induerit, Ovid. lib. I. Metam. describit. *Gesner.*

2 ἤνατο] Ἀπέλαυσεν, ἔνησι ἔσχεν. *Hesych.*

3 ἑκατηβόλος] i. e. *longè* vel *eminus jaculans*, epitheton est Apollinis. *Gesner.* Hoc autem Epitheto ideo hoc loco utitur Tatianus, quod in certamine cum Zephyro, quo alter alteri puerum Hyacinthum præripere studeret, Apollo sagittis jaculatus sit, teste Palæphato. cap. 47.

4 Ζέφυρος;] De Hyacintho & Zephyro, vide Onomasticum nostrum, &

Palæphatum in fabulosis narrationibus. *Gesner.* Hîc Apollinem miserè destituebat ars illa, quam sibi arrogârat, vaticinatrix. si enim fatum Hyacinthi sibi adamati præscisset Apollo, neutiquam discum illum emisisset, quem Zephyrus flatu suo in caput Hyacinthi convertit, puerumque interemit. In eundem modum & Apollinem perstringit Theophilus Antiochenus lib. I. *ad Autolycum* tanquam τὸν Ὑακίνθου μόρον ἀγνοοῦντα. Vide & Clementem Alexandrin. Protreptico. pag. 21.

5 Αὔρα —] Simile istud Psalm. 18. ver. 10. ἐπεβίβασε ἐπὶ πτερύγων ἀνέμων. sicuti observavit in Edit. sua Euripidis, doctissimus J. Barnesius; qui & inter Incertarum Tragœdiarum fragmenta, v. 438. reposuit hoc ab Auctore nostro prolatum.

6 συνεχέστερον δὲ αὐτοῖς] Perperam Interpres: *Cujus prima eis occasio fuit* &c. Sensus est: *Principium cui fatidicam suam Doctrinam superstruebant, fuisse animalium in cælo collocationem.*

jus prima eis occasio fuit animalium in cœlo collocatio. Ejecti enim cœlis, diversas animantes, quæ vel repunt in terra, vel natant in aquis, aut in montibus degunt quadrupedes, quibus cum familiariter versati fuerant, cœlesti honore dignati sunt, ut & ipsi scilicet in cœlis agere viderentur, & à ratione alienam ipsorum in terra vitam, per stellarum collocationes commendarent. Iracundus igitur, & laboriosus, & continens & incontinens, & pauper (& dives) iisdem naturæ gubernatoribus subjiciuntur. Quoniam Zodiaci circuli pictura, Deorum opus est. Quod si unius eorum lux præcellat, pluribus cæteris honorem præripit: & qui aliàs vincitur, nunc vincere solet. Delectantur autem

δὲ αὐτοῖς ἡ [1] ζώωσις ἰδίᾳ. τὰ γὰρ ἐπὶ τῆς γῆς ἑρπετὰ, καὶ τὰ ἐν τοῖς ὕδασι νηκτὰ, καὶ τὰ ἐπὶ τοῖς ὄρεσι τετράποδα, μεθ' ὧν ἐπιοιοῦντο τὴν διαίταν, ἐκβληθέντα τῆς ἐν οὐρανῷ ἀναίτης μεγαλομοίρας, ταύτας τῆς ἐπουρανίου τιμῆς ἠξίωσαν, ἵνα τι νομισθῶσιν αὐτοὶ διατρίβειν ἐν οὐρανῷ, καὶ τὸν ἄλογον ἐπὶ γῆς πολιτείαν εὔλογον [2] διὰ τῆς ἀστροθεσίας ἀποδείξωσιν. ὥστε ὁ [3] θυμικὸς, καὶ ὁ ἐπίμοχθος, καὶ ὁ ἐγκρατοδύμων, καὶ ὁ ἀκρατὴς, [4] καὶ ὁ πλωχεύων, ἐπ' αὐτῶν ἐστι τῶν [5] m νομοθετησάντων τὸν χρόνον. ἡ γὰρ διὰ ζωδιακοῦ κύκλου γραφὴ, θεῶν ἐστι ποίημα. καὶ τὸ [6] ἐπικρατῆσαι, ὡς φασιν, ἑνὸς αὐτῶν φῶς, τὸν πλείονας [7] παραβαδεύει. καὶ ὁ νικώμενος ἐστιν ὅτε ἐπικρατεῖν εἴωθεν. [8] εὐαρε-

m νομοθετησάντων *Tigur. Æton.* 580

1 ζώωσις] i. e. *situs* vel *figuræ animalium in cælo.* Vide supra numero 11. *Gesner.*

2 διὰ τῆς ἀστροθεσίας] *Per Astrorum in formam animalium positionem.*

3 θυμικὸς] Ob sæpius interpositum ὁ, excidérunt hîc inter scribendum voces nonnullæ, quæ cæteris ex adverso respondeant; unde quidem plurimum pendet Tatiani argumentatio. Explenda in hunc aut similem modum sententia: ὥστε ὁ θυμικὸς ἢ ὁ πεῦς, ἢ ὁ ἐπίμοχθος ἢ ὁ γελάζων, ἢ ὁ ἐγκρατοδύμων, ἢ ὁ ἀκρατὴς, ἢ ὁ πτωχεύων, ἢ ὁ πλέσιος, ἐπ' αὐτῶν &c.

4 ἢ ὁ πτωχεύων] Videtur addendum ἢ ὁ πλεσῖος, ut supra prope finem numeri 11. in eodem argumento. *Gesner.*

5 νομοθετησάντων τὸν χρόνον.] *Gubernatoribus Naturæ*, Interpres. Malem *Gubernatoribus Geneseos* sive *genituræ*, Astrologorum vocabulo.

6 ἐπικρατῆσαι] Planetam dicit, qui plura habet testimonia fortitudinis, ut cum Astrologis loquar. Hic ipse dicitur, *Thematis dominus*, sive *Gubernator.* Sic genituræ Dorotheus vocatur, qui fortissimus est in Natalitio Themate, seu figurâ cœlesti sic dicta.

7 παραβαδεύει.] Παραβαδεύειν, est *intercipere brabium*, debito præmio *fraudare.* Gesner.

8 εὐαρεστῶν ϗ] Lapsus est *Gesnerus*, hunc locum explicans §. 11. Neque enim id vult Tatianus, Zodiaci signis delectatos esse Planetas; sed Astrologos in arte sua divinatrice

ἐστι ἢ αὐτῆς οἱ ἐπὶ πλανήτῃ, [1] ὥσπερ οἱ ἐν τοῖς πεσσοῖς ἀθύρονται. ἡμεῖς δὲ καὶ εἱμαρμένης ἐσμὲν ἀνώτεροι, καὶ ἀντὶ πλανητῶν δαιμόνων, ἕνα τὸν ἀπλανῆ δεσπότην μεμαθήκαμεν, καὶ ὃν καθ' εἱμαρμένην ἀγνοοῦμεν, τὸν τούτης νομοθέτας παρητήμεθα.

his Zodiaci picturis Planetæ septem, veluti qui se tesserarum ludo oblectant. Ejusmodi persuasio vestra est. Cæterum nos & fato superiores sumus, & pro planetis, hoc est, erraticis dæmonibus, unum erroris nescium Dominum accepimus, & cum fato non regamur, gubernatores ejus contemnimus.

ιε'. Λέγε μοι πρὸς τὸ Θεῖον, [2] Τριπτόλεμον ἔπεμψε τοῖς πυρὸς, καὶ μὴ τὸ πένθος εὐεργετεῖ τοὺς Ἀθηναίους; Διὰ τί δὲ ἡ Δημήτηρ, τὸν γνησιώτατον μὴ [n] ἀπολωλέναι, τῶν ἀνθρώπων εὐεργέτις οὐκ ἐγένετο; κύων ὁ τοῦ [3] Ἠριγόνης ἐν οὐρανῷ δείκνυται, καὶ σκορπίος ὁ τοῦ [4] Ἀρτέμιδος βοηθὸς, καὶ

XV. Dic age per Deum, Triptolemúsne frugibus satis post luctum, Athenienses hoc beneficii præstitit? At cur non potius Ceres ipsa, cum filiam non amisisset, bene merita est de hominibus? Canis Erigones, Scorpius auxiliator Dianæ, Chiron Centaurus,

n ἀπολωλέναι *Tigur. Æton.*

divinatrice præcipuè oblectari septem Planetis, illisque veluti tesserulis lusos dare, dum eos in Tabulas suas Genethliacas conjiciant, lineisque ductis, suum cuique locum, (*domum* vulgo dictam) assignent.

1 ὥσπερ οἱ] Vide suprà portione 11. *Gesner.*

2 Τριπτόλεμον] Triptolemi & Cereris fabulæ explicationem vide apud Cornutum, in capite de Cerere & Vesta. *Gesner.*

3 Ἠριγόνης] De Erigone vide Onomasticum nostrum, & Hygini Phænomena vel Arati, quæ etiam de Scorpio & reliquis cœli signis consules. *Gesner.*

4 τοῦ Ἀρτέμιδος βοηθὸς] Historiam quam respicit hoc loco Tatianus, quomodo nempè Scorpius ictu caudæ perimeret Orionem dum Dianæ concubitum appeteret, vimque ei inferre conaretur, eleganter admodum descriptam invenias apud Nicandrum in *Theriacis*, prope initium.

Τὸν δὲ χαλαζήεντα κόρη Τιτηνὶς ἀρῆκε
Σκορπίον ἐκ κέντροιο τετυγμένον, ἡμὸ ἐπιλεχθὲν
Βοιωτῷ τοξεύσαντα κυνῶν μέρον Ωαρίωνι,
Ἀχράαντον ὅτε χροϊ θῆκε βροτέαν ἐνὶ πέπλων.
Αὐτὰρ ὃ γὰ σίνασρον κυνὸς σφυρὸν ἤλασεν ἰχνοῦς
Σκορπίος ἀπροϊδής, ὀλίγῳ ὑπὸ λᾶι λοχήσας.
Τῷ δὲ πέρας ἀδίσημον ἐν ἀθρήσειν ἀπλανὲς αὖτως,
Οἷα κυνηλατέοντος, ἀειδέλον ἐσ ἠελίοιο.

At verò algificum Titania virgo creavit
Scorpion, armatum stimulo caudáque tremendum,
Bœoto pœnas ex Oarione reposcens,
Sacram auso manibus vestem temerare Dianæ.
Qui latitans parvi cæco sub fornice saxi,
Duram improviso violavit vulnere calcem.
Cujus ob id tanquam venantis, in astra relatum
Sydus, & immotum magno fulgore coruscat.

Interprete. J. Gotræo.

1 Διλτωτὸν

taurus, Argo dimidiata, Calliſto in urſam verſa, in cœlo oſtenduntur. Quomodo igitur antequam ea contigiſſent, quæ de ipſis feruntur, ſine ullo ornatu cœlum fuit? Jam quod Deltotum ſydus alii propter Siciliam, alii ad exprimendam primam literam Jovis, quem Dia Græci nominant, in cœlo fixum volunt, quis non ridiculum fateatur? Cur enim non Sardinia & Cyprus etiam inſulæ, in cœlo honoratæ ſunt? Quare non alii quoque fratres Jovis, qui inter ſe regna diviſerunt, nominum ſuorum literis ſyderibus adſcripti ſunt? Sed quomodo Saturnus vinctus, & ejectus regno, adminiſtrator fati conſtituitur? Vel quomodo regna largitur, qui ipſe non amplius regnat? Quin igitur has nugas relinquite,

Χείρων ὁ Κένταυρος, ἡ ἡμίτομος Ἀργώ, καὶ ἡ Καλλιστὼ ἄρκτος· εἶπε πῶς πρὶν τάττεσθαι τοῖς προφερημένοις πρόσοψις ἦν ἀκόσμητος· λέγω δὲ οὐρανὸς τίνι δὲ γελοῖον ὄντως εἶναι δόξει, τὸ κατὰ μόρ τινας ἀφ' ἑνὸς Σικελίαν ἀσφαλιζόμενον Δελτωτόν, κατ' ἐνίους δὲ τὸ τοῦ Διὸς τρισσωνυμίας πρωτότυπον στοιχεῖον. Ἀφ' ἑνὸς γὰρ καὶ Σαρδὼ, καὶ ἡ Κύπρος, ἐν οὐρανῷ τετιμῶνται; τίνος δὲ ἕνεκεν οὐχὶ καὶ τῶν τοῦ Διὸς ἀδελφῶν, εἰ διενείμαντο τὰς βασιλείας, γραμμάτων ὀνοματουργίᾳ καταστερίζηται; πῶς τε ὁ πεδηθεὶς Κρόνος, καὶ τῆς βασιλείας ἔκβλητος ἡνιόχου, τῆς εἱμαρμένης οἰκονόμος καθίσταται; πῶς τε βασιλείας ὁ μηκέτι βασιλεύων δίδωσι; καταβάλλετε τοιγαροῦν τὸ λῆρον, καὶ μὴ ἀφ' ἡ

μῶν

o Deeſt *Gall.* 2. *Æton.* p ἀσφοδιτιζόμενον *Gall.* 2. Ad hunc locum Scholiaſtes in marg. *Gall* 2. hæc habet, τινὲς δὲ διὰ τὸ ἐν Αἰγύπτῳ καλύμενον Δέλτα φασὶν ὑ πυίεσθαι (lege ὑ πυίεσιν) ἄνυδρον μὲν ὁ Νεῖλος διῳκάμενος ἀὸ ἴσης τῇ ἑαυτῇ μύμαιδι· ἐν δὲ τῷ ἑνὶ κάτωθεν δὲ ἡ περὶ τὸ λεξανδρικὸν θάλασσα, ἐς ὃν τὸ ῥόμβος τῷ Νείλῳ ἐκβιβάζει. * Ὀλύμπῳ al. † Deeſt τὸ ὀνόματος, ſed hujuſmodi aliquid, ad conſtructionem. q καταβάλλετε *Gall.* 2. *Æton.*

1 Δελτωτὸν] Deltotum Sydus, trianguli formam ut Δέλτα litera Græcorum habet: eſt autem Sicilia quoque triquetra tribus promontoriis. Eſt & Delta Ægypti locus Nilo interceptus, ab eadem ſimilitudine. *Geſner.*

2 τῆς Διὸς ἀδελφῶν.] Plutonem & Neptunum dicit. *Geſner.*

3 εἱμαρμένης οἰκονόμος] Ea ſcilicet ratione, qua ex planetarum & ſtellarum motu fatum pendere mathematici putant. *Geſner.*

4 βασιλείας] *Si genituræ gubernaculum accipienti Saturno, opportunoque in loco collocato, opportuno etiam ac felici loco beneficæ ſtellæ ſuffragium contulerint, ſitque diurna genitura, natus ille futurus eſt nobilis, præclariſque in actionibus & negotiis verſabitur, honores, dignitates, magiſtratuſque eos conſecuturus, quos ſigna, loca, ſignorumque ipſorum Domini, earumque configurationes pollicebuntur.* Pontanus lib. VIII. cap. 2. de rebus cœleſtibus. *Geſner.*

1 Τὸ

μισεῖν ὑμᾶς ἀδίκως. [1] ὦ θαυμασιώτατε. μεταμόρφωσις ἀνθρώπων μεμυθολόγηται, μεταμορφῶντα δὲ παρ' ὑμῖν καὶ οἱ Θεοί.

neque præ iniquo noſtrî odio peccare ſuſtineatis. Neſcio quæ hominum transformatio fabulis inducitur, imò Dii apud vos transformantur.

ις'. Δένδρον ἡ [1] Ῥέα γίνεται, [2] δράκων δὲ ὁ Ζεὺς, [3] ἀφ' οὗ τὴν φερσεφασσαν. αἴγιροι, αἱ δὲ [4] Φαέθοντος ἀδελφαί. καὶ ἡ [5] Λητὼ,

XVI. Rhea arboreſcit, Jupiter Proſerpinæ cauſa draco fit, Phaëthontis ſorores in populos nigras mutantur, Latona in animal

[1] παρεμμίσητε Ælian.

1 Ῥέα] Ovidius lib. X. Metam. Atyn puerum Rheæ delicias, in pinum arborem mutatum ſcribit: de ipſa autem Rhea nihil tale legi. *Geſner.* Hanc & in dracænæ (ſerpentis fœminæ) formam mutatam fuiſſe, notat Athenagoras in Apologia ſua. pag. 19.

2 δράκων] Hinc fortè Draco myſticus, ut ſuperius diximus numero 13. Ovid. lib. VI. Met. in tela Palladis de Jove, ſic ſcribit:

Anxeus ut Danaen, Aſopida luſerit igne,
Mnemoſynem paſtor, varioſque Deolida ſerpens. Geſner.

3 ἀφ' οὗ τὴν Φερσέφασσαν] Clemens Alex. in admonit. ad Gentes. pag. 11. μίγνυται δ' αὖθις ὁ γοναῖος υἱὸς Ζεὺς τῇ Φερσεφάττῃ, τῇ ἰδίᾳ θυγατρὶ, μὴ τὸν μητέρος Δεὼ καὶ μίγνυται δράκων γοῦμενος. *Rurſus Jupiter qui genuit, cois cum Proſerpina filia ſua, poſt matrem Cererem, & coïs factus draco.* Arnobius lib. V. adv. Gentes. *Quia nefarium videbatur ſatis, patrem cum filia comminus uxoria conjugatione miſceri, in draconis terribilem formam migrat.* Fronto Ducæus. Quibus illa conſona ſunt, quæ refert Athenagoras, Apol. pag. 20. de Jove, ὅτι Φερσεφόνῃ τῇ θυγατρὶ ἐμίγη, βιασάμενος ἐκ τούτου ὁ δράκων ἐγένετο, ἐξ οὗ καὶ Διόνυσος αὐτῷ. *Proſerpinam filiam ſuam ſub draconis ſpecie violavit: & Dionyſium ex ea genuit filium.*

4 Φαέθοντος] Phaethontis ſorores, *Fronto Ducæus.*

10 Heliades dictæ, quomodo in arbores populos mutatæ ſunt, Ovidius canit lib. II. Metam. *Geſner.* Vide Hyginum. Fab. 154.

5 Λητὼ] Quod autem Latona hîc fertur in vile animal mutata, nuſquam legere memini: ſed Aſterie ſoror ejus, primum in coturnicem, quam Græci Ortyga vocant, deinde in Inſulam mutata fingitur. *Geſner.* Latonam ait Tatianus in animal vile mutatam: quibus verbis coturnicem deſignat. Scribit enim Apollodorus lib. I. Bibliothecæ, ὅτι Ἀστερίᾳ μὲν ὁμιωθεῖσα ὄρτυγι, ἑαυτὴν εἰς θάλασσαν ἔρριψε, φεύγουσα τὴν παρὰ Διὶ συνουσίαν, ἡ πόλις ἀπ' ἐκείνης Ἀστερία προσῶτιν κληθεῖσα, ὕστερον δὲ Δῆλος. *Aſteriam fugientem Jovis complexum, in coturnicem mutatam ſeipſam in pontum demiſiſſe, & ab ea, quæ Aſteria urbs priùs appellata fuit, poſtea Deli nomen accepiſſe.* Hyginus etiam fabula 53. *Aſterien Titanis filiam, Jovem à quo amabatur, contempſiſſe: à quo in avem Ortygem commutata eſt, quam nos coturnicem dicimus: eamque in mare abjectam, & ex ea inſulam enatam, quæ Ortygia eſt appellata, quò poſtea Latona delata eſt.* Alii maluerunt Latonam ipſam ſub tempus pariendi in coturnicem verſam in inſulam volaviſſe, & ſub ea forma latuiſſe Junonem, unde poſtea Ortygiam inſulam nominavit, quæ eam exceperat. Vide Natalem Comitem lib. IX. cap. 6. Mythologiæ.

1 Ορτυγίαν

animal vile, à qua Ortygiæ insulæ Deli nomen inditum est. Siccine Deus olor fit, & aquilæ formam suscipit, & ut puerum à poculis habeat Ganymedis amore turget? Egone colam Deos, qui muneribus afficiuntur, & nisi acceperint, succensent? Habent illi fatum suum: ego stellas erraticas adorare nolo. Quid est quod de crine Berenices traditur? Aut ubi stellæ illius erant, antequam ipsa moreretur? Quomodo item Anti-

ζῶον εὐτελὲς, δι' ὃ [1] Ορτυγία [2] Δῆλος ἡ νῦν κέκληται. Θεὸς, εἰπέ μοι, [3] κύκνος γίνεται, καὶ τὴν ἀετοῦ μορφὴν ἀναλαμβάνει, καὶ [5] δι' οἰνοχοΐαν τοῦ Γανυμήδους τὴν παιδεραστίαν σεμνύεται; τί μοι σέβειν θεὸς δωροληπτας, καὶ ὀργιζομένους ἂν μὴ λάβωσιν; ἐχέτωσαν ὅστις τὴν εἱμαρμένην· τὰς [10] πλανήτας προσκυνεῖν οὐ βούλομαι. [4] τίς ἐστιν ὁ [5] Βερενίκης πλόκαμος; πῶς δὲ οἱ ἀστέρες αὐτῆς πρὶν τὴν τελευτὴν ἀποθανεῖν; πῶς δὲ ὁ ποιητὴς [6] Αντίνοος, μισερ-

1 Ορτυγία] Insula olim Ortygia dicta, quæ cum sub aqua fluitaret in mari, postea in gratiam parturientis Latonæ emersit, & stabilita est.

——*Tempusque fuit, quo navit in undis,*
Nunc sedet Ortygie. ——

Ovid. 15. Metam. *Gesner.*

2 Δῆλος ἡ νῦν] Appositè satis huic loco convenit *Hesychii* illud: Ορτυγία, ἡ νῦν Δῆλος καλουμένη. Vide *Hygini* Fab. 140.

3 κύκνος] Jupiter in cygnum mutatus est, ut Ledam vitiaret. Ovid. lib. VI. Metam.

Fecit & Asterien aquilâ luctante teneri;
Fecit olorinis Ledam recubare sub alis.

Bis igitur aquilæ formam suscepit, tum propter Asterien, tum ut Ganymedem pocillatorem sibi futurum raperet; quem raptum Xenophon in symposio religiosè exponit, ut innuatur sanctam & piam mentem à Deo rapi. Virgilius lib. I. Æneid.

——— *& rapti Ganymedis honores.*

De Ganymede vide Suidam in Ilio. Cicero Tuscul. quæst. lib. I. *Non enim, inquit, ambrosia Deos, aut nectare, aut juventute pocula ministrante lætari arbitror: Nec Homerum audio, qui Ganymedem à Diis raptum ait propter formam, ut Jovi pocula administraret. non justa causa cur Laomedonti tanta fuit injuria. Fingebat hæc Homerus, & humana ad Deos transferebat, divina malem ad nos.* Gesner.

4 τίς ἐστιν] Nescio quid sibi voluerit *Tatianus, cum scribit post mortem demum Berenices cœlo consecratam fuisse hanc coma.* Sed pro ἀποθανεῖν proculdubio scripserat ἀπολαμεῖν. Isaacus Vossius observationibus in Catullum. p. 264. Caterum emendationi huic repugnat ipsa verborum constructio. Τὸν προσωπῶν enim, Berenicem ipsam respicit, non πλόκαμον ejus.

5 Βερενίκης] De Berenices crine, vide Onomasticum: fertur autem non post ejus mortem, ut Tatianus habet, sed adhuc viventis crinem, Conon Mathematico in gratiam Regis fingente, inter stellas relatum esse. *Gesner.*

6 Αντίνοος] Antinous Hadriani amatus adolescens, ut scribit Hieronymus libro secundo contra Jovinianum, Ægypti civitati nomen dedit. Occasionem figmento nimirum fecit

Lunæ

μειράκιον ἐν τῇ σελήνῃ ὡραῖον καθίδρυται; τίς ὁ ἀναβιβάσας αὐτόν; [r] εἰ μὴ ἄρ' τὸν, [t] ὡς τὸς βασιλέας, μισθῷ [t] ἢ δι' ἀπορίας τὶς, τὸς θεὸς καταγελῶν, [u] ὡς τὸν ἐρανὸν ἀνεληλυθέναι φήσων, πεπίστευ), [2] κατὰ τὸ [x] ὅμοιον θεολογῆσαι πιμῆς καὶ δωρεᾶς

nous ſpecioſus adoleſcens in Luna collocatus eſt? Aut quis eum eò levavit? Aliquis ſcilicet Deos irridens, hunc etiam in cœlum aſcendiſſe fingendo, ſicut Reges olim quoſdam, mercede nimirum conductus & pejerans, homines qui id crederent invenit, & Homericam Theologiam imitatus, honore muneribuſque affectus

[r] εἰ μήτι γε Tigur. Æſton. Fronto Duc. [t] Deeſt Gall. 2. Æſton. [u] αὐτὸν Æſton. [x] ὅμοιον θεολογῆσαι Gall. 1. 2. Ὁμηρον θεολογῆσαι Fronto Duc.

Lunæ facies maculis ſuis humanum ſerò vultum exprimens. Has maculas non aliud eſſe, quàm terræ raptas cum humore ſordes, cùm omnia ſydera humore terreno paſcantur, ſtulta veterum quorundam opinio fuit, recitata Plinio, lib. II. cap. 9. *Antinous puer egregius, eximiæ pulchritudinis in Ægypto moritur, quem Adrianus diligenter ſepeliens (nam in deliciis habuerat) in Deos refert: ex cujus nomine etiam Urbs appellata eſt.* Euſebius in Chronicis anno Domini 132. *Antinoi eximiæ pulchritudinis puer fuerat, vel ab Adriano immolatus, uti creditur ferè, quòd magicis uteretur ſacris, vel quòd ſponte oppetiiſſet, quum indigeret Imperator hominis ſponte occumbentis animæ: ejus deinde ſtellam ab ſe viſam aiebat. Quod à me ideo huic inſertum loco eſt, ut veterum luſus adnotaremus, nunc è cælo ſtellas præcipitantium, nunc novas adoptantium, prout cuique fuiſſet collibitum: Quæ vanitas in Cæſare dilucet quoque.* Cælius Antiquarum lectionum lib. II. cap. 5. *Geſner.* Notat ulterius de Antinoo Juſtinus, Apol. II. pag. 72. Eum ſeculo ipſius vixiſſe. Homines ad eum pro numine colendum ὠρμῆσθαι, ſeu vi adactos fuiſſe, metu Imperatoris Hadriani; quippe qui probè nôſſent, quiſnam ille fuerit, & unde exiſterit. Et hoc eſt quod dicit *Spartianus* in Hadriano: Græcos quidem *volente Hadriano*, ſeu quod hoc ſummè expeteret Imperator, eum conſecrâſſe. Conſecrationis ejus cum alia extent hodiéque monumenta, tum illud egregium Romæ, teſte *Caſaubono*, Notis in Spartianum.

ANTINOΩ
CΥΝΘΡΟΝΩ ΤΩΝ
ΕΝ ΑΙΓΥΠΤΩ ΘΕΩΝ
Μ. ΟΥΛΠΙΟC ΑΠΟΛΛΩΝΙΟC
ΠΡΟΦΗΤΗC.

1 ὡς τὸς βασιλέας] Ita & Juſtinus, Apol. II. p. 67. Καὶ τί χαὶρ τὸς ἀποθνήσκοντας παρ' ὑμῖν αὐτοκράτορας ἀεὶ ἀποθεοῦσθαι ἀξιοῦντες, καὶ ὁμνύοντα τὸν ἀποθανόντα ἐπαγγέλλεσθαι ἐπὶ τὸ πυρὸς ἀναβήναι ἐπὶ τὸν ἐρανὸν τὸν καλούμενον Καίσαρα; *Porrò cur morientes apud vos Imperatores ſemper immortalitati conſecrare dignamini, producentes quempiam qui jurejurando confirmet, vidiſſe ſe è rogo in cœlum aſcendere ardentem Cæſarem?* Cui convenit Cyprianus, de Idolorum vanitate. *Eſt Romulus pejerante Proculo Deus factus, & Picus, & Tiberinus, & Pilumnus.*

2 κατὰ τὸ ὅμοιον θεολογῆσαι] Si legas, ut nos tranſtulimus, κατὰ τὸν Ὅμηρον θεολογήσαντας, id eſt, *Homericam Theologiam imitatus*, clarior ſenſus erit. Notæ ſunt autem Homeri de Diis fabulæ, propter quas unà cum Heſiodo apud inferos cruciari fertur. *Geſner.* Mendoſus eſt locus iſte. Et quidem rectè hactenus

affectus est. Cur estis in Deum sacrilegi? Cur ejusdem opus ignominiosè tractatis? Tu mactas ovem, & eandem adoras. Taurus in cœlo est, tu simile ei animal obtruncas. Is quem vocant Engonasin, animal premit noxium. Aquila vorans hominum opificem Prometheum, cœlo dignatur.

XVII. Egregius scilicet olor est, quoniam adulter erat. Egregii sunt Castor & Pollux (quos alternis diebus inferos

ἠξίωσε. τί * μοι τὸν Θεὸν σκυλλήκατε; τί δὲ αὐτὸ τιμῶ πίσιν ἀπμάζετε; ἡμεῖς σέβεσθαι, τὸ δ' αὐτὸ κατοκνιῶσι; ταῦρός ἐστιν ἐν οὐρανῷ, καὶ αὐτὸ εἰκόνα σφάττετε αὐτῇ; γέων ἐστὶν ἐν οὐρανῷ, καὶ ἡμεῖς ἀνθρωπάριον πρόβατον καταφαγὼν ἀετὸς, τιμᾶται. Ὁ δὲ καλὸς ὁ κύκνος, ὅτι μοιχὸς Διὸς ὠνόμασται δὲ καὶ οἱ ἐπιτηδεῖοι. Διόσκουροι τῶν

* μοι al. κ ἡ κατοκνιῶ. Franc. Dal. γ Ἐγγόνασιν. Franc. Dal. 2. Ἐστι. Pal.

Gesnerus, ut opinor, quod pro ἡδολογήσου reponendum putet ἡδολογήσας: non item, quod Ὁμηρον substituerit loco τὸ ὅμοιον. Gisbertus Cuperus, in *Apotheosi Homeri*, p. 111. pro κρῖνε τὸ ὅμοιον legendum censet ἐν τῷ ὅμοιον, locumque hunc sic vertendum esse: *Et similem, sive hominem, dignatur est propter honores & munera Deum facere.* Ego quidem lectum mallem, ἐν κρῖνε τὸ ὅμοιον (quæ phrasis infrà occurrit §. 20. & §. 40.). Ut sensus nimirum sit, perjurum istum qui dixit se vidisse Antinoum in cœlos ascendentem, adeóque ipsum, prout Reges suos olim Romani, in Deorum numerum retulit, honoribus eâ de causâ muneribusque affectum fuisse.

1 ἡμεῖς σεβέσθαι.] Fortassis hoc dicit propter Arietem, quo consenso Phryxus & Helle transfretarunt, inter sydera locatum: nam & proximè aliorum quoque cœlestium signorum mentionem subjicit; tribuebant autem syderibus plerique gentilium divinos honores: Aut fortè quod Jupiter Ammon Arietis specie in Lybia coleretur, de quo plura in Onomastico. *Gesner.*

2 εἰκόνα σφάττεις αὐτῷ.] id est, *similem sive hominem, servilem.* Gesner.

3 ὁ Ἐγγόνασιν] Engonasin signum in cœlo est, quod Latinè *Ingeniculus* vocatur; & est *Hercules*, qui dextro genu nixus, sinistro pede capitis Draconis dextram partem opprimere conatur. *Gesner.*

4 Προμηθέα] De Prometheo & jocur ejus Caucaso alligati exedente aquila, utrique in cœlum relato, vide Phurnutum Grammaticum Græcum, (quem nuper Conradus Clauserus noster Latinitate donavit) Onomasticum, & Luciani de Prometheo Dialogum. *Gesner.*

5 μοιχὸς] Cygnum *maechum* appellat, quod Jupiter assumpta cygni formâ cum Leda rem habuerit. Is quoque inter sydera ostenditur. Locutiones quas hîc usurpat, omnes Ironicæ sunt. *Gesner.*

6 Διόσκουροι] Castor & Pollux Dioscuri, id est, Jovis filii nominantur, quos in cœlo geminos esse dicunt. Pollucem ait Homerus concessisse fratri dimidiam vitam, itaque alternis diebus eorum quemque lucere. Vide Hyginum. Diodorus lib. VI. de fabulosis Antiquorum gestis, Leucippum Naxi (à quo Naxos insula cognominata

[1] Λευκιππίδων οἱ ἁρπασθέντες κρείττων ἡ [2] Ἑλένη, ἢ μὲν παρήξαν Μενέλεων καταλιποῦσα, τῷ δὲ μιτρηφόρῳ καὶ πολυχρύσῳ Πάριδι παραγενομένη· [2] δίκαιος ὁ σώφρων ὃν τὴν ἐπιτερνεύσασαν εἰς Ηλύσια πεδία μεταπέμψασθαι. ἀλλ' οὐδὲ ἡ [3] Τυνδαρὶς ἀπιθανάτισεν· ὁ σοφὸς Εὐριπίδης [b] ἐπὶ Ὀρέστῃ τῆς ἐπιτερμημένης γυναικὸς τὴν ἀναίρεσιν παρεισήγαγε· [4] πῶς οὖν ἥσυν τὴν καθ' εἱμαρμένην ἀποδέξομαι, πίστεις αὐτῆς τὰς οἰκονόμους θεωρῶν; βασιλεύειν μὲν θέλω, πλεῖν δὲ βούλομαι, [5] τὴν φρατηρίαν παρήτημαι, πορείαν μεμίσηκα, ναυτιλλέσθαι δὲ τὴν ἀφροσύνην ἀποδύομαι· ἀφίημι τὴν ἀνεμοδρομίαν, ἀπαλλάττομαι τῆς ἀλλοτρίας ἐπιβολῆς, ἀποτίθεμαι τὴν ἀπληστίαν, ἀποκρούομαι τὴν ἀπάτην, ἀποστρέφομαι τὴν ἀνθρωποκτονίαν, ἀποφεύγω τὴν ἀδικίαν, ἀποπηδῶ τὴν πλεονεξίαν, ἀποπτύω τὴν ἀσέβειαν, ἀποσείομαι τὴν ἀνοσιουργίαν, ἀποσκορακίζω τὴν ἀνομίαν, ἀποσκευάζομαι τὴν ἀκολασίαν, ἀποσκεδάννυμι τὴν ἀκρασίαν, ἀποσκίδνημι τὴν ἀκολουθίαν, ἀποσκιδνῶ τὴν ἀκαταστασίαν, ἀποσκιδνάω τὴν ἀταξίαν, ἀποσκιδνέω τὴν ἀκοσμίαν, ἀποσκιδνεύω τὴν ἀμετρίαν, ἀποσκιδνεύομαι τὴν ἀπειθαρχίαν, ἀποσκιδνεύσομαι τὴν ἀπειθείαν, ἀποσκιδνεύσω τὴν ἀπιστίαν, ἀποσκιδνεύσομαι τὴν ἀπιστοσύνην, ἀποσκιδνεύσω τὴν ἀπιστοσύνην

avaritiam non cupio, certaminum coronas non desidero, liber sum ab insana ambitione, mortem contemno, quovis morborum genere superior sum, tristitia non angit animum meum: si servus sim, servitutem sustineo: si liber sim, de ingenuitate non glorior. Solem unum omnibus splendere video; & omnibus communem mortem, quæ tam in affluentia rerum & luxu, quàm inopia contingit. Locuples seminat, & pauper eadem semente fruitur. Moriuntur ditissimi, & eundem exitum vitæ mendici experiuntur. Pluribus rebus indigent divites, & quia plerique fidem eis habent, inde glorioſi evadunt: pauper autem & moderatissimus aliquis, ea tantum quæ suæ sorti conveniunt desiderans, tranquillius vivit.

XVIII. Quid est quod, admisso fato, vigilas propter avaritiam? Quid dum sæpe multa præter fatum desideras,

πλησίαν οὐκ ἐπιπηδεύω, στεφάνους ἔχειν οὐκ ἀγωνίζομαι, [c] δεξιμανίας ἀπηλλαγμαι, θανάτου [d] καταφρονῶ, νόσου παντοδαπῆς ἀνώτερος γίνομαι, λύπη μὴ τιτρώσκει τὴν ψυχὴν οὐκ ἀναλίσκει· δοῦλος ἐὰν ὦ, [1] δουλείαν ὑπομένω· κἂν ἐλεύθερος ὑπάρχω, τὴν εὐγένειαν οὐ σεμνύνομαι· [2] τὸν ἥλιον ὁρῶ πάντων τὸν αὐτόν· ἕνα δὲ καὶ πάντων τὸν θάνατον δι' ἡδονῆς καὶ ἐλαττώματος. ὁ πλούσιος σπείρει, καὶ ὁ πένης τὴν αὐτὴν σπορὰν μεταλαμβάνει· πλουτοῦσιν οἱ πλείστοι, καὶ οἱ μεταπεσόντες τὴν αὐτὴν ἔχουσι βίαν· πενιζόντων χρήζουσιν οἱ πλουτοῦντες, καὶ δι' ἀξιοπιστίαν μὴ τὴν δόξης γίνονται· πένης δὲ καὶ ὁ μετριώτατος, τὰ καθ' ἑαυτὸν ἐφιέμενος εὐμαρέστερον βιοτεύει.

ιή. Τί [3] μοι καθ' εἱμαρμένην ἀργυροῦς δι' φιλαργυρίαν; τί [3] μοι καθ' εἱμαρμένην πολλάκις ὀρεγόμενος, πολλάκις ἀποθνήσκεις;

[c] δοξομανίας Gall. 1. 2. Æton. Fronto Duc. rectè. [d] καταφρονῶν Æton. [e] Sic Tigur. Gall. 1. 2. Æton. (quomodo suprà p. 42. τί μοι τὸν Θεὸν, &c.) omnino rectè. μὴ quod ex conjecturâ Gesneri devenit in Editionem Parisiensem, pervertit sensum Auctoris.

1 δουλείαν ὑπομένω] Ex præcepto Apostoli 1 Cor. c. 7. v. 21. Δοῦλος ἐκλῆθης; μή σοι μελέτω. i. e. Explicante Estio, *non te res illa angat; ne doleas te, qui jam religione Christianus es, adhuc conditione servum esse. Nolo te sollicitum esse, ut onere servitutis libereris.*

2 τὸν ἥλιον] Hoc argumento infrà Sectione 43. perstringit Græcos hosce, sibi solis sapientiæ gloriam arrogantes.

3 μοὶ καθ' εἱμαρμένην] Tua, inquit, culpa, tua stultitia, non fatum, improbis & nimiis acquirendi desideriis te obstringit. Qui autem suæ cupiditati vivit, is Deo moritur. Peccatum enim mortem trahit comitem: sic alibi Dæmones toties mori ait, quoties hominem aliquem deceperint. Gesner.

1 τὴν

θήσκεις; ἀποθνήσκε τῷ κόσμῳ, ᾧ συμπεφύμμεθα τὸν ἐν αὐτῷ μανίαν. ζῆθι τῷ Θεῷ, λαβὲ τὴν ἑαυτοῦ κατάληψεως [1] τὸν παλαιὸν χῶσιν ᾧ συμπέφυκε. [2] οὐκ ἐγνώμεθα πρὸς τὸ ἀποθνήσκειν, ἀποθνήσκομεν δὲ δι' ἑαυτούς· ἀπώλεσεν ἡμᾶς τὸ αὐτεξούσιον. [3] δοῦλοι γεγόναμεν οἱ ἐλεύθεροι· λαβὲ τὴν ἁμαρτίαν ἐπεσάθημεν. οὐδὲν φαῦλον παρὰ Θεοῦ πεπόηται, τὸν πονηρίαν ἡμεῖς ἀνεδείξαμεν· οἱ ἢ ἀναδείξαντες, δύνανται πάλιν [f] παραιτήσασθαι. δύο πνευμάτων διαφορὰς ἴσμεν ἡμεῖς, ὧν τὸ μὲν καλεῖται ψυχή· τὸ δὲ, [4] μεῖζον μὲν τῆς ψυχῆς, Θεοῦ δὲ εἰκὼν καὶ ὁμοίωσις. ἑκάτερα δὲ ᾧ συμπέφυκε τοῖς ἀνθρώποις τοῖς πρώτοις ὑπῆρχεν, ἵνα τὸ μὲν τι ὦσιν ὑλικοὶ, τὸ δὲ ἀνώτεροι τῆς ὕλης. ἔχει δὲ ὅτου· πᾶσιν ἔστιν ἰδεῖν ὅτι κόσμος τὸν κατασκευὴν, σύμπασίν τε

sæpe moreris? Eia potius mundo moritor, insaniam ejus rejiciens, & Deo vive, per cognitionem tui veterem statum repudians. Non nati sumus ut moreremur, morimur autem nostra culpa. Perdidit nos libera voluntas, & qui liberi eramus in servitutem redacti, & propter peccatum venditi sumus. Nihil mali factum est à Deo, nos ipsi produximus improbitatem: eam vero qui produxerunt, denuò etiam repudiare possunt. Duo spirituum genera nos agnoscimus, quorum alterum anima vocatur: alterum verò præstantius est anima, imago scilicet & similitudo Dei. utrumque autem priscis hominibus datum erat, ut partim materia constarent, partim eam superarent. Sic autem res habet: Universam mundi machinam, & quicquid in ea conditum

f παραιτῆσαι *Æton.*

1 τὸν παλαιὸν χῶσιν] *Veterem genium*; seu *veterem hominem*. Sic & in Tractatu suo περὶ τῆς τοῦ κόσμου προμηθείας, *de perfectione secundum Servatorem*, cujus fragmentum conservavit Clemens, Strom. lib. III. p. 460. distinxit Tatianus inter τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον & τὸν καινόν.

2 οὐκ ἐγνώμεθα πρὸς τὸ ἀποθνήσκειν,] Egregiè Auctor libri Sapientiæ, cap. 2. v. 23. ὁ Θεὸς ἔκτισε τὸν ἄνθρωπον ἐπ' ἀφθαρσίᾳ. φθόνῳ δὲ διαβόλου θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον. πειράζουσι δὲ αὐτὸν οἱ τῆς ἐκείνου μερίδος ὄντες. *Deus creavit hominem ad immortalitatem. Invidia autem Diaboli mors introivit in mundum: Experiuntur autem illum, qui sunt ex parte illius.*

3 δοῦλοι γεγόναμεν] Sic Clemens, Protrepticō p. 54. ὦ τῆς ἀνοίας παθῶν! τὸν Κύριον ἀπαιχωῦσθαι. (lege ἐπαιχωῦσθαι) ἐλεύθεραν ἐπαγγέλλεται· ὑμεῖς δὲ εἰς δουλείαν ἀποδιδράσκετε. *O magnam dementiam! Dominum pudore afficitis. Liberatem pollicetur, vos autem ausugitis in servitutem.*

4 μεῖζον μὲν τῆς ψυχῆς.] Spiritus hic, quem & suprà §. 11. ψυχῆς δυνατώτερον vocat, est ipse Λόγος.

ditum extat, è materia conſtitutum eſſe patet: ipſam verò materiam à Deo productam, ita ut partim rudis & informis intelligatur antequam diſcerneretur; partim conformata & digeſta, poſt peractam ejus diſcretionem.

XIX. Ergo cœlum quoque & ſtellæ cœleſtes in mundo, materiâ participant: ſimilem etiam terra, & quævis alia mundi pars, conſtitutionem ſortitur, ita ut una ſit omnium communis generatio. Hæc cum ita ſe habeant, diverſa genera ſunt eorum quæ ex materia conſtant: & aliud quidem pulchrius eſt, aliud licet pulchrum, vincitur tamen ab aliquo præſtantiori. Quemadmodum enim corporis animalis conſtitutio, unius gubernationis eſt, & ad unum finem, cujus gratia genitum eſt, refertur; nihilominus diſtinctos in ſe dignitatis gradus habet, cum aliud ſit oculus, aliud auris, aliud capillorum ornatus, & interaneorum digeſtio, & medullarum, oſſiumque, & nervorum concretio: & licet hæc inter ſe

τῆ ὑλῃ, g καὶ γενομένην ἐκ ὕλης, i καὶ τὴν ὕλλην δὲ αὐτὴν, ὑπὸ δὲ θεοῦ προσκεκοσμημένην, ἵνα τὸ μὲν τι αὐτῆς ἄπορον καὶ ἀσχημάτιστον νοῆται πρὸ δὲ διακρίσεως λαβεῖν· τὸ δὲ κεκοσμημένον ἐκ ὑπαιθρίου, μετὰ τὴν ἐν αὐτῇ διαίρεσιν.

ιθ'. Ἔστιν οὖν ἐν αὐτῇ k ὁ οὐρανὸς ἐξ ὕλης, l ἐν τὰ ἄστρα τὰ ἐν αὐτῷ. καὶ ἡ γῆ m δὲ, ἐκ πᾶν τὸ ἐν αὐτῇ νοούμενον, τὴν ὁμοίαν ἔχει σύστασιν, ὡς εἶναι κοινὴν πάντων γένεσιν. τούτων δὲ ὄντως ὑπαρχόντων, διαφοραί τινες τῶν ἐξ ὑλης εἰσιν· ὡς εἶναι τὸ μὲν τι καλλιον, τὸ δὲ καὶ αὐτὸ μὲν καλὸν, n καλλίω δὲ ὑπό τινος χρείττονος ἐλαττούμενον. ὥσπερ γὰρ ἡ μὲν τῶν σωμάτων σύστασις μιᾶς ἐστιν οἰκονομίας, πρὸς ἓν o * αὐτὸ ἐστι τὸ γενηθὲν τὸ αἴτιον· ἐκ τούτων ὄντων, διαφοραί τινες εἰσὶ δόξης ἐν αὐτῷ, ἐκ τὸ μὲν ὀφθαλμός p τις ἐστιν, τὸ δὲ ὠς, τὸ δὲ τριχῶν διάκοσμησις, ἐκ ἐντοσθίων οἰκονομία, μυελῶν τε, καὶ ὀστέων, καὶ νεύρων σύμπηξις· ἕτερον δὲ ἑτέρου

διαφο-

g Deeſt *Gall.* 1. *Fronto Duc.* h Deeſt *Æſtn.* i ἐν γῇ *Tigur.* k πάλιν *Æſtm.* l ἐν τῷ *Tigur.* ſed in marg. αὐτὸ vel ταυτὸ. m τι *al.*

1 καὶ τὴν ὕλλην] Diſertè hoc additur propter Philoſophos, quorum alii & materiam & mundum æternum faciunt, alii hanc conditum fatentur, illam inconditam: Chriſtiani utrumque conditum. *Geſner.*

2 ὁ οὐρανὸς] Cœlum ex materia conſtare certum eſt, cum aliter fieri non poſſet, aut ne locus quidem aliorum eſſe. Vide Ariſtotelem lib. I. *de Cœlo* cap. 9. *Geſner.*

1 πανὸς

διάφορον, καθ' οἰκονομίαν συμφωνίας ἐστὶν ἁρμονία· οὕτω καὶ τὸν πανηγυρικὸν τοῦτον καὶ κόσμον, κατὰ τὸν τοῦ ποιήσαντος αὐτὸν δύναμιν, τὰ μὲν τι φαιδρότερα, τὰ δέ τινα τύπῃ ἀνόμοια κεκλημένα, θελήματι τοῦ δημιουργήσαντος, πνεύματος μεμοίρανται ὑλικοῦ.

κ. Τὸ δὲ καθ' ἕκαστα δυνατὸν καταγνῶσαι, τῷ μὴ κενοδοξεῖν

differant singillatim, universa tamen gubernatio ad unam symphoniam convenit: Mundus itidem cum partes alias splendidiores, & alias his dissimiles ex opificis sui potentia habeat, insinuatum toti materiæ spiritum per architecti quoque voluntatem accepit.

XX. Et hoc in singulis rebus intelligi potest ab illo, qui non

l μέρει Gal. 1. 2 rectè. m Ad verba ista apponitur hoc Scholion in Codice Regio priore: πνεῦμα, ἡ ἕξις τοῦ ὅλου ἀκινήτου δημιουργικὴ δύναμις καθ' ἣν ἕκαστον εἶδος ζῷου ὑπ' αὐτὸ ὁμοιοῦται τῷ προηγουμένῳ ὑφεστῶτι.

1 πνεύματος μετείληφεν ὑλικοῦ.] Hîc mundo πνεῦμα ὑλικὸν, sive Animam tribuit Tatianus, Platonicus scilicet. Anima vero hæc, ex illorum sententia, pertenuis quædam substantia erat, per totum orbem fusa; duabusque quasi constabat partibus, purissimâ unâ, quam νοῦν dixere; alterâ minùs purâ, quæ ψυχὴ· quâ mediante νοῦς corpori sociatus est. Platonis enim effatum erat, νοῦς ἐν ψυχῇ, ψυχὴ ἐν σώματι. Mundum autem animatum esse duplici de causâ statuebant. Primò ut esset, unde omnes animæ particulares deducerentur, has enim animæ mundi partes & ἀποτεσμάτια esse existimârunt. Secundò ut ostenderent quòmodo mundi & fabrica & providentia constare possent, ac simul ut & mundus Deus, & sol reliquáque astra censeri deberent in Diis. Cùm enim existimarent Animam esse corporis sui Architectricem, ipsamque esse quæ corpus suum, Animal nempe, cujus est, regat, opinati fuere si mundum esse animal ponerent, tum animam in eo futuram, quæ intelligeretur fabricata fuisse ipsum mundi corpus, posseque deinceps mundum regere, ac, ut par est, ei providere. Certè constat, ipsos mundi animam, aut mentem saltem, habuisse pro ipso Deo, neque veritos fuisse dicere particulares animas esse indiscriminatim sive mundanæ animæ, sive Dei partes. Notum illud Virgilii, IV. Georg.

Esse apibus partem divinæ mentis, & haustus
Æthereos dixere, Deum namque ire per omnes
Terrásque, tractúsque maris, cœlumque profundum.
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,
Quemque sibi tenues nascentem arcessere vitas.

Tatianus, aliique nonnulli è primis Ecclesiæ Scriptoribus, qui è Platonicorum Schola prodierant, hanc de mundi anima Hypothesin etiamnum ex parte amplexi sunt: ita tamen contemperatam, ut anima ista haud amplius pro ipso Deo haberetur, seipsum mundi partibus unienten per modum *formæ informantis*, uti vulgò loquimur; sed ipsius δημιουργοῦ, sive summi Dei foret opificium: Angelis interim mundo præfectis, illumque administrantibus.

1 ἀποτε-

non ſuperbè reſpuerit divina eloquia, quæ paulatim è ſacris literis obſervata, prorſus Deo acceptos reddunt illos, qui animum eis applicaverint. Quinetiam dæmones (ut vos eos vocatis) ex materia concreti, & ſpiritu ex ea ſumpto, luxurioſi & delicati evaſerunt: alii quidem ex ipſis ad puriorem vitam converſi, alii ve-

[1] ἀποκορακίζοντι [2] τὰς θεοπεσίας ἐρμηνείας, αἳ κατὰ χρόνον [n] ἀγεγραφῆς ἐξελήλεγμέναι πάνυ θεοφιλεῖς τοῖς προσέχουσιν αὐτοῖς πεποιήκασιν. ὅμως δὲ ὧν καὶ [3] δαίμονες, (ὃς ὑμεῖς ἔτω φατε) * σύμπηξιν ἐξ ὕλης λαβόντες, κηρώμενοί τε [4] πνεῦμα ° τὸ ὑπ' αὐτῆς, ἄσωτοι καὶ λίχνοι γεγόνασι· οἱ μὲν πάντων [5] ἀπὶ καθαρώτερον τραπέντες, [p] οἱ δὲ

n Ἀπὸ γενέσεως Gall. 1. Fronto Duc. Æton. recte. * δαίμονες σύνθετοι ἐξ ὕλης καὶ εἴδους. Scholion in margine Gall. 1. ο τὸ ἀπ' Æton. Fronto Duc. p τοῦτο Πλατωνικὸν, εἶς δύο διαιρῶν τὰς δαίμονας, αὐλοτέρους καὶ ὑλικωτέρους. καὶ τοὺς μὲν αὐλοτέρους, ἀγαθοὺς εἶναι· τοὺς δὲ ὑλικωτέρους, πονηρούς καὶ κακοποιούς. Scholion Gall. 1.

1 ἀποκορακίζουσι] Ἀποκορακίζειν eſt *nihili facere, reprobare*: nimirum quaſi *εἰς κόρακας ἀποπέμπειν*, i. e. *ad corvos remittere*, ſecundum proverbium. *Geſner.*

2 τὰς θεοπρεπεῖς ἐρμηνείας,] Quidnî intelligat auctor noſter, verſionem LXX. Interpretum, quam Philoſophis hiſce, Græcis ſcilicet, perlegendam proponit?

3 δαίμονες,] Dæmones inquit ex materia concreviſſe, hîc quidem ſimpliciter, infrà autem (numero 25.) concretionem eorum talem eſſe ait, qualis eſt ignis & aeris, proinde inviſibiles eſſe; & hanc cauſam facit quòd ad malitiam propenſi ſint. Quod ſi ex materia conſtant, vel ex quatuor elementis conſtabunt, vel ex quinta quadam eſſentia, quæ cœli materia fertur: ſive autem ex hac communi ſive illa conſtituantur, animalia erunt corporea, & viſui obvia, quod falſum eſt. Nam ex uno elemento, ut aere, nihil effici poteſt. Non igitur ex materia conſtant Dæmones. Philo in libro de mundo, ſcribit animas (vult autem animas, Angelos & Dæmones ejuſdem eſſe ſubſtantiæ) non elementari materia, ſed puriore potioreque conſtare, ex qua ſcilicet naturæ divinæ procreatæ ſunt, ideoque immortales eſſe. *Geſner.* Dæmones aſſumptione materiales ſunt. Cantè lege, nam Tatianus perperam videtur ſentire Dæmones ex materia conſtare, eiſque ineſſe ſenſum libidinis, aliarumque materialium affectionum, quæ ſententia jam nunc à Theologis temeraria cenſetur. *Editor Pa-riſienſis.* Dæmones vocat Auctor noſter, Magiſtro ſuo Juſtino ferè ἐμφύτους, non tam Diabolum ipſum Angeloſque apoſtatas, quàm ipſorum filios, quos ex lapſu, mulierum concubitus cauſâ, amoribus victi procreârunt. Hi enim Juſtino aliiſque compluribus δαίμονες φαῦλοι iſti erant, qui apud homines verſati, γυναῖκας ἐμίγνυντο, & παῖδας ἐτεκνοποίουν. Apol. II. p. 55. Unde & hoc loco dicuntur λίχνοι & ἄσωτοι.

4 πνεῦμα τὸ ὑπ' αὐτῆς] Πνεῦμα quod hîc materiâ inferius eſſe, ab eaque pendere dicit, ſumitur pro vapore exhalato ex miſtura elementorum, explicante Triſmegiſto, Platonico, qui quis illa. Unde ſecundum illum, οὐ λόγῳ, λόγος οὐ ψυχῇ, ψυχὴ οὐ σώματι, πνεῦμα οὐ σώματι ἐχόντι.

5 ἐπὶ τὸ καθαρώτερον] Huc facunt

τῆ ὕλης ἀπιλεξάμενοι τὸ ἔλαττον, καὶ κατὰ τὸ ὅμοιον [q] αὐτῆ πολιτευόμενοι. τέτους δὲ ἄνδρας Ἕλληνες θεοποιοῦσι, [1] γεγονότας μὲν ἐξ ὕλης, μακρὰν δὲ τῆς εὐταξίας εὑρεθέντας. οἱ γὰρ θεοφρημοσύνῃ, τῇ σφῶν αὐθελήτῳ [2] πρὸς τὸ κενοδοξεῖν τραπέντες, καὶ ἀφηνιάσαντες, λησταὶ θεότητος γενέσθαι προεθυμήθησαν· ὁ δὲ τῶν ὅλων δεσπότης [3] ἐντυφᾶν αὐτοὺς εἴασε, [4] μέχρις ἂν ὁ κόσμος πέρας λαβὼν ἀναλυθῇ, καὶ ὁ δικαιοκρίτης παραγένηται, καὶ πάντες οἱ ἄνθρωποι, πρὸς τὴν τῶν δαιμόνων ἐπιπαγεῖσαν πλάνην, ἐφιέμενοι τῆς τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ

rò viliorem materiæ partem assumentes, & pro ratione ejus agentes. Istos adoratis, ô Græci, qui ex materia geniti procul à laudabili disciplina discesserunt. Etenim per stultitiam suam vana gloria impulsi, & effrenes facti, latrones divinitatis fieri sibi proposuerunt: Dominus autem universorum permisit eos hominibus illudere, donec mundus consummatus olim dissolvatur, & judex adveniat, & omnes homines, qui perfecti Dei cognitionem, licet à dæmonibus oppugnati, desiderant,

q αὐτοῖ Æton.

locu-

ex eodem libro Philonis verba: *Animarum*, inquit, *in aere conventus est corpore vacuarum, quarum alias corpora subire mortalia, rursusque statis quibusdam temporum circuitibus inde decedere rursum: alias constitutionem diviniorem sortitas ab omni terrestri situ cogitatione abhorrere. At quæ sint earum purissimæ, eas verò opinio est excelsissimo in loco apud æthereum ipsum stationem habere, quas Græci Heroes appellant, Moses Angelos, &c.* Res omnes conditas materia participare dicit, sed alias aliis antecellere, prout magis minúsve nobili spiritu præditæ sunt; spiritum enim inesse omnibus. *Gesner.*

1 γεγονότας μὲν ἐξ ὕλης] Ita suprà σύμπηξιν ἐξ ὕλης λαβόντας Dæmonas dixit. Vide §. 25. & Athenagoram p. 27.

2 πρὸς τὸ κενοδοξεῖν] Hinc confirmatur vulgata illa Theologorum opinio, statuentium primum Angelorum peccatum fuisse superbiam. Dicuntur enim ἀφηνιάσαντες, ob horrendam nimirum istam defectionem, quâ Deo

obtemperare recusantes, superiore se honoris gradu dignos judicarunt, quàm eo in quo ipsos collocârat Creator. Atque hoc sensu, ipsos seu τὸν ἑαυτῶν ἀρχὸν μὴ τηρήσαντας repræsentat D. Judas, sive τὴν ἑαυτῶν τάξιν μὴ τηρήσαντας, ut cum Justino loquar. Id enim apud Apostolum ἀρχή· munus sc. honorificum singulis à Deo designatum. Illo enim haud contenti mali Angeli λῃσταὶ θεότητος γενέσθαι προεθυμήθησαν, Deum ipsum latronum instar aggressi sunt; illumque divinitate, ac honore spoliare studuerunt, sibi ipsis cultum divinum adrogantes, sibi ipsis ubique statuas, aras, templa exstruentes.

3 ἐντυφᾶν αὐτοὺς εἴασε] Hoc ipsum illud est, quod apertè asserit Apocalyptes, cap. 12. v. 9. Σατανᾶς, ὁ πλανῶν τὴν οἰκουμένην ὅλην. Vide & quæ infrà habentur in eodem capite.

4 μέχρις ἂν] Tum demum enim Diabolum, ejusque adeo Angelos, injectum iri in lacum ignis & sulphuris, asserit D. Joannes. Apoc. c. 20. v. 10.

locupletius propter certamina testimonium in die judicii accipiant. Spiritus igitur inest stellis, Angelis, stirpibus, aquis, hominibus, animalibus: & quamvis unus ac idem sit, differentias tamen in se habet.

XXI. Hæc quidem cum à nobis dicantur, non summis, ut aiunt, labris, neque probabilibus rationibus, aut sophistico sermonis apparatu, sed ex divinis eloquiis proferantur, qui discere vultis, festinate: Et qui Anacharsin Scytham non rejicitis, nunc etiam non indignemini institui ab illis qui barbaram disciplinam sequuntur. Recipite dogmata

γνώσεως, τελεσπόρει λόγῳ τ' ἀγωνῶν ἐν ἡμέρᾳ κελεύσεως τ μαρτυρίαν λάβωσιν. ἔστιν οὖν ι πνεῦμα ἐν φωσῆρσι, πνεῦμα ἐν ἀγγέλοις, πνεῦμα ἐν φυτοῖς καὶ ὕδασι, πνεῦμα ἐν ἀνθρώποις, πνεῦμα ἐν ζώοις· ἐν ᾧ καὶ ἀρχον ἐστὶ πάντα ἀφθορεῖν ἐν αὐτῷ κεῖσθαι. τοῦτο δὲ ἡμῶν λεγόντων, οὐκ ἀπὸ γλώττης, οὐδὲ ἀπὸ τῶν ἐπιπολαίων ἐννοιῶν, συνταξεώς τε σοφιστικῆς, ἡδοπάθειάς τινος ἐκφωνοῦμεν λόγῳ κατακρωμύοντες, ἀλλὰ βουλόμενοι μανθάνειν ἀσεύσθαι. καὶ οἱ τὸν σκύθην κ Ἀνάχαρσιν μὴ ἀποσκορακίζοντες, καὶ νῦν μὴ λ ἀνοπαιδήσητε· ὧδε τοῖς βαρβαρικῇ νομοθεσίᾳ ὧδε ἀκολουθοῦσι παιδεύεσθε. χρήσασθε τοῖς σὺν

r λόγοις *Gall.* 1. MS. Cod. unde profluxit Editio Tigurina. *Æton.* s οἱ *Tigur. Gal. Æton.* t καὶ *Tigur.* conjicit legendum μὴ *Gesnerus.* Et sic habent uterque Regius Codex & *Æton.* u Lege ἀναξιοπαθήσητε. altera enim lectio sensum auctoris omnino perverti

1 πνεῦμα ἐν φωσῆρσι] Sic Origenes: οἱ δὲ ἀρχὴν ἀστέρας ζῶά εἶναι λογικὰ καὶ ἀσωμάτους, καὶ ἐφαπτόμενον τῷ φωτὶ τὸ γνώσεως τοῦτό τε σοφίας, ἥτις ἐστὶν ἀπαύγασμα φωτὸς ἀϊδίου. lib. V. Contra Celsum. pag. 237. plura vide apud eundem, lib. I. περὶ Ἀρχῶν. & lib. περὶ Εὐχῆς. §. 24. Hauserunt nempe hoc, inter alia id genus, à Platonicis prisci patres Ecclesiæ. Plato enim edixit sidera non modò animantia esse, sed & optimâ quoque mente prædita. δικαίως ἐμψυχα αὐτὰ λέγομεν, inquit in Epinomide. & alibi θεῖα ζῶα, θεοὺς, ἰδίων ἐνόντας vocat.

2 Ἀνάχαρσιν] Anacharsidis Scythæ vitam Laertius lib. I. describit. Scythas maximè omnium barbaros fuisse notissimum est. Græci proverbio, quicquid agreste, barbarum, sævum & inhumanum intelligi vellent, Scythicum appellabant. In Æliani epistolis hæc verba leguntur: *Itaque Scytharum, sicuti vocant, responsum hoc tibi ego insanio & sapio, & odi mortalium genus.* Laertius hoc proverbium natum esse putat ab Anacharsidis asperitate. Hæc Erasmus in proverbio, *Scytharum oratio.* Gesner. Tanta in admiratione apud Græcos Anacharsis fuit, ut eum inter septem Sapientes numerarint nonnulli, teste Clemente Alexandrino, Stromatum libro primo, pag. 299. quod ipsum notat & Cyrillus Alexandrinus, libro 4to. contra Julianum.

1 Βαθεῖαν

μασιν ἡμῶν, [x] κἂν ὡς τῇ" κατὰ [1] Βαβυλωνίους προγνωστικὴ καὶ ἀστρολογικὴ λεγομένων ἡμῶν, [2] κἂν ὡς" δρυὸς μαντικωτέρας. καὶ τὰ μὲν παρ' ἡμῖν [3] παραφρόνων δαιμόνων ἐστὶν ἀνθρωποφιλεύματα, τὸ δὲ ἡμέτερον πρόδηλον ἐστὶν ἀνωτέρω τῆς κοσμικῆς καταλήψεως. [4] ἀθάνατος ἔστιν ἀνθρώπου, ἄνδρες Ἕλληνες, ἡ

nostra, & saltem nos dicentes audite, ut divinationem secundum Babylonios, vel saltem ut quercum vaticinantem audite. Certè quæ supra recensui dementium dæmonum adversus homines doli sunt: nostra autem religio augustior est quàm ut mundana mente comprehendi queat. Non immortalis est anima, ὁ Græci, suapte

x κἂν μὴ ὡς τῇ Jesuit. Æton. & Gall. 1. ex emendatione. adjecto ὡς à recentiore manu. ἢ ὡς τῇ, al. κἂν ὡς ἡ κατὰ Βαβυλωνίους προγνωστικὴ legendum monet Gesnerus.

1 Βαβυλωνίους] Sapientes Babyloniorum & Assyriorum Chaldæi dicti, ex stellis & horoscopis futura præsagiebant. eosdem Mathematicos, genethliacos, & astrologos aliqui vocant. *Gesner.* Hos Astronomiæ inventores dixit Tatianus supra §. 1.

2 κἂν ὡς δρυὸς] Dodonæum oraculum insinuare videtur. aiunt enim ex Ægypto geminas columbas advolasse, utramque nigram, unam in Africam, alteram in Dodonam, quæ fago insidens humana voce eloquta sit. Herodotus lib. II. Est autem fagus de genere quercuum. *Gesner.*

3 παραφρόνων] *Dementium.* Hesych. Παράφρων, παραφρόνως, παράμουσος, ἐξηκώς.

4 ἀθάνατος ἐστὶν ἀνθρώπου] Hîc ad marginem in exemplari manuscripto Scholia annotata erant, his verbis: ψυχὴ ὀνομὶ, τὸ ζωολόγιον (ζωογόνον *Gall.* 2.) λέγει δύναμιν, ἥτις κοινὴ πάντων ζώων ἐστὶν, ἣ δὲ συμφθείρεται τοῖς ἄλλοις. (in Regio posteriori & Ætonensi Codice, ad quorum oram occurrit hoc ipsum Scholion est σύμμισον· rectius.) ἐ μόνου (κ) addit *Gall.* 2.) ἡ λογικὴ δύναμις. αὕτη δὲ ἐξέρχεται, ὥρ' ἧς αἱ τέχναι ἢ ἐπιστήμαι φθείρονται. hoc est, per mortalem animam intelligit vim illam, qua animal consistit, animalibus cunctis communem, quæ simul cum corpore perit: non item rationalem facultatem (hæc enim excipitur) à qua artes & scientiæ prodeunt. Et quanquam ipse Tatianus (portione 18) duo spirituum genera proponens, alterum animam vocat, alterum animâ præstantius ad imaginem Dei factum dicit: hoc loco tamen animam à nobiliore mente non satis distinguere videtur. Nam si animam non rationalem intelligit, ut Scholia testantur, cur de eadem dicit, τὸν ἐπίγνωσιν τοῦ Θεοῦ πεποιημένην, *i. e.* Dei cognitionem assecuta? quod solius rationalis est. Sed nihil affirmo quid senserit Tatianus, dubitationem tantum movere volui, ut hæc verba, quæ sonant, impiorum animam mori & resurgere in die judicii: piorum vero animam non mori, sed tantum solvi ad tempus, à doctis & Theologis accuratius examinentur, num quid revera insit hæreseos, ut apparet. Legenda sunt autem diligenter quæ sequuntur, ubi seipsum explicare videtur; tanquam ita sentiat, impiorum animas vel mentes etiam cum corpore mori, & nullum sentire cruciatum, antequam cum corpore resurgant, & condemnentur; priorum vero animas statim ut corpus reliquerunt, in paradisum ferri. Arabiani olim animas resurgere credebant, sicut etiam Turcæ hodie, & quidam Christianos se profes-

ſuapte natura, ſed mortalis: eadem tamen ne moriatur fieri poteſt. Moritur enim & diſſolvitur cum corpore quæ veritatis ignara eſt, reſurgit autem poſtea in conſummatione mundi unà cum corpore, mortem in ipſa immortalitate per cruciatum & pœnam ſentiens. Et rurſus, anima quæ Dei cognitione inſtructa eſt, licet ad tempus ſolvatur, non moritur. Siquidem anima per ſe tenebræ eſt, & nihil habet lucis. Hinc illud in ſacris literis pronunciatum, *Tenebræ non comprehendunt lucem.*

ψυχὴ [y] καθ' ἑαυτὴν, θνητὴ δὲ ἀλλὰ δυνατὴ ἡ αὐτὴ ☾ μὴ ἀποθνήσκειν. θνήσκει μὲν γὰρ καὶ λύεται μὴ δι' ὃ σώματος, μὴ γινώσκουσα τὸν ἀληθῆ θεὸν, ἀνίσταται δὲ ἐπὶ ὕστερον ἐπὶ σωτηρίᾳ τῷ κόσμου σὺν τῷ σώματι [1] θάνατον διὰ τιμωρίας ἐν ἀθανασίᾳ λαμβάνουσα. πάλιν τε ἀποθνήσκει, κἂν τοσοῦτον καιρὸν λυθῇ, τῷ ἐπιγνῶναι τὸν Θεὸν πεπιημένη· καθ' ἑαυτὴν γὰρ σκότος ἐστὶ, καὶ οὐδὲν ἐν αὐτῇ φωτεινόν. καὶ τοῦτό ἐστιν ἄρα τὸ εἰρημένον, * ἡ σκοτία τὸ φῶς οὐ καταλαμβάνει.

XXII. Non enim ſpiritus ab anima ſervatus eſt, ſed ipſe animam ſervavit, & lux comprehendit tenebras. Eſt au-

κϐ. Ψυχὴ γὰρ ἐκ αὐτῆ τὸ πνεῦμα ἔσωσεν, ἐσώθη δὲ ὑπ' αὐτῆ· καὶ τὸ φῶς τὸ σκοτίαν κατέλαβεν. ὁ λόγος

* *Joann.* cap. 1. ver. 5.

y Deeſt *Æton. Gall.* 2. & quidem vehemens ſuſpicio eſt, inſititium eſſe.

ſeſſi animas tamen poſt mortem dormire ſibi perſuadent, quos doctiſſimus vir Joannes Calvinus publicato libello refellit. *Geſner.* Perſpicuus error Tatiani, exiſtimantis humanam ſuâpte naturâ non eſſe immortalem, niſi Dei beneficio; niſi intelligat non eſſe naturâ ſuâ immortalem, hoc eſt à ſe, abſque eo quod à cauſa efficiente alia pendeat ut Deus; cum & ipſa natura animæ alioqui immortalis, lata loquendi forma dici poſſit Dei beneficium: nam Deus auctor cujuſque naturæ. Pejus quod ſubdit, animas impiorum ſimul cum corpore interire, reſurgere autem poſtea in conſummatione mundi æternum cruciandas, quæ eſt hæreſis manifeſta. *Editor Pariſienſis.* Et in hoc dogmate ſecutus eſt auctor noſter Magiſtrum Juſtinum. Οὐδὲ μὰ, inquit, ἀθάνατον ψυχὴν λέγειν αὐτὴν· ὅτι εἰ ἀθάνατος ἐστι, καὶ ἀγέννητος δηλονότι. *Enimvero nec immortalem eam* (animam humanam) *dicere oportet. nam ſi immortalis ſit, ingenita quoque fuerit.* Dial. cum Tryph. p. 222. Eodem argumento & Theophilus Antiochenus lib. II. ad Autolyc. cum, in hanc concedit ſententiam. Cum enim id quod gignitur mutabile eſſe dicat & alterabile, ex ipſo animam quam juxta cum Juſtino, aliisque iſtius ævi Chriſtianis genitam ſtatuit, ex ſe & ſua naturâ dicit eſſe mortalem. Sufficiebat nempe ipſis, ut immortalitatem ab ipſo Deo in fine mundi conſecutura ſit anima humana.

1. θάνατον] Id eſt, *perpetuum cruciatum quavis morte graviorem.* Geſner.

I μὴ

ὁ λόγος μὲν ἐστι τὸ θεῖον φῶς, σκότος δὲ ἡ ἀνεπιστήμων ψυχή. Διὸ τοῦτο [1] μόνη μὲν διαπωμένη, πρὸς τὴν ὕλην νεύει κάτω, συναπθνήσκουσι τῇ σαρκί. συζυγίαν δὲ κεκτημένη τὴν [2] θείαν πνεύματος, ἐκ ἔστιν ἀδοήθητος. ἀνέρχεται δὲ πρὸς ἄπερ αὐτὴν ἀθηγεῖται χωρεῖα τὸ πνεῦμα. [2] τοῦ μὲν γὰρ ἐστιν ἄνω τὸ οἰκητήριον. τὸ δὲ κατωθέν ἐστιν ἡ γένεσις. γέγονε μὲν ἐν σωτηρίαυτον ἀρχῆθεν τὸ πνεῦμα τῇ ψυχῇ· τὸ δὲ πνεῦμα πωτὲ [2] ἐπεδὲ μὲν βλομένην αὐτῷ κατελέλοιπεν. ἡ δὲ ὥσπερ ἔναυσμα τῆς δυνάμεως αὐτοῦ κεκτημένη, ἐν διὰ τὸ χωρισμὸν τε τέλεια καθορᾶν μὴ δυναμένη, ζητοῦσα τὸν Θεὸν, κατὰ πλάνην πολλοὺς θεοὺς ἀνεύρατο, τοῖς [3] ἀντιδοφιτεύουσι δαίμοσι †κατακολουθήσασα. πνεῦμα δὲ τοῦ Θεοῦ πᾶσι μὲν οὐκ ἔστι· [4] πᾶσι δέ τισι τοῖς

tem sermo Dei lux divina, & anima imperita tenebræ. Quare cum sola degit, deorsum ad materiam vergit, carni commoriens: Spiritui autem divino conjuncta, non caret auxilio, verum ascendit illuc quò deducitur à Spiritu: hujus enim sedes est sublimis, at illius generatio infernè. Et factus est quidem ab initio Spiritus animæ familiaris, sed cum non vellet Spiritum sequi, ab eo deserta est. Adhuc igitur reliquias & fomitem quendam spiritualis virtutis sibi retinens, sed propter ejus separationem, quæ perfecta sunt, perspicere non sufficiens, inquirendo Deum, multos errore ducta Deos confinxit, adversariorum dæmonum fraudes sequuta. Porrò Spiritus Dei non omnibus contigit, sed apud nonnullos qui

2 τὸν *Gall.* 2. a ἐστιθὲν *Tigur. Gall.* 2. *Æton.* b Deest *Tigur.* * πιστὴ *Tigur.* sed in marg. τέλεια. τελειωτὰς *Gall.* 2. † καθικολουθῆσα *al.*

1 μόνη] Respicit Tatianus illud *Gen.* c. 2. v. 18. Οὐ καλὸν, ἔφην ἐγὼ ἄνθρωπον μόνον· ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθὸν κατ' αὐτόν. Anima Spiritûs seu Λόγου consortio destituta, adeóque nec habens quod ipsam erigat, deorsum vergit in ὕλην. post reparatam autem cum Spiritu συζυγίαν, sive *conjugium*, haud amplius manet ἀδοήθητος.

2 θείᾳ πνεύματος] Eundem Spiritum Tatianus infrà §. 34. vocat πνεῦμα τέλειον. Isto autem Spiritu primum hominem indutum & ornatum esse disertè asserit, inter alios Platonicos, Philo, lib. de Mundi Opificio. p. 33. πολλῶν μύστης εἰς αὐτὸν ἐν θείᾳ πνεύματος, πάντα τὸ λόγιον τὸ σεμνὸν ἐπαισθόμενος ἐν ἀρίστοις ἐν παντὸς ἐν βασιλέως. *Plenus largissimo Spiritu divino, omnia tum dicere tum facere studebat ad placitum patris regisque sui.*

3 ἀντιδοφιτεύουσι] Sic suprà memorat δαιμόνων ἀντισοφιστεύματα. §. 21.

4 πᾶσι δέ τισι] Gemina istis profert Justinus Paræneſi ad Græcos. p. 9. Οὔτε γὰρ φύσει, ὅτε ἀνθρωπίνη ἰσχὺς ἐστὶν μεγάλα

qui juſtè vivebant divertens,& animam complectens, per prædictiones cæteris animabus ſecreta revelabat: quæ quidem obediendo ſapientiæ,cognatum ipſæ ſibi ſpiritum attrahebant: vel non obediendo, & miniſtrum Dei pro nobis paſſi ſpernendo, impugnare Deum potius quam venerari ſe declarabant.

XXIII. Tales vos etiam, ô Græci, verbis quidem diſerti, ſed mente abſurdi, multos principes quàm unum maluiſtis, utpote robuſtos dæ-

1 [b] δικαίοις" πολιθρυμμένοις καὶ ζυγόμενον, ἓ * συμπαλεκόμενον τῇ ψυχῇ, [2] Δι᾽ οὗ προφητεύσεων τὰ λοιπὰς ψυχὰς τὸ κεκρυμμένον ἀνήγγελε. καὶ αἱ μὲν πειθόμεναι σοφίαι, σοφίαν αὐταῖς ἐφέλκονται πνεῦμα συγγενές· αἱ δὲ μὴ πειθόμεναι, καὶ τὸ Δόγιον [3] ὃ παρέδοτες Θεὸν παραιτούμεναι, θεομαχοῦμαι μᾶλλον, ἢ παρθεοσεβεῖς ἀνεφάνησαν. Τοιοῦτοί τινες ἐστὲ καὶ ὑμεῖς, ὦ Ἕλληνες, ῥήμασι μὲν εὐμίλητοι, γνώμην δὲ ἔχοντες ἀλλόκοτον, ὃ τλῶ [4] πολυκρατείαν μᾶλλον, ἢ περὶ τὸ μοναρχίαν [c] ἐζητηκήσατε, καθάπερ ἰσχυροῖς ναμίζοντες δίκαι-

b δικαίως lectum vult Geſnerus; quam lectionem probat *Fronto Ducæus*. * περιπλεκόμενον al. c ἐζητήκατε Tigur. Æton.

μοσι δὲ θεῖα γινώσκειν ἀνθρώποις δυνατὸν, ἀλλὰ τῇ ἄνωθεν ἐπὶ τοὺς ἁγίους ἀνδρας πλουσιακαῖτε κατεπεμφθὲν δωρεᾷ. οἷς ἂ λόγων ἐδέησε τέχνης, ἀδὲ ἓ ἐρεσιακῆς π ἓ φιλονείκως εἶπεν, ἀλλὰ καθαρὸς ἑαυτὸς τῇ ἓ θείᾳ προθυμίᾳ παρασχεῖν ἐπιτηδείᾳ, ἵν᾽ αὐτὸ τὸ θεῖον ἐξ ἁπάντων καθ᾽ ὧν πλήκτρου, ὥσπερ ὀργάνου κιθάρας τινὸς ἢ λύρας, τοῖς δικαίοις ἀνδράσι ᾄδῃ μόνον, πλὴ ἓ θείων ἡμῖν ἓ ἀρετῶν ἀπαγγελίᾳ γνῶσιν. *Neque enim vel naturâ vel ingenio humano res tam ſublimes & divinas hominibus cognitione aſequi eſt poſſibile: ſed eo quod tum cœlitus in viros ſanctos deſcendit, gratuito opus eſt dono. Quâ viri nihil indiguere arte dicendi, neque eis opus fuit ut quidquam rixæ conventioniſve agerent cupiditate: ſed ut tantummodo puros ſeipſos divini Spiritûs operationi præberent; atque ita divinum è cœlo plectrum deſcendens, quaſi inſtrumento quopiam citharæ alicujus vel lyræ viris juſtis uens, divinarum nobis & cæleſtium rerum cognitionem revelaret.*

1 δικαίοις] His ſimilia dicuntur circa medium portionis 35. *Geſner.*

2 Δι᾽ οὗ προφητεύσεων] Spiritus, cui prophetiæ donum tribuit Tatianus, non eſt Λόγος ipſe, ſed Spiritus S. propriè ſic dictus, qui D. Petro *Spiritus Chriſti*, auctori vero noſtro *Chriſti miniſter* dicitur. Eundem mox σοφίαν vocat, quomodo & Irenæus l. IV. c. 37.

3 τὸ παραδόντος] Vides ut hic Tatianus Chriſtum diſertè θεολογῇ. Sic infrà §. 35. Οὐ μεμφόμεθα, ἄνδρες Ἕλληνες, ὅτι λόγῳ ἀπαγγέλλομεν, θεὸν ἀνθρώπῳ μορφῇ χαριζόμενον κηρύσσομεν.

4 πολυκρατείαν] Id eſt, Deorum multitudinem. Alludit ad carmen Homericum Iliad. B. v. 204.

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκραιρίη· εἷς κοίρανος ἔστω,

quod & Ariſtoteles ad unitatem Dei confirmandam uſurpavit. Dæmones non tam fortitudine & robore, quod Græci putabant, quàm audacia valere latronum exemplo docet. *Geſner.* Conſer Juſtinum Paræneſi ad Græcos. p. 17.

1 ψυχὰς

μοσι καταχωλεθεῖν. ὥσπερ γὰρ ὁ λῃστεύων, ἀπάνθρωπος ὢν, διὰ τόλμης τὸ ὁμοίων ὑπερκρατεῖν ἐώθει, ὕτω καὶ οἱ δαίμονες εἰς πολλὴν κακίαν ἐξοκείλαντες, τὰς [d] μεμορωμένας παρ' ὑμῖν ψυχὰς, δι' ἀγνοιῶν καὶ φαντασιῶν ἐξηπάτηκασιν. οἱ θνήσκειν μὲν ῥᾳδίως, οὐκέτι γὰρ ἀμοιρῆσι· ζῶντες δὲ θανάτῳ πεπαίδευσιν ὑπομενεῖν πάθεσι, τοσαυτάκις καὶ αὐτοὶ θνήσκοντες, ὁσάκις ἂν τὰς ἐπομένους αὐτοῖς τὰς ἁμαρτίας [e] ἐκπαιδεύσωσιν. ὃ δὲ ὑπὲρ ἐστὶν αὐτοῖς περιττὸν ἐν τῷ νεκρῷ, μὴ ὁμοίως τοῖς ἀνθρώποις ἀποθνήσκειν, τοῦθ' ὑπὲρ ἂν μέλλωσι κολάζεσθαι παρὰν αὐτοῖς, ἀμοιβὲς ἀϊδίου ζωῆς, ἀντὶ θανάτου τὸ ἀθανάτῳ μεταλαμβάνοντες.

καθάπερ δὲ ἡμεῖς, οἷς τὸ θνήσκειν [f] ῥᾳδίως ἀποβαίνει νεκρῷ, εἰσωθοῦμεν μὴ ἀποπλανήσεως ἢ τὸ αθάνατον, ἢ τὸ λυπηρὸν μὴ * ἀθανασίης πεσεῖν μέλλομεν· ὕτω καὶ οἱ δαίμονες τὴν νεκρῷ ζωὴν πρὸς τὸ παλιμμελεῖν καὶ ἀκρώμωμοι διὰ παντὸς ἢ διὰ τέλους ἀποθνήσκοντες, εἰσαῦθις ἔσονται [g] τὴν ἀθανασίαν ὁμοίαν τοῦ παρόντος ἔζωσι χρόνου· [h] κατὰ δὲ τὴν σύστασιν ὁμοίαν ἀνθρώποις τοῖς κατὰ γνώμην διαπεπαιδευμένοις, ἅπερ αὐτοῖς παρ-

mones sequi statuentes. Quemadmodum enim latro, cum humanitatem omnem exuerit, per audaciam similes sibi homines superare solet: sic dæmones quoque nimia improbitate aucti, fatuas animas vestras, erroribus falsisque visis deceperunt. Non facile autem moriuntur isti, cum carnei non sint, sed viventes negotia mortis exercent: toties nimirum & ipsi morientes, quoties illos, quibus præeunt, peccatis imbuerint. Quocirca quod in præsentia peculiare habent, nempe non similiter ut homines mori, id quoque punitionis ipsorum tempore habebunt, neque pro morte commutata immortalitate vita fruentur æterna.

XXIV. Quemadmodum nos autem, quibus nunc facile mors supervenit, futuro sæculo vel immortalitatem cum voluptate, vel tristitiam cum immortalitate assequemur: sic dæmones qui præsenti vita ad peccandum abutuntur, & perpetuò etiam in hac vita moriuntur, eandem in posterum immortalitatem habebunt, similem priori qua cum vivebant, quod ad ejus constitutionem sive essentiam: quod vero punitionem attinet, similem illorum hominum conditioni, qui cum viverent, pro animi

d μεμορωμένας Gall. 1. 2. Æton. genuina lectio; ut ex totâ Orationis serie liquet. e ἐκπαιδεύσωσι Gall. 2. Æton. f ῥᾴδιον Æton. * ἀθανασίας Fronto Duc. Gall. 1. 2. g τὴν αὐτὴν Gall. 1. 2. Æton. h κατὰ μὲν τὴν Gall. 2. Æton.

sui

sui sententia perfecerunt quicquid eis placuisset. Imò consentaneum est hominibus pauciora genera peccatorum enasci, quum vita brevi circumscribantur: dæmonibus autem peccata latius se extendunt, propter longævam ætatem. Cæterum oportet nos id nunc inquirendo repetere, quod olim amisimus, & animam spiritui sancto conjungere, & solicitè procurare conjunctionem cum Deo perficiendam. Atqui hominum anima non est simplex, sed ex multis partibus constat: componitur enim, ut esset ipsa manifesta per corpus. Nam nec ipsa sine corpore posset apparere, neque caro sine anima resurgit. Siquidem homo est, non, ut quidam crocitant, ani-

ὃν ἔζων χρόνον νενομοθετήκασι, μή τι γε ἐπὶ τοῖς μὴ ἀνθρώποις ἐλάττονα τὰ ἁμαρτίας ἐξανθεῖν τὰ εἴδη, ἅτε τὸ μὴ πολυχρόνιον βιῶν, τοῖς δὲ πεφρεμμύοις δαίμοσι, τὸ πολυμελεῖν μειζόνως ἐπεδέδηκε, διὰ τὸ ἄπρον τὸ βίου. χρὴ οὖν λοιπὸν ἡμᾶς ὅπερ ἔχοντες ἀπολωλέκαμεν, τοῦτο πάλιν ἀναζητεῖν, ζεύγνυναί τε τῷ ψυχικῷ τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ, καὶ τὴν κατὰ Θεὸν συζυγίαν πραγματεύεσθαι. [1] ψυχὴ [k] μὲν οὖν ἡ τῶν ἀνθρώπων πολυμερής ἐστι, καὶ οὐ μονομερής. [l] σωθεῖσα γὰρ ἐπιφανῆναι αὐτὴν διὰ σώματος. ὅτε δὲ ἂν αὐτὴ φανείη πότε χωρὶς σώματος, ἵνα ἀνίστατο ἡ σὰρξ χωρὶς ψυχῆς; ἔστι δὲ ἄνθρωπος, οὐχ ὥσπερ [a] κοραικόφωνοι δογματίζουσι, ζῶον λογικόν

i τοῖς ἑπομένοις τοῖς *Tigur. Gall.* 1. τοῖς ἑπομένοις τοῖς *Gall.* 2. *Æton.* k Deest *Æton.* l συνιτὴ Editio Parisi. & *Fronto Ducæus* minus rectè.

1 ψυχὴ μὲν οὖν] Sensum horum verborum haud affecutus videtur Interpres. Dixerat Tatianus, oportere nos id agere ut animæ nostræ conjungantur Spiritui sancto, & solicitè procurare τὴν κατὰ Θεὸν συζυγίαν, unionem cum Deo: subjungit jam, etiam ipsam nostræ animæ naturam hoc postulare; utpote quæ non sit μονομερὴς, seu hujusmodi quæ sola per se totum constituat, & ex seipso sit perfecta: (quo sensu Deus paulo infrà τέλειος dicitur) sed πολυμερὴς, sive una ex pluribus partibus, quæque ad unionem cum aliquo alio suâpte naturâ ferat. Hinc composita est cum corpore; ac seipsam per corpus facit manifestam.

2 οἱ κοραικόφωνοι] Corvorum instar crocitantes: hos ostentatores & amplitudinem vocis affectantes, mox ab initio libri quoque ex Aristophane λαρυγγίζειν dixit, & κοράκων φωνὴν φθέγγεσθαι. Plutarchus Dialogum scripsit, in quo Gryllus Ulyssi persuadere conatur animalibus cunctis rationem ineesse; & alium, quo describuntur duorum juvenum declamationes, utrum animalia terrestria an aquatilia prudentiora sint, scopus autem libri est prudentiam omnibus tribuere. *Gesner.* Quinam fuerint κοραικόφωνοι isti, haud liquet. Sextus Empiricus lib.

λογικὸν, νῦν καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν. δειχθήσεται γὰρ κατ' αὐτοὺς [1] καὶ τὰ ἄλογα, νῦν καὶ ἐπιστήμης δεκτικά· μόνῳ δὲ ἀνθρώπῳ εἰκὼν καὶ ὁμοίωσις ἐστὶ Θεοῦ. λέγω δὲ ἄνθρωπον, οὐχὶ τὸ ὅμοια τοῖς ζώοις πράττοντα, ἀλλὰ τὸ πόρρω μὲν [2] ἀνθρωπότητος, ἐγγὺς αὐτὸν δὲ τοῦ Θεὸν κεχωρηκότα. καὶ ἐκεῖ μὲν τέτακται ἐν τῷ περὶ ζώων ἀκριβέστερον ἡμῖν συντέτακται.

mal rationale, mentis & scientiæ capax. nam bruta quoque secundum ipsos, mentis & scientiæ capacia ostenduntur: solus autem homo imago est & similitudo Dei. Hominem accipio, non qui similiter cæteris animantibus vivat, sed qui longè supra humanam naturam ad ipsum Deum accesserit. Sed hæc in libro de animalibus accuratius explicavi.

κε'. [3] Τὸ δὲ νῦν συνέχον, ῥητέον πόσαπή τις ἐστὶν ἡ κατὰ Θεὸν εἰκὼν καὶ ὁμοίωσις. τὸ μὲν [4] ἀσύγκριτον, ἐδέν ἐστιν ἕτερον ἢ [5] αὐτὸ

XXV. Præsentis verò argumenti est, qualisnam imago & similitudo Deum referat, exponere. Quod igitur incomparabile dicitur, aliud nihil est quam ipsum

lib. II. *Pyrrhoniarum Hypotyposeon.* c. 5. inter varias hominis definitiones à Philosophis factas, & hanc quorundam fuisse dicit, hominem fuisse ζῶον λογικὸν, θνητὸν, νῦν τε ἐπιστήμης δεκτικόν. Certè hanc profert Porphyrius. τὸ μὲν λογικὸν, inquit, καθ' αὐτὸ ὑπάρχει τῇ ἀνθρώπῳ, καὶ τὸ θνητὸν, καὶ τὸ ἐπιστήμης δεκτικόν. Ilagog. cap. 3. Haud absimile verò est, Stoicos hic intelligi; celebres nimirum ob artem quam dixerunt ἐμπεκλώ.

1 καὶ τὰ ἄλογα,] Vide Sextum Empiricum, *Pyrrhon. Hypot.* lib. I. p. 13.

2 ἀνθρωπότητος] Ἀνθρωπότης, est constitutiva seu substantialis forma hominis; non quatenus animal, sed quatenus homo est. Sic autem Platonici vocabant, ut equi formam ἱππότητα, vel pronomen αὐτὸ addebant, ut αὐτοάνθρωπος, αὐτοζῶον, id est, ipsa hominis vel animalis essentia: & αὐτὸ τὸ αὐτὸ Platoni differentiam specificam notat. Is cum aliquando de Ideis dissereret, ac nominaret mensalitatem & cyathitatem (τραπεζότητα & κυαθότητα) equidem ô Plato (inquit Diogenes) mensam & cyathum video, mensalitatem & cyathitatem non video: & ille, rectè, inquit, quibus enim cyathus mensaque conspicitur oculos habes, quo autem mensalitas & cyathitas intelligitur, animum non habes. Ex Laertio. *Gesner.* Imò per ἀνθρωπότητα, non intelligit Tatianus humanam naturam; sed omne illud in homine, quod ipsi juxtà cum reliquis animalibus commune est.

3 Τὸ δὲ νῦν συνέχον,] Transtuli, *quod ad præsens institutum pertinet.* eadem locutione utitur infrà §. 62. *Gesner.*

4 ἀσύγκριτον] Ἀνόμοιον (ad alterius similitudinem haud comparatum) ὑπερέχον. Hesych.

5 αὐτὸ τὸ ὄν.] Summus Deus יהוה ὄντα Θεὸν vocat Theophilus ad Autolyc. lib. II. p. 87. & quidem nomen istud tetragrammaton per ὂν interpretantur Philo, & alii. Platoni sc. τὸ ὂν idem qui Moysi ὁ ὤν. Vide Justin. p. 20.

pſum Ens: quod autem comparatur Enti, aliud eſt præter ipſum, ſed ei ſimile. Cæterum perfectus Deus expers eſt carnis, homo carne conſtat, anima carnis vinculum eſt, & caro per animam continetur. Corpus autem ita conſtitutum, ſi fuerit inſtar templi, libenter à Deo, per ſpiritum ejus legatum, inhabitatur: ſin tale non ſit, ſola voce articulata differt homo à brutis, cætera ſimilis eis quod ad vivendi rationem, non exiſtens ſimilitudo Dei. Porrò dæmones omnes, non car-

τὸ ὄν· τὸ δὲ συγκρινόμενον [1] ὄντι, ἕτερον ἢ αὐτὸ, παρόμοιον δέ". σὰρκος μὲν ἔν ὁ τέλειος Θεὸς, ἄνθρωπος δὲ σὰρξ. [1] δεσμὸς δὲ τ σαρκὸς ψυχὴ, [2] χειλικὴ δὲ ἡ ψυχῆς ἡ σάρξ. τὸ δὲ τοιοῦτον συςάσεως εἶδος, [3] εἰ μὲν ὡς ναὸς ἦ, κατοικεῖν ἐν αὐτῷ βέλτιον Θεῷ· [4] λόγῳ δὲ πρεσβεύοντι πνεύματος. τοιοῦτο δὴ μὴ ὄντος δὲ [5] σαρκώματος, πρόσεχει τὸ ἡμέμον ἄνθρωπος κατὰ τὸ ἔναρθρον φωνεῖν μόνον, τὰ δὲ λοιπὰ τ αὐτοῖς ἐκείνοις διαίτης ἐστὶν, ἐξ ὧν ὁμοίως δὲ Θεοῦ. δαίμονες δὲ πάντες

1 ὅτι (ὁτι Tigur.) ἕτερον ἢ αὐτὸ τὸ παρόμοιον. *Gall.* 1. 2. *Æton.* altera lectio, *Geſneri* e

1 δεσμὸς] Anima quidem vinculum carnis eſt, quia per eam connectuntur & firmantur omnes corporis partes, ut morte laxantur & ſolvuntur. Et corpus è diverſo vinculum animæ vocatur, δέσμος quaſi δεσμὸς, quod libertatem ejus impediat, & æthereum ſpiritûs naturam in terra detineat. Duobus enim modis vincitur aliquid, aut muniendi & defendendi gratia, ut partes aptè cohæreant; aut violenter & contra naturam, veluti ſi quis veſicam aëre turgentem aquæ fundo alliget. *Geſner.*

2 χεικὴ] Geſnerus, omnino contra ſententiam verborum, *Caro per animam continetur.* Id enim vult Tatianus, carnem comprehenſivam animæ eſſe, ſi ita barbarè loqui liceat, ſeu domicilium & habitaculum ipſius. Σχῆμα, περιοχικὴ οἰκείωσις, inquit Heſychius.

3 εἰ μὲν ὡς ναὸς ἦ] Sanctos homines, Chriſtóque verè addictos, Dei templa & eſſe, & vocari, notius eſt quàm ut dicam. Sic Apoſtolus 1 *Cor.* cap. 3. v. 16. alloquitur Corinthios ſuos: Οὐκ οἴδατε, ὅτι ναὸς Θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν; Sic Ignatius in Epiſtola ad Epheſios: §. 9. ἐστε θεοφόροι, καὶ ναοφόροι, χριστοφόροι, ἁγιοφόροι. Sic denique Chriſtus ipſe, Chriſtianos omnes in carmine quodam ſe Hymno Eccleſiæ, ut videtur, temporibus Clementis Alexandrini extant:

Σὺ γὰρ εἶ κιθάρα, καὶ αὐλὸς, ναὸς ἡμῖν.

Protreptico p. 4.

4 λόγῳ δὲ πρεσβεύοντος πνεύματος] hunc ſenſum paulo ſuprà §. 22. voc Spiritum S. λόγιον τοῦ πανσόφου Θεοῦ

5 σαρκώματος,] Σκηνὸς & σκήνωμα Poetæ corpus vocant, quaſi tabernaculum animæ, quo tanquam in peregrinatione aliquantiſper, non tanquam fixa ſede utatur. *Geſner.* corpus vocat, ex phraſi Judæorum γυμνὸς σκήνου Auctori libri Sapientiæ dicitur hominis corpus. c. 9. v. Apoſtolus etiam 2 *Cor.* c. 5. v. 1. ἐπίγειος οἰκίας καὶ σκήνους κ &c. Platonici item paſſim in ſcr ſuis hac phraſi utuntur; à Judæ hanc notionem, inter alias, mutuat

1 σύμπ

ασχιον μεν ὲ κέκτηωαι, πνευμαλικὴ δέ ἐστιν αὐτοῖς ἡ [1] σύμπηξις, ὡς πυρὸς, ὡς ἀέρος. μόνοις [m] ὃ" τοῖς πνεύματι Θεοῦ φρουρουμένοις ὑπισχνοῦνται καὶ τὰ τῶν δαιμόνων ἐστὶ [n] σώματος". τοῖς λοιποῖς δὲ [o] ἑδαμῶς", λέγω δὴ τοῖς ψυχικοῖς. τὸ γὰρ ἐλαττον, καταλῆψιν οὐκ ἰσχύει ποιεῖσθαι δὲ κρεῖττον. Δεῖ τοίνυν γοῦν ἡ τῶν δαιμόνων [2] ὑποστάσις, ἣν ἐχεῖ μετανοίας τόπον. τὰ γὰρ ὕλης καὶ τὰ πονηρίας εἰσὶν [3] ἀπαυγάσματα, ὕλη δὲ τὰ ψυχῆς κατηγορεῖσθαι ἠθέλησεν.

κς'. Καὶ [p] κατὰ τὸ" αὐτεξούσιον οἱ μὲν θανάτου νόμους τοῖς ἀνθρώποις [q] ἐθέσπισαν· οἱ δὲ ἄνθρωποι μὴ πλὴν τὰ ἀθανασίας ἀποβολὴν, [4] θανάτῳ τῷ Δεῖ πίστει

nea, sed spiritali concretione constant, qualis est ignis & aëris: quæ corporum constitutio à solis illis perspici potest, qui spiritu Dei muniuntur, non item à cæteris hominum, quos anima regit. Dignius enim ab indigniore comprehendi non potest: quocirca dæmonum substantia pœnitentiæ locum non habet: materia enim & improbitas in eis relucent: materia autem voluit imperare animæ.

XXVI. Et hi quidem pro arbitrio suo leges mortis hominibus tradiderunt: homines verò post immortalitatem amissam, morte per fidem superavere

m γὰρ al. n σώματα Tigur. Gall. 2. Æton. Fronto Duc. rectius. o ὑδαμῶς Fronto Duc. p τὸ κατὰ τὸ Tigur. Æton.

1 σύμπηξις, ὡς πυρὸς,] Vide suprà, numero 20. Gesner. Ibid. Dæmonas σύμπηξιν ἐξ ὕλης λεπτότητος dixit; ex ὕλῃ sc. tenuiori, qualis est ignis aut aëris. Sic & Methodius, in excerptis libri de Resurrectione, apud Photium Cod. 234. Τὸν γὰρ χοϊκὸν ἀέρα ἐκ καθαροῦ πυρὸς συνεστάθαι σύγκεκριμαι, ἐκ τοῖς ἀγγελικοῖς ἀνάλογον ὑπάρχειν, ἀδύνατον γὰρ ἴσχειν πνεῦμα ἐκ ὕδατος. Quod ex puro aëre & puro igne componitur, & angelicis naturis consubstantiale est, illud non potest habere terræ & aquæ qualitatem.

2 ὑπόστασις τόπον] Phrasin hanc mutuatus est forsan Tatianus ex Epistola ad Hebræos. cap. 12. v. 17.

3 ἀπαυγάσματα] Ἀπαύγασμα est refractio lucis, ut cum solis imago in aqua redditur, sicut ἀνάκλασμα refractio soni. Hic impropriè usurpatur. nulla enim vitii aut materiæ lux est; sed materiæ vim, ex qua constant Dæmones (ut ipsi placet) in voluntatem eorum redundare dicit: Hæc autem materiæ vis est, ut variis mutationibus & vitiis obnoxia sit. Gesner. Apertè hoc loco alludit ad illud Epistolæ ad Hebræos cap. 1. ver. 3. ubi Christus dicitur ἀπαύγασμα paternæ gloriæ. Sicut enim Christus eo nomine planè impeccabilis erat: Sic ex adverso, Dæmones cum sint ὕλης omnisque malitiæ ἀπαυγάσματα, contrà nuò in peccatum feruntur, neque aliud agunt, quàm ut homines in peccatum ac mortem trahant.

4 θανάτῳ] Mori per fidem, est Christum sequi, & à peccatis separari. Plato quoque Philosophicam mortem esse ait, qua sua sponte separetur

verę mortem, & propter pœnitentiam divina vocatio eis donata eſt, juxta hoc dictum: *paulo minus ab Angelis imminuti ſunt.* Cæterum quicunque victus eſt, denuo repudiata conditione mortis vincere poteſt. Quæ verò mortis cauſa & conditio ſit, homines immortalitatis cupidi facile videbunt. Porrò dæmones qui hominibus imperant, non ſunt animæ hominum. Quomodo enim illæ poſt mortem ſeparatæ, efficaces ad agendum eſſent? niſi vivus homo, inſipiens & invalidus dicatur; à morte verò efficaciorem demum vim aſſumere exiſtimetur. Verum

ςεως τ̃ θανατον νενικήκασι, κὴ ἀλλὰ μείζονός κλήσις αὐτοῖς δεδώρηται, κατὰ τ̃ εἰρημενα λόγον * ἐπιδὴ [1] βραχύ τι ὑπὸ ἀγγέλους ἠλαττώθησαν. δυνατὸν δὲ παντὶ τῷ [P] νενικημένῳ, πάλιν νικᾶν, τὸ [2] θανάτῳ τῷ σύσαντι q ὑποταγέντα. [r] τίς δὲ ἡ αἰτία, εὐσύνοπτον ἔχει τοῖς βελτίοσιν ἀνθρώποις τὸ ἀθάνατον. δαίμονες δὲ οἱ τοῖς ἀνθρώποις ἐπιτάττοντες, οὐκ εἰσὶν αἱ τ̃ [3] ἀνθρώπων ψυχαί. πῶς γὰρ ἂν γένοιντο δραστικαὶ, [4] ἐὰν μὴ τὸ [ſ] ἀποθανεῖν χωρὶς; εἰ μὴ [t] ὁ ζῶν ἄνθρωπος μόνον, ἀνόητος [u] δὲ καὶ ἀδύνατος γένοιτο· νεκρὸς δὲ γενόμενον, λοιπὸν δραστικώτερος πρὸς τὸ μεταλαμβάνειν δύναμεως.

in libro de mundo: *Animas igitur Lares, ſive genios & nuncios* (hic dæmones & angelos appellant) *nomine differentes, cæterum unum tute idemque ſubjectum eſſe animadvertens, gravissimam omnis depoſueris, quam ſuperſtitionem vocamus, & reliqua.* Geſner.

2 θανάτῳ τῷ σύσαντι] Leges ſcilicet mortis ipſis à Dæmonibus traditas quas dicit paulo ſuprà Tatianus.

3 ἀνθρώπων ψυχαί.] Animæ hominum defunctorum.

4 κὴ μὴ τὸ ἀποθανεῖν] Animæ nimirum poſt mortem, haud ſuperſunt, ex Tatiani ſententia; ſed cum corpora diſſolvuntur, immortalitate denuo donandæ die judicii. Vide ſuprà §. 21.

* Pſal. 8. ver. 5.

q Lege παραιτυμένῳ. r τίς δὲ ἐστιν αὕτη al. τίς δὲ αὕτη Fronto Duc. ſ ἀποθανεῖν; χωρὶς εἰ μὴ. Gall. 2. omnino rectè. in Editis omnibus, excepto ſolo *Frontonis Ducæi* abſurdè diſtinguitur: quid enim ἀποθανεῖν χωρὶς; * ζῶν μὲν ὁ ἄνθρωπος al. Gall. 1. t ὁ legendum cenſet *Geſnerus.*

ως. ἀλλ' ὅτι τοῦθ' ὅτως ἐστὶν, [1] ὡς ἐν ἄλλοις ἀπεδείξαμεν· καὶ χαλεπὸν οἴεσθαι τὴν ἀθάνατον ὑπὸ τοῦ σώματος μερῶν [2] ἐμποδιζομένην, φρονιμωτέραν, ἐπειδὰν ἀπ' αὐτοῦ μετανάστη, γίνεσθαι. δαίμονες γὰρ τῇ σφῶν κακοηθείᾳ [b] τοῖς ἀνθρώποις ἐκβακχεύοντες, ποικίλαις καὶ ἐψευσμέναις δραματουργίαις τὰς γνώμας αὐτῶν περιτρέπουσι [3] κάτω νενευκυίας, ὅπως μεταρσιοῦσθαι πρὸς τὴν ἐν ἀγγέλοις πορείαν ἐξαδυνατήσωσιν.

κζ'. Αλλ' ὅτι ἡμᾶς τὰ ἐν κόσμῳ ἐλεήσθε· καὶ [c] ἡμῖν" *εὐκατάληπτον" τὸ θεῖον τῆς ἀπαθανατίζουσης τὰς ψυχὰς [c] ἡμῖν" [d] προσελθόντος". Βλέπουσι δὲ καὶ ὑπὸ τῶν [+] ψυχικῶν οἱ δαίμονες, ἐφ' ὅτι τοῖς ἀνθρώποις ἑαυτὸς ἐκείνων δείκνυται, ἵνα τι [e] νομίζωσιν" εἶναί τινες, ἢ καί τι βλάψωσι, καθάπερ πολεμίους φίλοι κατὰ τὸ γνώμιον ὑπάρχοντες, [f] εἰ τοῖς" εἰς αὖθις [g] θρησκείας τοῖς"

neque hoc ita se habet, ut alibi demonstravimus: & durum est opinari, animam immortalem à corpore ejusque membris impeditam, postea demum cum inde migraverit, sagaciorem fieri. Enimvero dæmones pro sua malignitate in homines debacchando, variis & mentitis figmentis ingenia ipsorum deorsum nutantia luxant & labefactant, quò minus ad viam cœlorum erigi queant.

XXVII. Et nos etiam non ignari sumus rerum mundi, & divinitas quoque accedente nobis potentia, quæ nostras animas immortalitate donat, non obscurè percipitur. Verumtamen aliquando videntur dæmones etiam ab istis qui anima reguntur, non spiritu, cum ipsi sponte conspectui se offerunt, vel ut aliquid esse existimentur: vel ut noceant hominibus, utpote inimicis, amicitiam simulantes ex ingenii malignitate, vel ut sui similibus

b τῆς ἀνθρώπους Gall. 1. & 2. in margine. c ὑμῖν Tigur. Æton. ἡμῖν Gesneri conjectura. * ἐστὶ addit Æton. d Deest substantivum, fortè δυνάμεως Gesner. e νομίζωσι Gall. 1. νομίζωσιν Tigur. Æton. Gall. 2. sed in hujus margine νομιδῶσι. νομίζωνται in textum irrepsit ex conjecturâ Gesneri. f εἰ + Tigur. in marg. g Deest Gall. 1, 2. Æton.

1 ὡς ἐν ἄλλοις] Amissum quendam hoc loco Tatianus librum designat, in quo fusius de natura dæmonum se disseruisse testatur.

2 ἐμποδιζομένην] Egregiè Auctor libri Sapientiæ c. 9. ver. 15. Φθαρτὸν σῶμα βαρύνει ψυχὴν, καὶ βρίθει τὸ χῶμα τὸν πολυφρόντιδα. *Corruptibile corpus aggravat animam, & terrenum habitaculum deprimit mentem multa cogitantem.*

3 κάτω νενευκυίας] Sic suprà §. 22. Animam in statu solitario, λόγῳ haud unitam, πρὸς τὴν ὕλην νεύειν κάτω affirmat.

4 ψυχικῶν] Ψυχικὸς vocat, qui non rationem, sed animæ irrationalis sensus, phantasias & appetitus sequuntur. Gesner. Vide §. 25.

1 γνώμην]

similibus conferendi in se cultus occasionem exhibeant. Etenim si possent, cœlum ipsum cum reliquis omnibus à Deo conditis detraherent & subverterent. Nunc cum id efficere nequeant, inferiorem saltem & similem sibi materiam impugnant. Hos vincere qui velit, materiam repudiet. armatus enim thorace cœlestis spiritus, quicquid suum est servare poterit. Atqui fiunt etiam morbi, & tumultus quidam oboriuntur in materia nostra: & eorum causas cum contingunt, dæmones ipsi sibi adscribunt, eodem tempore accedentes quo morbus invadit. Interdum etiam ipsi tempestate vecordiæ suæ habitum corporis concutiunt, qui perculsi verbo virtutis divinæ territi discedunt, & æger sanatur.

XXVIII. Nam de occulta rerum inter se consensione & dissensione, secundum Democri-

1 ὁμοίοις αὐτοῖς πὰς ἀφορμὰς παράχωσιν. εἰ γὰρ δυνατὸν αὐτοῖς, πάντως ἂν καὶ τὸ ἐρεῖνον σὺν ἅπαντα τῇ λοιπῇ ποιήσῃ καθείλκυσεν. νῦν δὲ τοῦτο μὴ περάτωται ἀδαμῶς· ἀδυνατοῦσι γάρ· ὕλῃ δὲ τῇ κάτω, ὡσὸς τὸν ὁμοίαν αὐτοῖς ὕλλω πολεμοῦσι. τότος ἢ νικᾶν ἄν τις θελήσῃ, τὸ ὕλλω παραιτησάσθω. 2 θώρακι γὰρ πνεύματος ἐπουρανίου καθωπλισμένῳ, πᾶν τὸ ἴδιον αὐτοῦ φυλαγμένον σῶσαι δυνατὸς ἔσται. εἰσὶ μὴν ἔν καὶ νόσοι, καὶ τύποις τὸ ἐν ὑμῖν" ὕλης· δαίμονες δὲ αἵτινες τότων τὰς αἰτίας, ἐπειδὰν συμβαίνωσιν, ἑαυτοῖς i προσγράφουσιν", ἅπαντες ὁπότε καταλαμβάνῃ κάματος. ἔστι δὲ ὅτε καὶ αὐτοὶ χειμῶνι τὸ σφῶν ἀβέλτερον κραδαίνουσι τὸ ἔξιν τοῦ σώματος, οἱ λόγῳ θεοῦ δυνάμεως ταπεινωμένοι, δεδίττες ἀπίασι, καὶ ὁ κάμνων θεραπεύεται.

κη'. Περὶ γὰρ τοῦ 3 κατὰ τὸ Δημόκριτον 4 συμπαθειῶν τε καὶ ἀντιπαθῶν,

h In *Gall.* 1. emendatum aliâ manu legitur ὑμῶν. i προσγράφουσιν *Æton.*

1 ὁμοίοις αὐτοῖς] *Similibus sibi*, i. e. improbis hominibus. *Gesner.*

2 θώρακι] Eandem ipsam armaturam præscribit Apostolus, 1 *Thess.* c. 5. v. 8. *Eph.* c. 6. v. 13. &c.

3 κῦ τὸ Δημόκριτον] Democritum *Magicen illustrâsse*; & quidem se ac Pythagoram omnium primos fuisse, qui Occidentalibus mundi partibus Magos consectati fuerint, tradit Plinius, Historiæ Naturalis lib. XXIV. c. 17. & lib. XXX. c. 1. Effectus autem artis hujus admirabiles, ad occultos agendi modos, seu *Sympathiam* & *Antipathiam* referuntur.

4 συμπαθειῶν τε] Id est, discordiis & consensibus rerum mirificè, tanquam ingenito naturæ odio vel amore, in se agentium; ut magnes per sympathiam ferrum attrahit, appositus ei adamas per antipathiam id fieri prohibet: idem adamas non aliter quam hircino

παθήσωμεν, εἰ κ λέγλν ἔχομεν; ἢ τοῦθ', ὅτι κατὰ τ κοινὸν λόγον, [1] Ἀβδηριολόγος ἐστὶν [2] ὁ ἀπὸ τ Ἀβδήρων ἄνθρωπος; ὥσπερ δὲ ὁ τῆ πόλει τ ἐπωνυμίας αὐτῷ, φίλος ὢν Ἡρακλέους ὡς φασιν, ἵππων κατεδρώθη· τρόπῳ

tum, quid diceremus? nonne quod, ut vulgò aiunt, Abderiloquus sit homo genere Abderita? Quemadmodum autem ille à quo civitas cognominata est, Herculis, ut fertur, amicus, ab equis Diomedis devoratus est: sic etiam qui

hircino sanguine frangi perhibetur. Quorum quidem effectuum nullas proferre valemus causas, sed experimentis moti simpliciter ita se habere credimus. Quid autem de his Democritus senserit, nihil meminit Laertius in vita ejus. Plinius eum medicum fuisse testatur, & primum magicam, (quam universam ex antipathiis & sympathiis constitui aiunt) in nostro orbe celebrasse. Permulta etiam passim hujusmodi absurda ejus nomine citat, qualia hæc sunt. lib. XXVIII. cap. 3. *Jungemus illis similima & peregrina æque animalia: priúsque chamæleontem, peculiari volumine dignum existimatum Democrito, ac per singula membra detectatum, non sine magna voluptate nostra, cognitis proditísque mendaciis Græcæ vanitatis.* Et paulo post, *caput ejus & guttur, si roboreis lignis accendantur, imbrium & tonitruum concursus facere*, Democritus narrat; *item jecur in tegulis ustum. Reliqua ad venefícia pertinentia quæ dicit, quanquam falsa existimantes, omittemus, præterquam ubi irrisu coarguendum.* Deinde variis & superstitiosis ex chamæleonte remediis enumeratis, subdit: *Cáuda medicata cedro & myrrha, illigatáque gemino ramo palmæ, percussam aquam discuti, ut quæ intus sint omnia appareant: utinamque eo ramo contactus esset Democritus, quoniam ita loquacitates immodicas promisit inliberi.* Gesner.

Alabandeos in civilium administratione rerum satis acutos esse: at propter non magnum vitium indecentiæ, censeri insipientes quandoque, quod in gymnasio eorum quæ essent statuæ, omnes habitus forent causas agentium; in foro autem discos tenerent, aut quid ejusmodi obirent. Unde Alabandei quoque muncupati & Abderitæ, qui in rebus id genus sæpiuscule peccant. Cælius lectionum antiquarum lib. XXVI. cap. 25. *Gesner.*

Abderitica mens proverbium apud Erasmum; quo denotatur egregius quidam stupor & insania. Sic apud Ciceronem, quod insigniter ineptum, & abhorrens à ratione, dicitur Ἀβδηριτικόν. lib. VII. Ep. ad Atticum, Ep. 7. & in Epistolâ ad Atticum 16. libri 4ti. cum perstringeret Cicero Senatorum urbis Romæ insignem stultitiam; Romam alteram *Abderam* factam esse dicit. *Hic*, inquit, *Abdera, non tacente me.* Nec prætereundum Arnobii illud, lib. V. adversus Gentes; *O Abdera, Abdera, quàm fias mortalibus irridenda, talis si apud te esset fabula.*

2 ὁ ἀπὸ τ Ἀβδήρων] Id est Democritus, quanquam Laërtius Milesium eum fuisse dicit. Abdera Urbs Thraciæ est, quam Diomedis soror condidit, & à se cognominavit. Quidam autumant dici ab Abderito Herculis deliciis, à Diomedis equis dilacerato & humato, cùm pugnaret Hercules cum Diomede; ibique Abderam conditam ab Hercule. De equis Diomedeis plura vide in Palæphato. *Gesner.*

1 Ἀβδηριολόγος] Transtuli Abderiloquus. *Licianus Mathematicus adfirmabat,*

1 Ὀστάνῳ]

qui de mago Oſtane gloriatur, in die conſummationis æterno igni depaſcendus tradetur. Quin & vos ſi ridere pergitis, eadem quæ magi iſti ſupplicia luetis. Quocirca, ὦ Græci, me tanquam è ſublimi clamantem auſcultate, nec irridendo in præconem veritatis dementiam veſtram transferte. Nullus affectus per occultam alterius rei diſſenſionem tollitur, nec inſanus a-

τῷ αὐτῷ καὶ ὁ τὸν μάγον [1] Ὀστάνην καυχώμενον, ἐν ἡμέρᾳ συντελείας πυρὸς αἰωνίου βορᾷ παραδοθήσεται. ἡμεῖς δὲ τὸν γέλωτος λῦσαι μὴ δυνάμενοι, τὸν αὐτὸν [k] ὃν τρόπον καὶ οἱ γόητες πιμπρᾶσι δαπανᾶσθε. διόπερ, ὦ Ἕλληνες, κεκραγότος [2] ὥσπερ ἀπὸ τοῦ μετεώρου καταβάντες μὴ, μηδὲ ὑπερτωθάζοντες τῶν ὑμετέραν ἀλογίαν ὑπὸ τοῦ κήρυκα τῆς ἀληθείας μετάγετε. πάθος ἐκ ἔστι δ' ἀπαθείας ἀποκρύμμον, ἐδὲ ὁ μὴ

k ὥσπερ ἀ *Gall.* 1. *Æton.* quomodo & *Tigur.* in marg. rectè.

1 Ὀστάνην] Idem ſc. Democritus: qui (auctore Laertio) Magos quoſdam & Chaldæos audivit, Xerxe Rege Patri illius præceptores, cum apud eum hoſpitaretur, relinquente, ut etiam refert Herodotus; à quibus & Theologiam & Aſtrologiam didicit, cum adhuc puer eſſet. Vocabantur autem Oſtanæ apud Perſas Magi, Ὀστάνης οἱ Μάγοι τοῖς Πέρσαις ἐκαλοῦντο. quod Scholion in Græci exemplaris margine adſcriptum reperi. (Quod item in Codice Regio priori, & Ætonenſi occurrit.) Xanthus Lydius poſt Zoroaſtren magos plurimos ſibi invicem ſucceſſiſſe ſcribit, Hoſtanas, Aſtrapſycos, Cobrias, ac Pazatas. *Geſner.* Duos certè Oſthanas memorat Plinius lib. XXX. c. 2. unum, qui de Magia primus commentatus, Xerxem regem Perſarum bello, quod is Græciæ intulit, comitatus eſt; hic *ad rabiem, non cviditatem modò ſcientiæ ejus Græcorum populos egit*: alterum, qui Alexandri magni temporibus *non levem auctoritatem addidit profeſſioni.* Ad priorem reſpicere Tertullianum lib. de Anima cap. 57. adnotavit Pamelius, ex eo quod reliqui hoc loco memorati, plerique ante ſecundum Oſthanem vixiſſe deprehendantur. Nec dubium quin de eodem hîc agat Tatianus. De hoc autem Oſthane gloriatus dicitur Democritus, ſive quod ipſum inviſerit, ipſoque in peregrinationibus ſuis familiariter uſus fuerit, ſeu etiam quod Libros ejus de re Magica perlegerit. Certè, præter Diog. Laert. lib. IX. c. 35. teſtis eſt Clemens Strom. lib. I. p. 304. Democritum Babylonem, Perſidem, & Ægyptum adiiſſe; τοῖς τε μάγοις & τοῖς ἐν Περσῶν μογοπόλοις. Quod idem & de Pythagora ibi dictum. Συμπαίζων τῷ μάγῳ, inquit, τῷ Περσῶν ἐξήλωσεν. Ita enim legendum; non quod editi omnes, ἐζήλωσεν. Ita legebat Cyrillus, lib. III. contra Julianum. p. 87. uti conſtat non modò ex prolatis ibidem Clementis verbis, ſed etiam ex ſequentibus Cyrilli, qui Pythagoram appellat Zoroaſtris παιδευτὴν ζηλωτήν.

2 ὥσπερ ἀπὸ τοῦ μετεώρου] Neſcio an reſpiciat Juſtini illud, Apol. I. pag. 5 ἐὰ δὲ & νῦν τις λῦ, τραχεῖῃ φωνῇ ἀκούσεται ἐπὶ τὸ βῆμα ὑψηλὸν ἀναβάς, αἰδέσθητε. Nempe optat Tatianus, ut illum audiant ceu loquentem è loco editiore, quod ſolent Præcones, unde & ſeipſum κήρυκα τῆς ἀληθείας vocat.

1 ὀστάνην]

μηνὼς [1] σκυτίδων ἐξαρτήμασι θεραπεύεται. [2] δαιμόνων εἰσὶν ἐπιφοιτήσεις· ἔστι ὁ νοσῶν, καὶ ὁ λέγων ἐρᾶν, ἔστι ὁ μισῶν, καὶ ὁ βελόμενος ἀμύνεσθαι, τούτους λαμβάνουσι βοηθούς. [l] τρόπος δὲ αὐτοῖς τῆς μηχανῆς ὅτος.

κθ'. Ὥσπερ γὰρ οἱ τῶν γραμμάτων χαρακτῆρες, [m] στίχοι τε οἱ ἀπ' αὐτῶν, ἃ καθ' ἑαυτὰς εἰσι δυνατὰ σημαίνειν τὸ συντεθέμενον, σημεῖα δὲ τῶν ἐννοιῶν σφίσιν ἄνθρωποι δεδημιουργήκασι, πρὸς τὴν τοιαύτην αὐτῶν συνθεσιν γινώσκοντες, ὅπως καὶ ἡ τάξις τῶν γραμμάτων ἔχειν νενομοθέτηται· πρὸς ταυτὸν δὲ καὶ τῶν ῥιζῶν αἱ [n] ποικίλαι, νεύρων τε καὶ ἰσίων * πρὸς ἄλληλα, οὐκ αὐτὴ καθ' ἑαυτὰς δραστικαί τινες εἰσὶ, στοιχείωσις δέ ἐστι τῶν δαιμόνων μοχθηρίας, οἳ πρὸς ἅπερ [o] ἕκαστον αὐτῶν [p] ἰσχύει, μηχανῶσιν. ἐπεὶ δ' ἂν παρέλημμένον τῶν ἀνθρώπων θεάσωνται τὴν αὐτῶν ὑπηρεσίαν, [q] ἐπιλαμβάνονται, σφίσιν αὐ-

liquis curatur amuletis, aut pelliculis appensis. Dæmonum istæ aggressiones sunt: & qui ægrotat, vel amat, vel odit, vel appetit ultionem, istos sibi auxiliatores asciscunt. Utuntur autem dæmones hoc artificii modo.

XXIX. Quemadmodum enim figuræ literarum, & versus qui inde conscribuntur, non per se possunt indicare quod scribitur, sed hæc sibi cogitationum suarum signa homines constituerunt, ex certa ipsorum conjunctione, ita ut ordo literarum definitus est, rem intelligentes: sic etiam variæ radices, & nervorum & ossium adhibitio, non sua natura aliquid efficiunt, sed tanquam elementaris institutio sunt improbitatis dæmonum, qui ad quid singula valere debeant, præscripserunt. Ubi verò usurpari ab hominibus viderint ministerium vel curationem ipsorum, superve-

l τρόπος Tigur. τρόπος Gesneri conjectura. & sic Æton. m στίχοι Æton. n ποικίλαι Tigur. Æton. Fronto Duc. redè. * πρὸς ἄλληλα Fronto Duc. o ἕκαστος Æton. Tigur. sed in marg. ἕκαστον. p ἰσχύει Gall 1.2. Æton. Tigur. in cujus marg ἰσχύ. q καμβάνοντες Gall. 1. ἐπιλαμβάνοντες Gall. 2 Æton. Tigur. ἐπιλαμβάνοντες Gesneri conjectura.

1 σκυτίδων] Σκυτίδας interpretor pelliculas, his enim aut linteis amuleta quædam illigata stulti homines appendunt. *Gesner.*

2 δαιμόνων] Sic infrà numero 31. οἱ νομιζόμενοι Θεοὶ τοῖς πᾶσιν ἐπιφοιτῶντες μέλαιν, &c. Et alibi, ἄστρων ἐπιφοτήσεις vocat *syderum ortus.* Amuleta, phiłtra, & alia magica, impietatis damnat ob malum finem, sæpius enim adul-teriis vel inimicitiis promovendis adhibentur. Non reprehendit hîc medicam artem, sed magiam: quanquam & illa culpanda sit, si materiæ tribuat quod unius Dei est, & ex materiali efficientem causam faciat. Deus enim prima efficiens causa est, ultima verò materiæ connexa non meretur tam nobile nomen. *Gesner.*

niunt, & eos ad ſervitutem ſuam redigunt. Quomodo autem decet adulteriis inſervire? Quomodo item honeſtum eſt hominum inter ſe odia promovere? Aut quo jure inſanorum reſtitutio materiæ, & non Deo tribuitur? Enimverò per dolum abducunt homines à cultu divino, dum herbis & radicibus eos fidem habere moliuntur. Porrò Deus, ſi res hujuſmodi creaſſet, ut earum ope fieret quod hominibus libet, malarum ſanè rerum eſſet opifex. Verùm ipſe nihil non bonum in ſuo genere produxit: dæmonum autem luxuria rebus in mundo inventis ad mala facinora abutitur, & iſtis, non Deo perfecto, idea malitiæ debet adſcribi.

XXX. Quo pacto enim fieret, ut ego vivus quidem mali nihil agerem, me autem de-

τοῖς [1] δουλεύειν τὰς ἀνθρώπους ἀπερχόμενα. πῶς δ' ἂν ἀγαθὸν [1] μοιχείας" ὑπηρετεῖν; πῶς δὲ καὶ ἀπεδαῖον πρὸς τὸ μισεῖν τινας [1] παρεισάγειν" βοηθεῖν; ἢ πῶς ὕλη καλὸν *προσωκείωσεν"; εἰς τὰς μεμηνοτας βοηθᾶν, καὶ μὴ τῷ Θεῷ; [2] τέχνη γὰρ τῆς θεοσεβείας τὰς ἀνθρώπους φαρμακεύσιν, [1] πίαις" αὐτὰς καὶ ῥίζαις πείθειν φαρμακεύοντες. ὁ δὲ Θεὸς εἴπερ αὐτὰ πρὸς τὸ πονηρὸν ἄπερ οἱ ἄνθρωποι βούλονται, κακοσκεύαστ', πονηρῶν ἂν ἦν ποιημάτων δημιουργός. ἐπεὶ αὐτὸς μὲν [3] πᾶν τὸ εὖ πως ἔχον εδημιούργησεν· ἡ δὲ τῶ δαιμόνων ἀσωτία, πᾶς ἐν τῷ κόσμῳ πρὸς τὸ κακοποιὸν ἐχρήσατο, καὶ τὰ τῶν ἐστὶ τῆς κακίας εἶδος, καὶ ἀρχὴ δὲ [u] Θεὸς" [x] πλεῖν".

λ'. Πῶς γὰρ ζῶν μὲν ἠκιστα μοχθηρὸς εἶμι, νεκρὸς δὲ ὄντος μου [4] λείψανον τὸ ἐν ἐμοὶ, μηδὲν ἐμὲ πρατ-

r μοιχείας *Gall.* 1.2. rectè. & ſic *Fronto Duc.* ſ παρεισάγας *Gall.* 2. *Gatakerus annotationibus in M. Antoninum p. 107. legendum monet* προσωκείωσεν, *iterata*, inquit, *litera ſcriptorem minùs cautum fugerat. Fronto Duc.* legit προσωκείωσεν. t πίαις *Gall.* 1. ut & 2. *Tigur.* in marg. *Fronto Duc.* u Deeſt *Gall.* 1.2. *Æton.* x τῆ πλείν *Tigur.*

1 δουλεύειν] Hoc ipſum eſt quod notavit Juſtinus: ὥσπερ λοιπὸν τὸ ἀνθρώπειον γένος ἑαυτοῖς ἐδούλωσαν ἀφ' μυρίων κακῶν. Apol. I. p. 44.

2 τέχνη γὰρ τῆς θεοσεβείας] Idem infrà Sect. 31. τέχνη δὲ τὰς ἀνθρώπους αἰχμαλωτοῦσι. Cyprianus *De Idolorum vanitate*, gemina iſtis habet. *Nec aliud illis*, (Dæmonibus ſc.) *ſtudium eſt quàm à Deo homines avocare, & ad ſuperſtitionem ſuâ ab intellectu veræ religionis avertere; cum ſint ipſi pœnales, quærere ſibi ad pœnam comites, qui à crimen ſuum fecerint errore participes.*

3 πᾶν τὸ εὖ πως ἔχον] Εἶδεν ὁ Θεὸς πάντα ὅσα ἐποίησε· καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν. *Gen.* c. I. v. 31.

4 λείψανον] Magi enim defunctorum oſſibus non rarò ad illicitas ſuas artes abutuntur. Eodem autem argumento probat, nihil ſecundum naturam per iſta effici poſſe, quo ſuperſtitionem aſſeruit animas hominum non eſſe dæmones. Nam ſi vel anima

πεφθάρηται, [1] τὸ μήτε κινούμενον, ἀλλὰ μήτε αἰσθανόμενον, αἰσθητόν τι ἀπεργάσεται; πῶς δὲ ὁ τεθνεὼς οἰκείῳ θανάτῳ, δυνήσεται τοῦς τιμωρίαν τινὸς ἐξυπηρετῆσαι; τοῦτο γὰρ εἰ ὅτως εἴη, πολλῷ μᾶλλον ἀφ' ἑαυτοῦ τὸ οἰκεῖον ἐχθρὸν ἀμυνήσεται. δυνάμενος γὰρ κ ἄλλοις βοηθεῖν, ἔκδηλος πολλῷ μᾶλλον ἑαυτοῦ καταφήσεται. Φαρμακεία δὲ κ πᾶν τὸ ἐν αὐτῇ εἶδος, τ αὐτῆς ἐστιν ὑπὸ τεχνήσεως. εἰ γάρ τις τῷ τ ὕλης θεραπεύεται, πιστεύων αὐτῇ, θεραπευθήσε) μᾶλλον αὐτὸς δυνάμει Θεῦ τοῦ προσανέχων. ὥσπερ γὰρ τὰ δηλητήρια σωθέντ ς εἰσὶν ὑλικαὶ, τ αὐτὸν τρόπον & τὰ ἰώμενα [2] τ αὐτῆς κατασκέσεως ἐστίν.

functo & quiescente reliquiæ mei corporis, nec mobiles amplius, neque sensibiles, quidquam sensui manifestum efficerent? Aut quomodo aliquis morte miserrima mortuus, ad alterius vindictam administrandam suffecerit? Nam si ita se haberet, multo potius suum ipse hostem ulciscereturr: qui enim juvare potest alios, is longè magis sui ipsius foret vindex. Veneficium autem, & omne genus veneficii, eandem rationem habet, & simili dæmonum calliditate conficitur. Etenim si quis materiæ credens per eam curatur; is divinæ potestati animum applicans magis curaretur. Nam sicut venena è materia constant, sic & remedia eorum ex eadem consistunt.

partes corporis tantum post mortem valerent, in vivis corporibus multo amplius valere deberent: quod cùm non fiat, manifestum est falsò quæ dicuntur eis attribui. Si tamen nonnihil aliquando per cadaverum partes aut aliam materiam efficitur, id non facultate naturali, aut effectu in rebus latente (quem *sympathiam* vel *antipathiam* vocant) sed dæmonum dolo contingit. Hæc animadvertant qui etiam hodie magiam defendunt, & ad naturalem scientiam revocant: tanquam duplex sit magia, altera superstitiosa, quæ verbis & characteribus nitatur; altera physica, quæ sine illis, herbas, radices, gemmas, & hujusmodi usurpet. *Gesner.*

sion, hujusmodi aliquid, quale quod à sensu profectum est, perficerent?

2 τ αὐτῆς κατασκέσεως ἐστιν οἱ δὲ] Omnia hîc turbârunt Librarii. Neque ex Editis sanum aliquem sensum elicias. In Editione primâ, aliquanto quàm in Parisiensi hâc nostrâ rectiùs: τ αὐτῆς κατασκέσεώς ἐστιν. ἐ δὲ τῶ φαυλοτέραν ὕλην παραπτώματα, πολλάκις &c. Cæterùm & hæc abeunt à verâ, ipsiusque Tatiani germanâ lectione. Mihi locus ita videtur restituendus: τ αὐτῆς κατασκέσεώς ἐστιν εἴδη, τῶ φαυλοτέραν ὕλην παραπτώματα. Certè vox εἴδος in hâc Oratione haud infrequens. paulo suprà occurrit τ κακίας εἴδος, & φαρμακεία, & πᾶν τὸ σὺν αὐτῇ εἶδος. & §. 24. ἁμαρτίας εἶδη. Hæc ideo Tatiani mens: *Sicut venena ex materia componuntur, in eundem modum & ex materia constant, medicamentorum species, quæ pravam istam materiam morbificam amoliuntur.*

1 τὸ μήτε] Sensum Auctoris nostri haud assecutus est Interpres. Ita, ni fallor, locus iste verti debuit. *Neque motum jam amplius habentes, neque sen-*

consistunt. Qui verò à deteriori materia abhorrent: sæpius enim aliqui melioribus admixtis conantur mederi morbis, illi quoque bonis rebus ad bonum, ut existimant, effectum abutentur. Quippe sicut is qui cum latrone convivatus sit, licet ipse non fuerit latro, tamen propter convivii communionem punitur: ita quoque non malus aliquis, si malo se conjungat, eóque ad bonum, ut putat, effectum abutatur, propter commercium Deo judici pœnas dabit.

XXXI. Cur enim qui administrationi materiæ credit, Deo credere dedignatur? Cur verò non accedis potentiorem Dominum? Sed tu potius te

a οἱ δὲ" τῷ φαυλοτέρᾳ ὕλ
b ὠφελιτούμενοι". πολλάκις
c γὰρ ἀμφ" τ[ὸ] d ὑφ" ἑτέρου τ
1 e καλῶν τινος ἐπιπλοκῆς ἰά
5 θαί τινες ἐπιτηδεύσει, ἓ e τῆς
καλοῖς" ἂν πρὸς τὸ ἀγαθὸν κα
τα χρήσονται. καθάπερ * δὲ τῷ
ληστευσαντι συνδειπνήσας, κἂν μ
ληστὴς αὐτὸς ᾖ, ἀλλ' ὅμως ἀμφ
10 συνεσταθλῶται τιμωρίας μεθ
λαμβάνει· f πρόπω τῷ αὐτῷ ἓ
μὴ κακὸς, τῷ δὲ Φαύλῳ ἀνα
μιγεὶς, g πρὸς τὸ" νομιζόμεν
2 h κακὸν" συγχρησάμενος, ἀμφ
15 τ' εἰς αὐτὸν κοινωνίαν ὑπὸ δ κρ
νοῦντος i τάττον" Θεὸν κολασθήσ
λα', Διὰ τί γὰρ ὁ πιστεύων τ
λης οἰκονομίᾳ, πιστεύῃ δ βάλ
τῷ Θεῷ; τίνος δὲ χάριν δ τ
20 δυναλωτέρῳ προσέρχῃ δεσπότ
θεραπεύῃς δὲ μᾶλλον k αὐτὸν
ὦμεν

a *οἱ δὲ Tigur. Gall.* 2. *Æton. οἱ δὲ Gesneri* conjectura transiit in Edit. Parisiensem. Vide Notas. b *παραπύμενα Tigur. Gall.* 2. *Æton. παραπύμενοι Gall.* 1 & sic in marg. *Gall.* 2. & *Tigur.* c *ᾗ δὲ Gall.* 1. *Æton.* d *ἐφ' ἕτερον Æton.* quod probat *Gesnerus.* e *τῶν καλ* ---- *ζεῖς κακοῖς Tigur. Gall.* 1. 2. rectè, & sic *Fronto Duc.* vide Notas. * *ὁ τῷ Fronto Duc.* f *πρόπω δὲ αὐτῷ ᾗ μὴ Æton. πρόπω τῷ αὐτῷ ὁ μὴ Gall.* 1. 2. g *πρὸς τὸν Tigur Gall.* 1. 2. *Æton.* h *κακὸν al. Fronto Duc.* atque ita legendum. Vide Notas. i Deest *Gall.* 1. *Æton.* k *σαυτὸν* legendum conjicit *Gesnerus. σαυτὸν. Fronto Duc.*

1 *καλῶν τινὸς*] Editio Tigurina, *κακῶν τινος.* omnino rectè. Lectio enim altera sensum auctoris nostri planè confundit. Id nempe sibi vult Tatianus; sæpe quidem contingere, ut nonnulli mederi aliis studeant ope pravorum istorum Magorum, quibuscum iis mutua fortè intercesserit familiaritas, adeóque & malis ad bonum finem utantur. talibus idem evenire dicit, quod convivanti cum latrone, qui licet innoxius ipse, propter commercium tamen cum latrone, pœnas judici daturus est.

2 *κακὸν*] Codex alter *Frisii* male rectè. postulat sensus, & verborum antithesis. dixerat enim paulo ante *τὸ ἀγαθὸν κατα χρήσονται.* Huc autem redit sensus verborum; hominem eo liàs haud malum, cui commercium cum malis, utcunque boni alicujus obtinendi gratia institutum, eo nomine à Deo puniendum fore.

1 *κακῶν*

ὥσπερ ὁ μὲν [1] κύων Δᾲ πόας, [2] ὁ δὲ ἔλαφος δι' ἰχίδνης, ὁ δὲ [3] σὺς Δᾲ τ῀ ὑπὸ ποταμοῖς καρκίνων, ὁ δὲ [4] λέων Δᾲ τ῀ πιθήκων. τί δέ μοι θεοποιεῖς τὰ ἐν κόσμῳ; τί δὲ θεραπεύων τ῀ παλησίον εὐεργέτης [l] ἀποκαλεῖ', λόγῳ δυνάμει [m] καταγνωσθήσ''; ἀ θεραπεύουσι δαίμονες, τέχνῃ δὲ τὰς ἀνθρώπους αἰχμαλωτεύουσι. ἓ ὁ [5] θαυμασιώτατος [6] Ἰωσῖνος ὀρθῶς ἐξεφώνησεν, ἐοικέναι τὰς προσημιμένας λησταῖς. ὥσπερ γὰρ ἐκείνοις ἔθος ἐστὶ ζωγρεῖν τινας, εἶτα τὰς αὐτὰς [n] μισθῷ'' τοῖς οἰκείοις [o] ἀποκαθιστᾶν''· ἕτω κἀ οἱ νομιζόμενοι θεοὶ τοῖς τινῶν [7] ἐπιπορθοῦσι τὰ τῶν ἀνθρώπων ἀποδιδόασι. ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἐπιτιμᾶν ἄξιον, ἀλλ' οὐ θεραπεύειν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις ἐστὶ τοῖς ἐπιτιμᾶν ἄξιον, ἀλλ' οὐ θεραπεύειν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις ἐστὶ τοῖς

ipsum medicaris, ut canis gramine, viperâ cervus, sus cancris fluviatilibus, leo denique simiarum cibo, sibi medentur. Cur quæso res in mundo conditas divinis honoribus afficis? Cur tute alium curans beneficum te nominari pateris, si verbi potentiam, & Deum auctorem sequeris? Non sanant dæmones, sed dolo capiunt homines: & rectè Justinus ille maximâ dignus admiratione, dæmones latronibus esse similes edocuit. Siquidem ut illi vivos aliquos capere solent, deinde pacta mercede familiaribus eos restituere: sic etiam qui à vobis existimantur Dii, quorundam

l ἀποκαῖ Gall. 1. 2. Æton. rectè. m καταγνωσθήσον Gall. 1. lectionem genuinam esse arbitror; sententiam autem sic distingui debere: τί δέ μοι θεοποιεῖς τὰ ἐν κόσμῳ; τί δὲ θεραπεύων τὸν πλησίον, εὐεργέτης ἀποκαῖ; λόγῳ δυνάμει καταγνωσθήσον. Fronto Duc. & Tigur. in marg. καταγνωσθήσας. n μισθοῦ Gall. 2. sed in marg. μισθῷ. quomodo Tigur. Æton Et hæc est vera lectio. μισθῷ quod habet Editio Paris. arreptum est ex al. in marg. Tigurina. o Ἀποσῶν Gall. 2. Æton.

1 κύων] Plinius lib. XXV. cap. 8. *Invenerunt & canes canariam, quæ fastidium deducunt, eámque in nostrò conspectu manducant, sed ita ut nunquam intelligatur quæ sit: etenim depasta cernitur.* &c. Gesner.

2 ὁ δὲ ἔλαφος δι' ἰχίδνης] Mirifico quodam naturæ munere cervus Serpentem spiritu suo latibulo extractum devorat, teste Æliano. Hist. Animal. lib. II. c. 9. & lib. VIII. cap. 2. Confer. Plin. lib. VIII. §. 50. & lib. XXVIII. §. 42.

3 σὺς] Plinius lib. XXXII. cap. 19. dicit sues percussas cancrorum pabulo sibi mederi. Plutarch. Quæst. Natural. οἱ δὲ ὗες ἐπὶ τὰς πολεμίους καρκίνους· βοηθοῦσι γὰρ, ἐδίδοσαν ὡς κεφαλαλγίαν.

4 λέων Δᾲ] Vide Ælianum, Variæ Hist. lib. I. c. 9. ubi leoni φάρμακον τ῀ νόσου dicit βρωθῆναι πίθηκον. Et Tertullianum lib. de Anima. cap. 24.

5 θαυμασιώτατος] Citantur hæc verba apud Eusebium Ecclesiasticæ Historiæ lib. IV. cap. 16. Ruffino Interprete, ubi perperam *prosecutus est* legitur, pro *prolocutus est*. Gesner.

6 Ἰωσῖνος] Desumta ista arbitror ex Justini Oratione contra Græcos deperditâ, in quâ disseruisse ipsum de natura Dæmonum testantur Eusebius Hist. Eccl. lib. IV. c. 18. Photius in Biblioth. Cod. 125. Hieronymus in Catal. ut & Suidas, voce Ἰωσῖνος. ubi pro περὶ τ῀ φυγῆς τ῀ δαιμόνων, legendum περὶ τ῀ φύσεως τ῀ δαιμόνων.

7 ἐπιφοιτῶντες] Huic loco forsan alludit S. Cyprianus lib. *De Idolorum*

quorundam membris hominum se insinuantes, deinde per somnum suam in illis gloriam fabricantes, in publicum prodire jubent, & in conspectu omnium, postquam desideratis ex mundo rebus se expleverunt, ab ægris avolant, & morbum suo dolo productum obliterantes, pristinæ valetudini homines reddunt.

XXXII. Cæterum vos cum non possitis ingenio vestro hæc intelligere, discite ab intelligentibus: utcunque mortis contemptum, & animi tranquillitatem nihil extra se suámque sortem desiderantis exercere vos gloriemini. Atqui tantum ab hoc studio philosophi vestri absunt, ut nonnulli sexcentos in annum aureos ab Imperatore Romano ad nullum utilem finem accipiant,

φοιτῶντες μέλεσιν, ἔπειτα δ' ὀνείρων τ εἰς αὐτὸς πραγματεύμενοι δόξαν, δημοσίᾳ τι τὸς πολίτας ποιῆσαι κελεύσαντες, πάντων ὁρώντων, ἐπειδὰν τ ἐγκοσμίων ἀπολαύσωσιν, p ἀποπάμενοι τῶν καμόντων, [1] λῦ ἐπαγματεύσαντο νόσον ποιησάμενοι, τὸς ἀνθρώπους [2] εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκαθιστῶσιν.

λϚ. Ὑμεῖς δὲ τούτων οὐκ ἔχοντες τ κατάληψιν, παρ' ἡμῶν τ εἰδότων ἐκπαιδεύεσθε, λέγοντες θανάτου καταφρονεῖν, καὶ τῷ αὐτάρκειαν ἀσκεῖν. οἱ γὰρ παρ' ὑμῖν φιλόσοφοι τοσοῦτον q ἀποδεύουσι τ ἀσκήσεως, ὥστε οὐδὲ τὴν Ῥωμαίων βασιλέως ἐπισίας χρυσοῦς ἑξακοσίους λαμβάνειν τινὰς εἰς οὐδὲν χρήσιμον, ὅπως [3] μηδὲ

p ἀποσάμενοι conjectura *Gesneri*. q ἀποδέουσι *Gall.* 2. suprà lineam, quod probat *Gesnerus*.

rum vanitate, de Dæmonibus loquens. *Vitam turbant, somnos inquietant. Irrepentes etiam in corporibus occultè mentes torrent, membra distorquent, valetudinem frangunt, morbos lacessunt: ut ad cultum sui cogant; ut nidore altarium, & rogis pecorum saginati, remissis quæ constrinxerant, curasse videantur.*

1 λῦ ἐπαγματεύσ] Cyprianus loco suprà citato. *Hæc est de illis medela, cum illorum cessat injuria.* Tertullianus item Apologetici cap. 22. *Læduntenim primo, dehinc remedia præcipiunt ad miraculum nova, sive contraria, post quæ desinunt lædere, & curasse creduntur.*

2 εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκαθιστῶσιν] Eadem phrasi utitur Tatianus suprà §. 10.

3 μηδὲ τὸ ἡδύοσμον δωρεῖν] Erasmus in Chiliadibus, *Tragicæ similæ* proverbium convenire scribit in eos, qui barba pallioque philosophos se profitentur, cum cætera cultui non respondeant. Hinc & Plutarchus: *Neque enim alere barbam, aut gestare vile pallium, philosophum facit, neque lineis vestiri ipsum.* Facetissima aliquot Epigrammata in Philosophos, præcipuè Cynicos, barbam nutrientes, habentur Anthologiæ Planudis lib. II. Sect. 52. *Gesner.*

1 Κείται

τὴν r γῆρεων" δωρεὰν ſ καθ' ἡμῶν" αὐτῶν ἔχωσι. t Κρίσκης οὖν ὁ u ἐνεστ|εύσας" τῇ x μεγάλῃ πόλει, y παιδερασ|τίᾳ" μὴ z πάντας" ἐφερήνεγκεν, φιλαργυρίᾳ δὲ πάνυ σφοδρᾷ χρησάμενος. a Θανάτου δὲ ὁ b καθαφρονῶν", ὅτως c αὐτὸν" ἐδεδίει d τὸν θάνατον, ὡς καὶ e ἰδίῳ

ne ſcilicet vel barbam gratis prolixam alant. Creſcens denique ille Megalopoli nidulatus, maximè omnium puerorum inceſto amori deditus, & pecuniæ ſtudio addictiſſimus erat: mortem verò cum deſpicere videretur, ipſam adeo reformidabat, ut Juſtinum

r γήρει *Tigur. Æton.* ſ καθ' ἡμῶν *Gall.* 2. t Sic *Tigur. Æton. Fronto Duc. Euſeb.* ἐνεστευσας *Gall.* 1. u παιδερασία *Gall.* 1. 2. *Euſeb.* x πάντων *Æton.* z καθαφρονῶν συμβιωτῶν Euſebius Hiſt. Eccleſ. lib. IV. c. 16. paraphraſis, potius quam Tatiani genuina lectio. quam tamen recipit *Fronto Duc.* a αὐτὸς *Euſeb.* minus rectè.

1 Κρίσκης] Hæc etiam citantur lib. IV. cap. 16. Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Euſebii. *Geſner.* Idem Euſebius in Chronico, Hieronymo interprete, Olymp. 232. anno 2. *Creſcens Cynicus agnoſcitur, qui Juſtino noſtri dogmatis Philoſopho, quia ſe guloſum & prævaricatorem Philoſophiæ coarguebat, perſecutionem ſuſcitavit: in quâ ille gloriosè pro Chriſto ſanguinem fudit.* Juſtinus ipſe meminit hujus Creſcentis. Apolog. I. p. 46. Κἀγὼ προσδοκῶ ὑπό τινος τῶν ὁμοιοτρόπων ἐπιβουλεύεσθαι, ἢ ξύλῳ ἐμπαγήναι, καὶ ὑπὸ Κρίσκεντος δὲ φιλοψόφου καὶ φιλοκόμπου. *Ego quidem inſidias & crucis ſupplicium à quopiam expecto, qui aliquo ſit numero, & vel ab ipſo etiam Creſcente Philoſopho, & ſtrepitus populari & arrogantiæ amatore:* Idem exſcripſit Nicephorus, l. III. c. 32. *Fronto Ducæus.*

2 ἐνεστεύσας] Quod Ruffinus transfert *inſtetit obſedit*, non placet: ego Græca metaphora ſervata, reddidi *nidulatus. Geſner.*

3 μεγάλῃ πόλει] Ruffinus (quod & Chriſtophorſonus) apud Euſebium vertit *magnam civitatem*, (quomodo vertendum eſſe hunc locum exiſtimat Fronto.) Ego tanquam proprium Urbis nomen reliqui. eſt autem maxima civitas Arcadiæ, ut Strabo teſtatur lib. VIII. plurimas civitates, propter aſſidua bella, in hanc habitarum confluviſſe ſcribens. Eandem omni genere literarum eruditiſſimus vir Nicolaus Gerbelius in Commentariis ſuis ſupra Græciæ tabulas Nicolai Sophiani, ultimo loco deſcripſit. De Creſcente Cynico vide plura apud Euſebium loco præcitato: ubi multa Juſtini verba ex lib. II. Apologetici ejus leguntur. *Geſner.* Megalopolis apud Ptolemæum, in Arcadia; apud Stephanum in Iberia collocatur. *Fronto Ducæus.* Imò Romam urbem hîc deſignari nullus dubito.

4 παιδερασ|τίᾳ] Imò verò non modò vilem hunc Cynicum, ſed & alios quoſdam magni nominis Philoſophos, vitio iſto infames fuiſſe, notiſſimum eſt.

5 Θανάτου δὲ ὁ καθαφρονῶν] Ruffinus loco Euſebii jam citato vertit, *mortem verò cum cæteris contemnendam ſuaderet*: & nos imitati ſumus. *Geſner.* Verùm Geſneri, ſeu potius Ruffini, interpretationem, à Tatiani mente diſcrepantem, aliquantulum immutatam repræſentavimus.

6 ἰδίῳ κηδεμόνι ἢ ἐμοὶ] Vulgatam lectionem, licèt mendi ſuſpectam, fideliter expreſſimus. Geſnerus ediderat: *ipſe tam malè de ea ſentiebat, ut Juſtinum ſicut & me tanquam extremo malo morti traderet*: quæ videtur ex Ruffino deſcripſiſſe; at Chriſtophorſonus multo rectiùs; *Ipſe eandem ſic eximuit, ut Juſtinum morte tanquam magno malo circumretire*

num ſicut & me, morti tanquam malo tradere conaretur; eò quod ille veritatem prædicans, voluptuoſos & impoſtores Philoſophos argueret. Quoſnam autem Philoſophos niſi vos ſolos, infectari ſolebat? Quod ſi mortem non metuendam dicitis, ſententiæ noſtræ accedite, neque propter inſanam humanæ gloriæ affectationem, ut olim Anaxarchus, moriamini: ſed potius cognoſcendi Dei gratia, mortis eſtote contemptores. Etenim conſtitutio mundi bona eſt, malæ au-

καθάπερ [b] καὶ ἐμὲ, [1] ὃς" κακῶ τῷ θανάτῳ [c] παρελαλεῖν" πραγματεύσασθαι· διότι κηρύττων τὴν ἀλήθειαν [2] λίχνους ⟨ἀπατεώνας⟩ τοὺς φιλοσόφους [d] σωήλεγχεν". [3] τίνας δὲ ἂν καὶ διώξαι τοὺς φιλοσόφων, εἰ μὴ [e] νόμους" ὑμᾶς [f] ἐώθει"; εἰ φατὲ μὴ δεῖν δεδιέναι τὸν θάνατον, κοινωνοῦντες [4] ἡμῶν τοῖς δόγμασι, μὴ διὰ τὸ ἀνθρωπίνου [g] δόξης μανίαν", ὡς [5] Ἀναξάρχου, ἀποθνήσκετε· χάριν δὲ τοῦ Θεοῦ γνώσεως, τοῦ θανάτου καταφρονηταὶ γίνεσθε. κόσμου μὲν καὶ

b μιγάλῳ *Euſeb.* καὶ ἐμὲ, οἷον *al.* καὶ ἐμὲ, ὡς conjectura *Geſneri.* rectè. c παρελαλεῖν *Æton.* d ἐλέγχειν *Euſeb.* e μόνους *Gall.* 1. 2. *Æton. Fronto Duc.* rectè. vide Notas. f ὤου *al.* vide Notas. g δοξομανίαν *Æton.* quomodo legit *Fronto Duc.*

qui diversas dogmatum successiones habetis, discordes nobiscum qui concordes sumus pugnatis. Est qui Deo corpus attribuat, ego nullum: alius mundum indissolubilem, ego solvendum reor: alius per temporum vices incendium expectat, ego semel duntaxat: alius judices Minoem & Rhadamanthum agnoscit, ego ipsum Deum: alius animam solam immortalem fieri persuasus est, ego carnem quoque cum anima. Quid lædimus vos, ὦ Græci? Cur nos qui verbum Dei sequimur, tanquam sceleratissimos odistis?

XLII. Apud nos non invenitur anthropophagia, falsi testes hoc crimine contra nos confícto deprehensi estis. Apud

αν. σεσιώδεις δὲ ἔχοντες τὰ δογμάτων τὰς διαδοχάς, ἀσύμφωνοι πρὸς τοὺς συμφώνους ἑαυτοῖς διαμάχεσθε. [1] σῶμά τι εἶναι λέγ' Θεὸν, ἐγὼ δὲ ἀσώματον· ἄλυτον εἶναι τὸ κόσμου, ἐγὼ δὲ λυόμενον· [2] ἐκπύρωσιν ἀποδαίνειν κατὰ καιρὸς, ἐγὼ δὲ εἰσὶ παρὰ κριτὰς εἶναι Μίνω καὶ Ραδάμανθυν, ἐγὼ δὲ αὐτὸν τὸ Θεόν· ἀπαθανατίζεσθαι μόνῃ τῇ ψυχῇ, ἐγὼ δὲ καὶ τὸ σὺν αὐτῇ σαρκίον. τί βλάπτομεν ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες; τί δὲ τοὺς λόγῳ Θεοῦ καταξιωθέντας, καθάπερ μιαρωτάτους μεμισήκατε;

μβ'. [3] Παρ' ἡμῖν οὐκ ἔστιν [4] ἀνθρωποφαγία, ψευδομάρτυρες, οἱ [h] ὑπὸ δαιμόνων γεγόναπαρ

g Ραδάμανθυν *Tigur. Gall.* 1. 2. *Æton.* rectè. h ὑπαγομένοι *Gall.* 1.

1 σῶμά τι] Hic in margine annotatum erat, hanc opinionem esse Stoicam. Aristoteles & Plato (inquit Laertius) Deum incorporalem definiunt. Vide Plutarchum lib. I. de placitis Philosophorum. *Gesner.* Athenagoras Aristotelem Deum corporeum statuisse ait: mundum item, ex Platonis sententia, indissolubilem esse innuit. Apol. p. 7.

2 ἐκπύρωσιν] Vide Notata ad §. 5.

3 Παρ' ἡμῖν οὐκ ἔστιν ἀνθρωποφαγία] Hoc, inter alia, crimine onerarunt Christianos Ethnici, quod infantem in sacris suis mactarent, ejusque carne & sanguine vescerentur. Notat hoc primus omnium Justinus: Μὴ καὶ ὑμεῖς, inquit, πεπιστεύκατε καὶ ἡμῶν, ὅτι δὴ ἐδιομὶξ ἀνθρώπους; *An vos etiam* (quod Gentiles) *de nobis creditis, homines nos vorare?* Dial. cum Tryph. pag. 227. Vide Apol. II. p. 70. Athenagoram Legat. pro Christianis p. 38. Tertullianum Apol. cap. 7. Insignis est in hanc rem locus Irenæi, quem nobis conservavit Oecumenius, Comment. in 1 Pet. cap. 2. de Sancto & Blandina Martyribus. *Cum*, inquit, *Græci Christianorum Catechumenorum servos apprehendissent, deinde vim inferrent ut ab iis acciperent quid de Christianis discerent; quum hi servi non haberent quomodo vim inferentibus ad gratiam loquerentur, præterquam quod à Dominis audierant, divinam communionem esse corpus & sanguinem Christi, existimantes ipsi quòd vere sanguis & caro esset, hoc respondérunt inquirentibus.*

4 ἀνθρωποφαγία] Anthropophagiæ crimen Christianis intentatum fuisse meminit etiam Theophilus libro tertio. *Gesner.*

1 Πίνω]

παρ' ὑμῖν ἢ ὁ [1]Πέλοψ δεῖπνον τοῖς θεοῖς γένεται, [2]ἢ Ποσειδῶνος ἐρώμενος· ἢ [3]Κρόνος τοὺς υἱοὺς ἀναλίσκει, καὶ ὁ [4]Ζεὺς τὴν Μῆτιν καταπίνει. παύσασθε λόγοις ἀλλοτρίοις [5]θριαμβεύοντες, καθάπερ ὁ [6]κολοιὸς ἐκ ἰδίοις ἐπικοσμούμενοι πτεροῖς. [7]ἑκάστη πόλις ἐᾶν ἀφέληται τὴν ἰδίαν αὐτῆς ἀφ' ὑμῶν λέξιν, ἐξαδυνατήσουσιν ὑμᾶς

pud vos autem Pelops Deorum epulis apponitur, etsi adamatus à Neptuno puer: & Saturnus filios devorat, & Jupiter Metin deglutit. Desinite vos alienis verbis jactare, & sicut graculus Æsopi non propriis pennis ornari. Si unaquæque civitas dictiones proprias vobis auferat, vestra

vos

i ἐπικοσμούμενοι. *Gall.* 1.

1 Πέλοψ] Vide Onomasticum nostrum, Diodorum Siculum lib. V. & Palæphatum de fabulosis narrationibus. Idem Pelops Neptuno amatus videtur, utpote qui curuli certamine, & equestri cursu Oenomaum prius invictum superarit. Est autem equestre certamen in tutela Neptuni, cui & ἵππιος cognomen. *Gesner.*

2 ἢ Ποσειδῶνος ἐρώμενος] Gesnerus ediderat, *& adamatus Neptuno puer*, quasi diversum quendam à Pelope puerum intelligeret: atqui Pelopem ipsum vocat amasium Neptuni. Confirmat hoc Clemens Alexandr. in Admonit. ad Gentes. pag. 21. ἀλλὰ γὰρ οὐδὲ παῖδες ἐπίσχουσι οἱ παρ' ὑμῖν θεοί. ὁ μὲν γὰρ Ὑάκινθος· ὁ δὲ, Υακίνθου· ὁ δὲ, Πέλοπος· ὁ δὲ, Χρυσίππου· ὁ δὲ, Γανυμήδους ἐρῶντες. *Nam nec à pueris quidem Dii vestri absunt: unus quidem Hylam, alius verò Hyacinthum, alius Pelopem, alius Chrysippum, alius autem Ganymedem adamantes.* Pindarus Olympiorum Ode I.

Πέλοπος δ' μεγαλοσθενὴς ἐράσσατο Ποσειδᾶν. *Pelopis, quem præpotens amavit Neptunus.*

Julius Firmicus, *Pelops in deliciis amatoris fuit, & diu prostituti pudoris damna sustinuit.* Philostratus lib. I. Iconum, in Pelope. Ποσειδῶν δ' μειραξιοῦ ἐρᾷ. *Neptunus adolescentulum amat.* Hunc ipsum tamen Pelopem dicit Tatianus Deotum epulis appositum: quòd, ut narrat Hyginus. c. 83. Tantalus Pelopem filium coctum Diis apposuerit, cujus humerum Ceres absumpsit, sed eburneum illi Dii restituerunt. Virgilius I. Georgic.

———*Humeroque Pelops insignis eburno.*

Ovid. VI. Metam.

———*Manibus mox cæsa paternis*
Membra ferunt junxisse Deos.———

Fronto Ducæus. Arnobius lib. IV. adversf. Gentes. Clementem apertè respicit. *Ille Pelopis desideriis flagrat, hic in Chrysippum suspirat ardentius.*

3 Κρόνος] Vide Onomasticum; & Phurnutum. *Gesner.* Item supra p. 33.

4 Ζεὺς τὴν Μῆτιν] Μῆτις, id est, consilium, cùm devorasset Jupiter, tandem Minervam genuit: consultando enim prudentia gignitur. Phurnutus. *Gesner.* Vide Hesiod. Theogon. V. 886. &c.

5 θριαμβεύοντες] Θριαμβεύειν verbum eleganter usurpat pro jactare, & tanquam in triumpho ostentare. Grammatici exponunt, βοᾶν, δημοσιεύειν. *Gesner.*

6 κολοιὸς] Qui proverbialem illum Graculum Æsopicum nescit, quærat in Chiliadibus Erasmi. *Gesner.*

7 ἑκάστη πόλις] Dixit etiam ab initio hujus Orationis, multis barbarorum admixtis vocabulis promiscuam esse linguam Græcam. *Gesner.*

vos sophismata deficient. Dum de Deo inquiritis, quid in vobis lateat ignoratis: & versus cœlum hiantes in foveas delabimini. Labyrinthis similes sunt editiones librorum vestrorum, & qui eos legunt à Danaidum dolio non differunt. Quid mihi tempus dividitis? dicentes, aliam ejus partem præteriisse, aliam instare seu præsentem esse, aliam futuram. Quomodo enim convenit præterito cum futuro vel instante? Imò sicut navigantes, cum navis movetur, præ imperitia sensuum montes currere imaginantur: ita vos quoque non agnoscitis vos transire, tempus autem stare tamdiu, quamdiu ipsum durare architectus voluerit. Cur me dicentem ea quæ meæ religio-

μῖν τὰ σοφίσματα. [1] ζητοῦντες τίς ὁ Θεὸς, [k] τὰ ἐν ὑμῖν ἀγνοεῖτε κεχηνότες * ἢ εἰς ἄβυσσον, [2] κατὰ βαράθρων πίπτετε. [3] Λαβυρίνθοις ἐοίκασιν ὑμῶν τὰ [l] βιβλίων αἱ ἀναθέσεις, οἱ δὲ ἀναγινώσκοντες τῷ πίθῳ τῶν [4] Δαναΐδων. τί μοι μερίζετε τὸν χρόνον; λέγοντες, τὸ μὲν τι εἶναι παρωχημένον αὐτοῦ, τὸ δὲ † ἐνεστὼς, τὸ δὲ μέλλον. πῶς γὰρ δύναται παρελθεῖν ὁ μέλλων, εἰ ἔστιν ὁ ἐνεστώς; ὥσπερ δὲ οἱ ἐμπλέοντες τὰ νεὼς φερομένης, οὕτω δοκοῦσι καὶ τὰ ὄρη τρέχειν· ἕτω καὶ ὑμεῖς ὁ γινώσκετε ὡς παρέχοντας μὲν ὑμᾶς, ἑστῶτα δὲ τὸν αἰῶνα, μέχρις ἂν αὐτὸν ποιῆσαι εἶναι θελήσῃ. καὶ τι γὰρ ἐγκαλῶμαι λέγων τὰ ἐμὰ, τὰ δὲ μὴ

k τινα τὰ ἐν (ὑμῖν Tigur. Æton. Gall. 2. supra lineam) ὑμῖν Gall. 1. 2. * εἰς τὸν ὑμὸν Gall. 1 l βίβλων Gall. 2. † lege ἐνιστὼς.

1 ζητοῦντες τίς ὁ Θεὸς] Quærendum est potius qualis sit Deus, (licèt id etiam difficile dictu sit: Omni enim bono quod dici potest superior est, ὑπερφέρεται, ὑπέρκειται) quàm quid sit. Nam rectè Philo lib. de mundo scribit de Abrahamo: ὁ πρότερον ἀκήκοει, ἢ τεθεωτέρας παιδεῖν φαντασίας, οὐχὶ τὴν οὐσίας (τοῦτο γὰρ ἀμήχανον) ἀλλὰ τὴν ὑπάρξεως αὐτοῦ καὶ τὴν εὐσεβείας. Gesner.

2 κατὰ βαράθρων πίπτετε] Thales cùm domo sydera contemplaturus exiret, in subjectam fossam incidisse fertur, & insuper ab anu domestica his verbis irrisus: *Qua ratione, O Thales, quæ in cœlis sunt comprehensurum te arbitraris, qui ea quæ sunt ante oculos videre non vales?* Gesner Confer Tertullianum lib. II. ad Nationes. cap. 4.

3 Λαβυρίνθοις] De obscuriſſimis Heracliti scriptis, cui inde σκοτεινὸς & σκοτεινὸν cognomen, suprà dictum est. Pythagoras symbolis usus est, ne à quovis intelligeretur. Aristotelis de natura libros acroamata vocant, quòd ab iis solùm qui explicantem audivissent, percipierentur. Nota est ejusdem epistola, quæ rescripsit Alexandro, libros suos (alii Physicos, alii Metaphysicos accipiunt) quamvis editos, tanquam non editos esse, quòd à nemine possent intelligi. Alii etiam plerique de industria in scribendo obscuri fuerunt, & antiquissimi per allegorias tantùm philosophati sunt. Gesner.

4 Δαναΐδων] Vide in Chiliadibus Erasmi proverbium, *Cribro aquam haurire.* Gesner.

1 μερίζετε]

πάντα καταλύειν ἀπεύδετε; μὴ γὰρ οὐκ ὑμεῖς κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον ἡμῖν γεγόνατε, τῆς αὐτῆς τὸ κόσμου διοικήσεως μετειληφότες;

μγ'. Τί φάσκετε σοφίαν εἶναι παρ' ὑμῖν μόνοις, οὐκ ἔχοντες ἄλλον ἥλιον, οὐδ' ἀστέρων ἐπιφοίτησις, καὶ γένεσιν διαφορωτέραν, θανάτου τε αὖ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ἐξαίρετον; ἀρχὴ τῆς φλυαρίας ὑμῖν γεγόνασιν οἱ γραμματικοὶ καὶ οἱ [1] μεριζόντες τὴν σοφίαν, τὴν καθ' ἀλήθειαν σοφίας ἀπεμόρητε. τὰ δὲ ὀνόματα τῶν μερῶν ἀνθρώπινα περιτεθείματε· καὶ τὸ μὲν Θεὸν ἀγνοεῖτε, πολεμοῦντες δὲ ἑαυτοῖς [m] ἀλλήλοις καθαιρεῖτε. καὶ διὰ τοῦτο πάντες οὐθὲν ἐστὲ σοφιζόμενοι μὲν τοὺς λόγους, διαλεγόμενοι δὲ καθάπερ τυφλὸς κωφῷ. [2] τί κατέχετε σκηνὴ τεχνικὰ, τεκταίνειν μὴ γιγνώσκοντες; [3] τί λόγους ἐπαναιρεῖ-

nis sunt accusatis, & omnia mea evertere contenditis? An vos non simili nobis modo nati estis, cum eadem circa vos cœli revolutio vertatur?

XLIII. Siccine sapientiam vobis solis usurpatis, cum non alius apud vos sol splendeat, non alia sydera oriantur, nec peculiaris sit generatio vestra, nec diversam quam cæteri mortales mortem experiamini? Initium nugandi Grammatici præbuerunt, & dum sapientiam partimini, à vera sapientia abstracti estis. Cæterum nomina sapientiæ partium attribuistis hominibus, & cum ignoretis Deum, vos ipsi mutuis contentionibus atteritis. Quocirca omnes nihil estis, & licèt sermones vobis arrogetis, non aliter tamen quàm cæcus cum surdo disseritis. Quorsum tenetis instrumenta fabrilia imperiti fabricandi? Quid usurpatis verba,

m ἀλλήλοις *Gall.* 1. & sic legendum vult *Gesnerus.* quod probat & *Fronto Ducæus.*

1 μεριζόντες τὴν σοφίαν] Loquitur de Philosophiæ divisione, circa quam occupantur Philosophi, aliis aliter dividentibus; aut fortè de ipsa sectarum varietate, quæ à suis auctoribus denominantur, ut Aristotelici, Platonici, Socratici, Epicurei, Theodorei, Zenonii, Pyrrhonii: & hoc argumentum est, illos non divinam, quæ una & simplex est, unique Deo adscribenda; sed humanam sapientiam & hominum inventa secutos. *Gesner.*

2 τί κατέχετε σκηνὴ] Addit epexegesin. Quid effutitis multa verba, & dicendi artes colitis? hæc instrumenta tantùm sunt veræ sapientiæ, quæ non in verbis tantùm, sed rebus & sapienter factis consistit *Gesner.*

3 τί λόγους ἐπαναιρεῖσθε] Appositè satis huic loco convenit Justini Martyris illud, Cohort. ad Græcos. p. 33. Οὐ γὰρ ἐν λόγοις, ἀλλ' ἐν ἔργοις τὰ τῆς ἡμετέρας θεοσεβείας σεσήμασται. *Non enim in dictis sed in factis res nostræ religionis consistunt.* Quem locum fortan respicit & Athenagoras Apologia sua, p. 37. Οὐ

ba, tantum ab operibus diffiti? Nam gloria vobis animum inflat, calamitates dejiciunt. Temerè abutimini habitu: etenim in publico ſuperbiam oſtentatis, eruditionem in angulis occultatis. Hujuſmodi ingenia veſtra cognita reliquimus, nec amplius attingimus ſtudia veſtra, ſed Dei verbum ſectamur.

XLIV. Dic mihi bone vir, cur literis bellum excitas? cur pronuntiationes earum veluti pugno conſtringis, & per balbutiem Atticam in anguſtum redigis, cum te potius pro tuæ linguæ natura loqui

ἀθε, τ̃ ἔργων μακρὰν [n] ἀφεστῶτες"; φυσώμενοι μὲν ἀφ' ὑμῶν δόξης, ἐν δὲ τ̃ῃς συμφοραῖς ταπεινούμενοι. ὧδε λόγον καταχεάθη τοῖς ὀχήμασι· δημοσίᾳ μὲν γὰρ πομπεύετε, τὰς δ' ἰδίας γωνίας [1] ἀποκρύπτετε. τοιούτους ὑμᾶς ὑπονοήσαντες καταλελοίπαμεν, ἃ τ̃ ὑμετέρων ἐκεῖ ψαύομεν, θεῖ δὲ λόγῳ καταχολεθ̃ῆμεν.

μεθ'. Τί δ' ἄνθρωπε, τ̃ γραμμάτων ἐξαρτύεις τ̃ πόλεμον; τὴ δὲ ὡς ἐν [2] πυγμῇ [o] συγκρούεις τὰς ἐκφωνήσεις αὐτῶν ἀφ' τ̃ῶν Ἀθηναίων [3] ψελλισμῶν; δίκαιόν σε λαλεῖν φυσικώτερον. εἰ γὰρ [1] ἀτ-

n ἐφεστῶτες Æton.

Οὐ γὰρ μελέτη λόγων, ἀλλ' ἐπιδείξει τ̃ διδασκαλίας ἔργων τὰ ἡμέτερα. *Non enim in meditatione ſermonis, & ſtructura verborum, ſed in rebus opere declarandis, tanquam doctrina viva, profeſſio noſtra poſita eſt.*

1 ἀποκρύπτετε] Nodus vindice haud indignus. Quomodo enim convenit poſterior hæc ſententiæ pars cum priore? Ego quidem pro ἀποκρύπτετε legendum puto ἀποκηρύττετε. Facit ad conjecturam hanc noſtram, quod ſub Orationis hujus calcem κρύπτειν occurrat pro κηρύττειν. Sic autem clara omnia: Philoſophos nimirum iſtos abuti habitu ſuo; dum ſordido pallio, ceu ſplendoris omnis mundani contemptores, amicti, in publico ſuperbiam oſtentent, & in angulis platearum, ſive locis maximè publicis philoſophentur. Hujuſmodi vanitatem in Phariſæis, Judæorum Philoſophis, notat Dominus noſter *Matth.* c. 6. v. 5. Φιλοῦσιν ἐν τ̃αῖς συναγωγαῖς, κ ἐν γωνίαις τ̃ πλατειῶν ἑστῶτες

o συγκρούεις Æton.

προσεύχεσθαι, ὅπως ἂν φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις. *Amant in Synagogis, & in angulis platearum ſtantes orare, ut videantur ab hominibus.*

2 πυγμῇ συγκρούεις] Vide ſuprà, numero 6. *Geſner.*

3 ψελλισμῶν] Ψελλὸς vocatur, qui literam aliquam aut ſyllabam in pronuntiatione omittit. Athenienſes, quaſi duplex ſigma pronunciare non poſſent, ſemper ejus loco duplex ζ proferebant; & alia multa præter communem dialectum affectabant. Verbum ψελλὸν cùm *balbutire* propriè ſignificet, accipitur etiam pro *nugari* vel *abſurdè loqui*. *Geſner.* Ψελλισμὸς hunc in contractiori, quàm par eſt, adeóque indiſtinctâ vocum pronuntiatione conſtare manifeſtum eſt, ex eo quod ψελλίζοντες hoc loco voces ſuas velut ἐν πυγμῇ συγκρούειν dicantur. Heſychius. Ψελλίζειν, ἀρρήμως λαλεῖν lege, auctore Suida, ἀσήμως. *indiſtinctè, inarticulatè.*

1 ἀτ[illegible]

[1] ἀτλικίζεις, ἐκ ὢν Ἀθήναιος, λέγε μοι τὸ μὴ δωρίζειν τῷ αἰτίᾳ· πῶς τὸ μὺ ξένναι σοι δοκεῖ βαρβαρικώτερον, τὸ δὲ πρὸς τ ὁμιλίαν ἱλαρώτερον. εἰ δὲ σὺ τ ἐκείνων ἀντέχῃ παιδείας, τί μοι δόξας αἱρεμύω δογμάτων. ὧν θέλω ἀμαμάχῃ; [2] πῶς γὰ οὐκ ἄτοπον, τ μὺ λῃςὶω ἀμὰ τὸ ὀπικαταγορέμυον ὄνομα P μὴ" κολάζειν, πρὶν ἢ τὰληθὲς ἐπ' ἀκριβείᾳ καταμαθεῖνειν· ἡμᾶς ὃ [3] προλήμμαλι λοιδορίας ἀνέξεπώω μεμισηκέναι; [4] Διαγόρας Ἀθηναῖος ἰὼ, ἀλλὰ τὸν [5] ἐξορχησάμυον τὸ παρ' Αθηναίοις

deceret? Nam si Athenis non natus Atticissas, dic mihi cur non Doricè loquaris. hoc fortè tibi barbarum videtur, illud verò amœnius in colloquio. Ergo si tu illorum institutioni faves, cur mihi opiniones dogmatum, quibus faveo, deligenti resistis? Nonne absurdum est, cum latro non statim propter nomen ei intentatum puniatur, priusquam rei veritas exquisitè noscatur, nos convitia pati & odium vestrum non examinata causa? Diagoras Athenienſis erat, sed quod mysteria apud Athenienses profanasset, punitus

P ij Æton.

1 ἀτλικίζεις] Atticum sermonem plerique imitabantur, tanquam elegantissimum. hinc ista proverbia, *Attica lepos*, *Attica eloquentia*, *Attica musa*, *Attica bellaria*: quasi quicquid elegans esset, Atticum dici mereretur. *Gesner.*

2 πῶς γὰ] Hæc ad sententiam planè magistri Justini. Καὶ γὰ, inquit, τὰς ἀπεξεμύμυς ἐφ' ὑμῶν πάντων περὶ ἐλεγχθῆναι ἢ πυνθάνετι. ἐφ' ἡμῶν δὲ τὸ ὄνομα ἐς ἔλεγχον λαμβάνετε· *Accusatos à vobis omnibus non prius pœnâ, quàm rei reperiantur, afficitis; de nostris autem (Christianis) nomen ipsum tanquam criminis compertis argumentum arripitis.* Apol. II. p. 54. Vide omnino Athenagoram, p. 3. & Tertull. Apolog. c. 2.

3 προλήμμα] Πρόλημμα per μ simplex suprà exposuimus majestatem; hic verò per duplex μ idem significat quod πρόληψις præsumptio, opinio anticipata, quæ jam animum occupavit, præjudicium: ideo subjungit ἀνεξέτως, id est, non audita nec examinata causa. *Gesner.*

4 Διαγόρας] Hic vocatus est ἄθεος, quòd nullos Deos putaret. Mysteria sic contempsit, ut etiam ea sectantes averteret. Quare ab Athenienſibus pulsus est, qui talentum polliciti sunt iis, qui eum interfecissent. Suidas. Et Cic. lib. I. De Natura Deorum: *Quid Diagoras Atheos qui dictus est, posteáquè Theodorus, nonne aperte Deorum naturam sustulerunt?* Item Val. Max. lib. I. c. 1. *Athenienses Diagoram Philosophum pepulerunt, quia scribere ausus fuerat; primùm ignorasse se an Dii essent; deinde si sint, quales sint.* Vide plura de hoc impio Theodoro apud Laertium lib. II. Amphicrates ait illum damnatum, venenumque bibisse. Meminit ejus Suidas quoque in Theodoro, cognomine Athei: Laertius autem Dei cognomen ei tribuit propter sophisma quoddam. *Gesner.*

5 ἐξορχησάμυον] Ἐξορχεῖσθ Grammatici exponunt fugere, irridere, contumeliis afficere. Erasmus in Proverbio ἐξορχεῖσθ, *id*, inquit, *facere dicuntur, qui fugiunt, & ab eo quod agitur alio*

nitus est: hujus Phrygios libros cum legatis, nos odistis: & cum Leonis commentarios servetis, nostras redargutiones ægrè fertis. Item cum

μυσήρια, τελεσθήκατε & τῆς [1] φρυγίοις αὐτῶ λόγοις [q] ἐντυγχάνοντες, ἡμᾶς μεμισήκατε. [2] Λέοντος κεκλημένου τοῦ ὑπομνήματα, πρὸς τὰς ἀφ' ἡμῶν ἐλέγχους δυσχεραίνετε. καὶ τὰς περὶ

q ἐντυγχάνοντες *Gall.* 1. 2.

aliò se vertunt, sumpta metaphora à saltationibus præsertim sacris, unde substrahere sese inauspicatum erat. &c. Alii hoc verbum interpretantur, enunciare tacenda, & prodere mysteria, cujus rationem vide apud Cælium lib. VIII. Antiquarum lectionum. c. 3. *Gesner.* Certè in posteriori hoc sensu sumendum est vocabulum hoc loco. Sic apud Clementem φιλοσοφίας λόγοι ἐξορχίσασθαι, est philosophiæ rationem *propalare* sive *evulgare*. Strom. lib. I. p. 279. In hoc enim posita erat Diagoræ impietas & ἀθεότης, quòd mysteria sacra Athenienſium in vulgus extulisset. Craterus quidam in Scholiis Aristophanis citatus, dicit quòd μυστήρια πᾶσι διηγεῖτο, χαυοποιῶν αὐτὰ, & τὰς βυλομένους μυεῖσθαι ἀποτρέπων.

1 Φρυγίοις αὐτῶ λόγοις] Clarissimus Vossius de Historicis Græcis lib. IV. cap. 2. Phrygios sermones censet historiam fuisse eorum, quæ ad Cybelen, sive matrem Phrygiam, & ejus sacra pertinerent; atque ab eo fine isto fuisse conscriptam, ut à sacris illius homines averteret. Ad hos ipsos respexit haud dubiè Suidas, cum voce Διάγορας, ait eum scripsisse τοὺς ἀποτυμπανιζομένους λόγους, ἐκπλαγεὶς ἴσχνας τὸ θεῖον δέος. Nempe ἀποτυμπανίζοντες λόγοι ipsi hi libri erant, quos scripsit de sacris Cybeles, quam *turritam*, seu in capite turrim gestantem repræsentabant veteres.

2 Λέοντος] Leonis Alabandensis historici, & Leonis Byzantii discipuli Platonis meminit Suidas, sed nihil ad rem præsentem. Fortè hic Leo fuerit Epicureus, ad cujus uxorem Themistam Epicuri epistolium à Laertio recitatur. Nam Epicureos de Diis malè sensisse constat. *Gesner.* Commentarios ejus *de diis Ægyptiis* intelligit. Leonem enim hujusmodi libri auctorem fuisse tradit Clemens Alexandrinus, Λέων, inquit, ὁ τὰ περὶ τῶν Αἰγυπτίων θεῶν πραγματευσάμενος, πλὴν ἴσως ἐκλιῶν Δημητρικὴν ἐλεεῖσθαι φησιν. Strom. lib. I. pag. 322. Eundem respicit Tertullianus, de Corona Militis c. 7. *Si & Leonis Ægyptii scripta evolvas* &c. Et Hyginus, Poetico Astronomico: *Sed de Anmonis simulachro Leon, qui res Ægyptias conscripsit, ait* &c. Apud Suidam Leonis Byzantii mentio est, & alterius Alabandensis. Et quidem Vossius libro de Historicis Græcis, ait utrumque scripsisse Αἰγυπτιακά. Minus recte, ni fallor. Auctorem Αἰγυπτιακῶν aliquendam fuisse, *Leonem Pellæum* licet, ex Arnobio haud obscurè colligimus. Meminit is Leonis Pellæi lib. IV. adverſ. Gentes. Seque dicit eos quos Gentes appellarunt Deos, homines fuisse facillimè demonstraturum, vel ex testimonio Leontis & similium Auctorum. (inter quos & Diagoram recenset.) Unde satis liquet, Leontem hunc in Αἰγυπτιακοῖς istis tradidisse ea quæ Gentilium superstitionem fallamque de Diis suis opinionem redarguerint. Et quidem ad hunc Leontem respicit Tatianus, dum ait Gentiles haud æquo animo legere scripta Christianorum. Leontis sc. falsorum Numinum ἐλέγχους libenter se legere, Christianorum ἐλέγχους ægro animo ferre.

1 λέγω

κατ' Αἴγυπτον Θεῶν [1] δόξας Απίωνος ἔχοντες παρ' ἑαυτοῖς, ὡς ἀθεωτάτους ἡμᾶς ἐκκηρύττετε. τάφος δ' [2] Ολυμπίου Διὸς καθ' ὑμᾶς δείκνυται, [3] καὶν ψεύδεσθαί τις τὰς Κρῆτας λέγῃ. τὸ πολλῶν Θεῶν ἡ ὁμήγυρις ὀδὲν ἐστι, καὶν ὁ καταφρονῶν αὐτῶν [4] Επίκουρος ἀδαὰχῇ τὰς ἄρχουσας. ὀδὲν κωλύει δὲ Θεὸς καλλίψιν, ἵνα ἔχω πρὸς τί ὅλως, παύτῃ σὸι ἀποκρύπτομαι. τί μοι συμβουλεύεις [5] ψεύδεσθαι τὴν πολιτείαν; τί δ' λέγων

Apionis opiniones de Diis Ægyptiis vobiscum habeatis, nos tanquam impiissimos relegatis. Sepulchrum Olympii Jovis apud vos ostenditur, licèt quidam Cretenses mentiri dicat. Nihil est illa multitudinis Deorum congregatio, licèt contemptor eorum Epicurus faces in Deorum festis principibus præferat. Ego quam de Deo & rerum universitate cognitionem habeo, non diutius celabo. Cur mihi consulis mentiri & dissimulare meum vivendi genus?

1 δόξας Απίωνος] De Apione qui plura cognoscere velit, Suidam, Onomasticum nostrum, & Bibliothecam nostram inspiciat. *Gesner.* Opiniones istæ magnam partem confeciſſe videntur Historiæ Ægyptiacæ; cujus meminit Tatianus infrà §. 59. Plinius lib. 30. Sect. 30. eandem Historiæ hujus partem respicere videtur: *Ægypti magna pars Scarabæos inter numina colit, curiosâ Apionis interpretatione, qui colligat solis operum similitudinem huic animali esse, ad excusandos gentis furiis.*

2 Ολυμπίου] *Olympii Jovis*, inquit Mela, *numen delubrumque in Achaia fuit.* Lactantius refert in Olympo Jovem habitasse, hocque fortassis poëtis figuram dedisse, ut eum Cœli Regem dicerent, quod Olympus ambiguum nomen sit & montis & Cœli. Plura annotavit Julianus Aurelius in Commentario suo de cognominibus Deorum. *Cretiza cum Cretense*, proverbium ab Erasmo in Chiliadibus commemoratur: Cretensium enim vanitas, de Jovis apud se sepulchro, multaque id genus mentientium, in vulgi fabulam abiit. *Gesner.*

3 καὶν ψεύδεσθαί τις] Aut Epimenidem intelligit, cujus versiculus,

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί,

etiam à Paulo Apostolo citatur: aut Callimachum, qui hujus carminis initium usurpavit, Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, in Hymno Jovis, Cretenses vanitatis arguens, quòd jactitarent illius sepulchrum esse apud se, cum is esset immortalis. *Gesner.* Confer Athenagoræ Apol. p. 34. & Theophilum Antiochenum. lib. I. p. 76. & lib. II. p. 82.

4 Επίκουρος ἀδαὰχῇ] Δαδοῦχος est faces præferre, quod fieri solebat in Deorum cæremoniis. Laertius quoque Epicurum in cultu Deorum diligentem fuisse scribit. *Gesner.* Innuit hoc loco Tatianus Epicurum, sicuti & alios Philosophos, coactum solummodo pœnæ metu, populari sententiæ se accommodasse, & hinc numerosam Deorum turbam non manifestè denegasse. Vide Justinum p. 18. & 20. ac Theodoretum *de Curandis Græcorum affectibus*, p. 493. de hoc argumento fusiùs differentes.

5 ψεύδεσθαι] ψεύδεσθαι variis modis Latine reddi potest, mentiri, fallere, fingere: quos item deserit aliquis, eos fallit. Videtur autem denuo Crescen-

nus? Cur tu qui mortis contemptum profiteris, ejus mihi callidè declinandæ auctor es? At ego non cervino sum corde: vestri verò sermonis studia loquacissimum Thersiten imitantur.

XLV. Quî credam dicenti solem esse glebam ignitam, & lunam esse terram? Talia enim dicta, verborum contentio sunt, non veritatis instructio. Quomodo non stultum fuerit fidem habere Herodoti

θανάτου καταφρονεῖν, Δι᾽ τί πίχυης φεύγλν αὐτὸν καλαγγέλλεις; ἐγὼ μὲν οὐκ ἔχω [1] καρδίαν ἐλάφυ· τὰ δὲ τ ὑμετέρων λόγων ὀπτηδεύματε, κατὰ τ ἀμετρεπῆ [2] Θερσίτλω γίνεται.

μέ. Πῶς πειαθήσομαι τῷ λέγονλι [3] μύδρον τ ἥλιον, ϗ τὶν σελλήλω γλῆ; τὰ γὰρ τοιαῦτα λέγων ἐσὶν ἀμιλλα, καὶ ἐκ ἀληθείας Δμωσμησις. ἢ πῶς ἐκ ἠλίθιον [1] πιθέαθαι" τοῖς [4] Ηροδότ[ε] [5] βιβλ-

1 πιθεσθαι *Gall.* 1. 2. rectiùs. quomodo legit & *Fronto Ducæus.*

tem alloqui per apostrophen, de quo similia ferè quod ad mortis contemptum suprà dixit. *Gesner.*

1 καρδίαν ἐλάφυ] Non ita timidus sum, ut præ metu mortis fidei meæ palinodiam canam. Cervum animal esse timidissimum nemo nescit; hinc *cervinus vir* in proverbio. Achilles Agamemnoni Iliad. I. v. 225. convitium facit ad hunc modum:

Οἰνοβαρὲς, κυνὸς ὄμματ᾽ ἔχων, κραδίλν δ᾽ ἐλάφοιο. *Gesner.*

2 Θερσίτλω] Prodigiosa Thersitis deformitas in proverbium abiit: sed de loquacitate ejus ridicula Homer. l. II. Iliados. v. 212. sic scribit:

Θερσίτης δ᾽ ἔτι μοῦνος ἀμετροεπὴς ἐκολῴα,
Ὅς ῥ᾽ ἔπεα φρεσὶν ἦσιν ἄκοσμά τε πολλά τε ἤδει
Μάψ, ἀτὰρ ὲ καθῷ κόσμον, ἐελζέμεναι βασιλεῦσιν,
Ἀλλ᾽ ὅ, τι οἱ εἰσαθ γελοῖον Αργείοισιν Ἐμμεναι. *Gesner.*

3 μύδρον] Μύδρον interpretantur, ferrum ignitum, vel massam candentem. Lycophron aurum sic vocat: hinc μυδροκόπος, *faber ferrarius.* Sotion tradit Anaxagoram à Cleone impietatis accusatum, quòd solem massam candentem, & penitus ignitam dixisset, defensum autem à Pericle discipulo, quinque talentis mulctatum, exilioque damnatum fuisse. Eundem aiunt prædixisse eum, qui circa Ægos fluvium contigit, lapidis lapsum, quem ex sole casurum dixerit; eaque ratione inductum Euripidem ipsius discipulum, solem in Phaethonte fabula auream glebam appellasse. Empedocles quoque solem ait ignis ingentem massam, lunaque majorem, lunamque disci habere similitudinem: Cœlum ipsum crystalli obtinere speciem, & animam, & omnigenûm animalium atque arborum species indui. Zeno Stoicus solem esse dicebat purissimum ignem, Lunam verò plus habere de terra, quæ illi propior sit. Hæc ex Laertio. Diversas de substantia solis opiniones vide apud Plutarchum de placitis Philosophorum, lib. II. c. 20. & c. 25. *Heraclitus*, inquit, *Lunam existimavit terram esse caligine involutam.* Gesner. Vide Menag. in Laertium. 2. 8.

4 Ηροδότε] Herodoti locum, unde Leo ab Hercule cæsus descenderit, non invenio. Apud Grammaticos legitur, in Nemea silva juxta Cleonas inusitatæ magnitudinis leonem ab Hercule jugulatum, & detractam pel-

ſ βιβλίοις" ωδὲ τὰ καθ' Ηρακλέα λόγα, [1] γλῶ ἄνω κηρύττειν, καπεληλυθέναι τε ἀπ' αὐτῆς λέοντα τὸν ὑφ' Ηρακλέους φονευθέντα; τί δ' ἂν ὠφελήσαι λέξις Αττική, καὶ [2] φιλοσόφων τωρεία, καὶ συλλογισμῶν πιθανότητες, καὶ μέτρα γῆς, καὶ ἄστρων θέσις, καὶ ἡλίου δρόμοι; τὸ γὰρ ωδὲ τοιούτων ἀφορολόγητος ζήτησιν, νομοθετοῦντος ἑκάστῳ ἔργον ἑαυτῷ τὰ δόγματα. Διὰ τοῦτο καὶ τὰ παρ' ὑμῖν κατηγορῶ νομοθεσίας. μίαν μὲν γὰρ ἔχρῆν εἶναι καὶ κοινὴν ἁπάντων τὴν πολιτείαν. νυνὶ δὲ ὅσαι γῆς πόλεων, τοσαῦται καὶ τῶν νόμων θέσις, ὡς εἰ-

ſcriptis de Hercule, ubi legitur terram eſſe ſuperius, unde Leo ab Hercule occiſus deſcenderit? Quid mihi ſtylus Atticus profuerit, & Philoſophorum accumulatio, & ſyllogiſmorum probabiles rationes, & menſura terræ, & ſiderum poſitus, & Solis curſus? Nam his quæſtionibus implicari ad illum pertinet, qui ſibi ipſe dogmata præſcribit. Quapropter & leges veſtras contempſi. Etenim oportebat unam ubique & omnibus communem reipublicæ rationem eſſe. nunc verò quot civitates, tot legum diſcrimina reperias: adeo

ſ βιβλοις *Æton.*

lem pro inſigni geſtatam. Statius quoque in Thebaide Theumeſii leonis ab Hercule victi meminit. *Geſner.* Leo ille, quem apud Herodotum haud inveniſſe ſe dicit Geſnerus, ne quidem Herodoti erat, ſed alterius Auctoris. Levi mutatione pro Ηροδότῳ, reſcribendum nullus dubito Ηροδώρῳ. Ex affinitate vocum, & libratiorum incuria, auctores iſti facillimè confunduntur. Sic & apud Stephanum Byzantinum v. Ἄεθρος, pro Ηεόδωρος Voſſianus Codex exhibet Ηεόδοτος. Herodorus verò (is ipſe, ut videtur, quem Ηρακλεώτην vocat Athenæus, lib. XI. c. 7.) geſta Herculis conſcripſit, (ut apparet ex Clemente Alexandrino. Strom. lib. I. pag. 306.) haud parvo volumine. Librum decimum citat Stephanus Byzantinus v. κωμῆται ſeptimum decimum τῷ καθ' Ηρακλέα λόγῳ, Athenæus lib. IX. capite ultimo. Niſi quis totidem fabulis potius quàm libris geſta iſta conſtare velit.

1 γλῶ ἄνω] Etiam & alii præter Herodorum, Leonem Nemæum in Lunæ circulo enutritum, & inde in terras delapſum fabulati ſunt. Stephanus Byzantinus, voce Ἀπίωνες. Hyginus, Fab. 30. Heſiodus Theogonia, v. 327.

2 φιλοσόφων τωρεία] Argumentationem Soriticam dicit; nempe σῶρα, definiente Ulpiano, *ab evidenter veris, per breviſſimas mutationes diſputatio ad ea, quæ evidenter falſa ſunt, perducitur.* Hâc uſos Academicos dicit Cicero; quam procedere ait per *captioſiſſimum genus interrogationis. Quod genus minimè in philoſophia probari ſolet, cùm aliquid minutatim & gradatim additur, aut demitur. Soritas hos vocant, qui acervum efficiunt uno addito grano. Vitioſum ſane & captioſum genus.* Lib. II. Acad. Quæſt. §. 16. Exemplum *acervalis* hujuſmodi, quod vocat, argumenti vides ibid. & aliud longè luculentius, quo luſit Carneades apud Empiricum, libro contra Mathematicos. p. 339.

eo ut quæ alicubi turpia dicuntur, eadem alibi laudentur. Græcis abominandum videtur conjungi cum matre: apud magos autem Persarum in primis laudabile. Barbari puerorum amores damnant: iidem apud Romanos prærogativa dignantur, qui pueros sibi quàm plurimos, tanquam equos gregales, colligere studio habent.

XLVI. Hæc cum viderem, & insuper mysteriorum particeps factus essem, ac omnes ubique Deorum cultus qui per effœminatos & androgynos peragebantur, expendissem; ut verò

ναι [1] τὰ παρ' ἐνίοις αἰσχρὰ, ὧδέ πῃ ἀπεδάμα, νομίζουσι γοῦν Ἕλληνες φόνιον εἶναι τὸ [t] συγγίνεσθαι μητρὶ, [2] κάλλιστον δὲ τὸ παρὰ τοῖς Πέρσαις νόμιμον. Ὁ [3] παιδεραστία μὲν παρὰ βαρβάροις δώκετο, [u] ἀφεωρμένως δὲ παρὰ Ῥωμαίοις ἠξίωται, παίδων ἀγέλας, ὥσπερ ἵππων φορβάδων, συναγείρειν αὐτῶν πειρωμένων.

μς'. Ταῦτα ἔν ἰδὼν, ἔτι δὲ καὶ μυστηρίων μεταλαβὼν, καὶ πᾶσι θρησκείας δοκιμάσας, ἀφ' ἡλυδρίων καὶ ἀνδρογύνων συνιστάμενας· εὑρὼν δὲ ὅσῳ

t συγγινέσθαι *Gall.* 1. u ἀφεωρμέναι *Gall.* 1. 2.

1 τὰ παρ' ἐνίοις αἰσχρὰ] Sic ante Tatianum Justinus: Παρ' οἷς μὲν ἀνθρώποις τάδε καλὰ, τὰ δὲ αἰσχρὰ νενόμισται· παρ' ἄλλοις δὲ τὰ παρ' ἐκείνοις αἰσχρὰ καλὰ, καὶ τὰ καλὰ αἰσχρὰ νομίζεται. *Quædam à quibusdam hominibus vel pulchra, vel turpia existimantur; ab aliis quæ illis sunt pulchra, turpia; & quæ turpia, pulchra censentur.* Apol. I. p. 48. Tertullianus item his gemina ferè habet, Libro *De Spectaculis* cap. 21. *Ethnici quos penes nulla est veritatis plenitudo, quia nec doctor veritatis Deus, malum ac bonum pro arbitrio ac libidine interpretantur, alibi bonum quod alibi malum, & alibi malum quod alibi bonum.*

2 κάλλιστον δὲ] Laertius prope initium lib. I. Magorum studia hæc refert: *De justitia verba facere: iniquum & impium arbitrari sepelire per ignem: justum, matri ac filiæ misceri, ut Sotion testatur.* Gesner. Notat hoc Clemens, ex Xanthi Libro quodam inscripto Μαγικὸν. Μίγνυνται δὲ οἱ Μάγοι μητράσι καὶ θυγατράσιν. Strom. lib. III. p. 431. Vide Tertull. Apol. cap. 9. & Orig. contra Celsum. p. 248. & 331.

3 παιδεραστία] Et hæc ad mentem Justini: ὃν τρόπον λέγουσι οἱ πολλοὶ ἀγέλας βοῶν, ἢ αἰγῶν, ἢ προβάτων τρέφειν, ἢ ἵππων φορβάδων, ὕτω καὶ παῖδας ἐκ τῆς αἰσχρᾶς ἀφῆκας μίσει. Ὁμοίως ἀγελῶν, καὶ ἀνδρογύνων, καὶ ἀρρηνοπαίδων πλῆθος ἐφ' ἡμῶν ἴδηθ' ἐπὶ τούτῳ δ' ἄγνως ἔχειν. Καὶ τούτων μισθὸς, καὶ ἀποφορὰ, καὶ τέλη λαμβάνειν, δίον ἐκινήσαμεν καὶ ὑμεῖς τὸν εἰκότα. *Quemadmodum veteres dicuntur armenta & greges boum, vel caprarum, vel ovium, vel equorum pascentium aluisse, ita nos & pueri ad turpem duntaxat usum: atque itidem fœminarum, & ambigui sexûs androgynorum, & obscænorum familiæ, infandi hujus piaculi gratia, per nationes omnem prosternt. Atque horum vos mercedes, & collationes, & portoria capitis, quæ omnia in orbe vestro excisa oportuit.* Apol. II. pag. 70. Vide & Clementem Alexandrinum, Pædag. lib. III. c. 4. pag. 229.

1 Λαῒδα]

ἔδοξε μὲν Ρωμαίοις [x] τὸ [1] Λαλιάσιον Δία λύθροις ἀνθρώπων, καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ἀνδροκτασιῶν αἵμασι πρᾶον· [2] Ἄρτεμιν δὲ ἐν μακελῇ τῇ [3] Μεγάλης πόλεως τῶν αὐτῶν πράξεων ἐπανηρημένην τὸ ἔθος· [4] ἄλλον τε ἀλλαχῇ δαίμονα κακοπραγίας ἐπανασείσας πραγματόμενον· κατ' ἐμαυτὸν ἠνιώμενος ἐζήτουν, ὅτῳ τρόπῳ

apud Romanos Latialem Jovem humano cruore, & sanguine per homicidia fuso placari, Dianam autem non procul Megalopoli similibus gaudere, & alium alibi dæmonem malorum auctorem facinorum deprehendissem: in me descendens, quomodo tandem veritate

x τὸν κατὰ τὸν Λατιάσιον Tigur. Æton. Gall. 1. τὸν κατ' αὐτὸν Λατιάσιον Gall. 2. in marg. quomodo legendum monet H. Stephanus.

1 Λαλιάσιον] Latini Jovem Latiarem, aut Latialem vocant. Virgilius, *Et resides celsa Latialis Jupiter Alba.* Cicero: *Sicut utique feriæ, non Latiæ Latiarefve, sed Latinas dixerat aut Latias.* Feriæ Latinæ Jovi constitutæ, sic dictæ sunt à Latinis populis, quibus ex Albano monte ex sacris carnem petere fuit jus cum Romanis, ut inquit Varro. Persuaserat improbus Dæmon Latinis, ut Jovi Latiali non aliter quàm sanguine humano supplicaretur. Julianus Aurelius in libro de cognominibus Deorum. Plinius lib. XXXIV. cap. 7. *Sp. Carvilius fecit Jovem, qui est in Capitolio. &c. amplitudo tanta est, ut conspiciatur à Latiario Jove.* Et Theoph. Antiochenus lib. II. contra Gentes: *Taceo,* inquit, *lasciviam matris Deûm, & Latiarii Jovis nefas humanum sanguinem sitientis.* Gesner. Ipsum hoc notârat jam ante Tatianum Justinus: Κρόνῳ μὲν μυσταγωγοῦσιν οἰκείως καὶ τῇ ἀνδροφονίᾳ, καὶ τῷ αἵματος ἐμπίπλασθαι, ὡς λέγεται, τοὺς ἴδιους παῖδας θυόντων αὐτῷ· ὃ καὶ μόνον ἀλόγων ζώων αἵματι κατορᾶσθαι, ἀλλὰ καὶ ἀνθρώπων. *Saturni nos operari mysteriis, hominibus jugulandis, & manibus cruore implendis, eisdemque (ut dicitur) quæ apud simulacrorum fiunt, quod apud vos colitur, faciendis: cui non modò ratione carentium animantium, sed hominum quoque ipsorum sanguis affluit.* Apol. I. p. 50. ubi per τὸ παρ' ὑμῖν τιμώμενον εἴδωλον apertè denotat Jovem Latialem. Cujus etiam meminit Tertullianus, Apologet. c. 9. *Ecce in illa religiosissima urbe Æneadarum piorum, est Jupiter quidam, quem ludis suis humano prolusum sanguine.* Lactantius item lib. I. c. 21. *Siquidem Latialis Jupiter etiam nunc sanguine colitur humano.*

2 Ἄρτεμιν] In multis locis sacrificabatur Dianæ sanguine humano, ut in Tauris, loco Scythiæ, unde Taurica, seu Tauropolia dicta est. Idem Julianus: apud quem plura, qui volet, hac de re legat. Cælius refert ex antiquorum monumentis, Dianæ quoque Triclariæ sanguine humano quondam litatum fuisse, quòd in ipsius delubro Melanippus & Comætho amore victi turpiter coiissent. *Gesner.*

3 Μεγάλης πόλεως] Megalopolin Arcadiæ civitatem esse suprà dixi. *Gesner.* Ea, ni fallor, sacrificia præcipue designantur, quæ non procul ab hâc urbe, nempe in fano Dianæ Hymniæ oblata fuerunt. Pausanias lib. VIII. cap. 5. 13.

4 ἄλλον τε ἀλλαχῇ δαίμονα] Fortè Saturnum; cui liberos suos immolare solebant Afri, teste Origene lib. V. contra Celsum. p. 249. Quin in Latio etiam eodem sacrificii genere cultum fuisse Saturnum tradit Lactantius lib. I. de falsa Relig. c. 21.

1 ἀφενοῦντα]

veritate potirer inquirebam. Et cum diligenter circumspicerem, in libros quosdam Barbaros incidere mihi contigit, antiquiores multo quàm Græcorum Philosophia, si spectes ætatem: & augustiores, si illorum errores. His ego fidem adhibui ob styli humilitatem, Auctorum simplicitatem, enarrationem creationis universi captu facilem, futurorum prædictionem, præceptorum excellentiam, & quod omnia uni Deo subjecta statuerent.

XLVII. Itaque mente mea divinitus edocta intellexi, quod priora illa scripta ad damnationem nos deducant; hæc

τὰληθὲς ἐξ ἀδρᾶν * δύναμαι".
1 Πεινοῦντι δέ μοι τὰ πεδαῖα, σωτῆρα γραφαῖς πιστὸν ἐντυχεῖν βαρβαρικαῖς, 2 πεισθυτέραις μὲν, ὡς πρὸς τὰ 3 Ἑλλήνων δόγματα· ἀτερπεῖς δὲ, ὡς πρὸς τῶν ἐκείνων πλάνην. καί μοι πιθανὰ πιστὰς σωτῆρα, λόγῳ τῷ 4 λέξεων τὸ ἄτυφον, καὶ τῷ εἰπόντων τὸ ἀνεπιτήδευτον, καὶ τῷ τῆς παιδείας τὸ εὐκατάληπτον, καὶ τῷ μελλόντων τὸ προγνωστικὸν, καὶ 5 τῷ προαγγελμάτων τὸ ἐξαίσιον, καὶ τῷ ὅλων τὸ μοναρχικόν.

μζ'. Θεοδιδάκτῳ δέ μοι γνώμῃ τῆς ψυχῆς, σωτῆρα, 6 ὅτι τὰ μὲν καταδίκης ἔχει τρόπον· τὰ δὲ

* δύναμαι scribendum censet H. Stephanus.

1 πεινοῦντι] Posset etiam reddi: *Et cum de seriis studioque dignis dispicerem.* Gesner.

2 πεισθυτέραις μὲν] Sic Justinus, Cohort. ad Græcos p. 32. Πολλῷ πεισθύτερος Μωϋσῆς, καὶ οἱ λοιποὶ προφῆται γεγόνασι πάντων τῶν παρ' ὑμῖν σοφῶν γεγονότων νομιζόντων. *Longè antiquior Moses, & reliqui Prophetæ omnibus, qui apud vos habiti sunt sapientes.* Confer Tertullianum Apol. cap. 19, 20.

3 Ἑλλήνων] Sub horum nomine non dubito quin omnes Ethnicos complectatur. *H. Stephanus.*

4 λέξεων τὸ ἄτυφον] Observârat hoc ipsum magister Tatiani, loco jam citato. Prophetas describit tanquam ἁ λόγων ἀπαγγέλλοντας τέχνας, ἁδὲ πιθανῶς καὶ πεδάλικῶς λέγοντας· τοῦτο γὰρ ἴδιον τῶν τῶν ἀληθείαν κλέπτειν ἐθελόντων· ἀλλ' ἁπλῶς τοῖς ἐντυγχάνουσι νομίμοις τε καὶ ῥήμασι χρωμένους. *Non dicendi artem profitentes, neque verbis ad promovendum atque persuadendum compositis utentes, (hoc enim eorum est proprium qui veritatem jusjurandi studio habent) verùm qualiacunque simpliciter nomina & verba usurpantes.*

5 τῷ προαγγελμάτων τὸ ἐξαίσιον] Non debuit Gesnerus vertere hæc verba *magnitudine promissionum*, (perinde ac si scriptum esset ἐπαγγελμάτων, aut illud idem valeret quod hoc) sed *magnitudine præceptionum* seu *præceptorum.* H. Stephanus.

6 ὅτι τὰ μὲν] Transtuli, *quod verba quædam in his libris condemnationis insita proferantur.* Quoniam in sacris literis & condemnantes sententiæ sunt, quæ supplicium minantur illis, qui impiè vivunt; & aliæ absolventes, quæ non modò tyrannide dæmonum & omni pœna liberant eos, qui Deo freti bene sperant, & beneficiunt hominibus quoad licet: sed maxima insuper præmia pollicentur. Sed fortè melius quadrabit, si τὰ μὲν accipias δόγματα ἑλλήνων,

δὲ ὅπι λύει τὸν ἐν κόσμῳ δουλείας, καὶ ἀρχόντων καὶ μυρίων ἡμᾶς ἀποσπᾷ τυράννων· δίδωσι δὲ ἡμῖν ἐχ ὅπερ μὴ γ ἐλάβομεν", ἀλλ' ὅπερ λαβόντες ἐκ τῆς πλάνης ἔχειν ἐκωλύθημεν. τούτων δὴ τὸν καταλῆψιν [2] μεμυημένος Ε" [3] πεπεισμένος", [1] βάλλομαι, καθάπερ τὰ νήπια τῶν βρεφῶν, ἀποδύσασθαι. [2] τὸν γὰρ τῆς πονηρίας σύστασιν [3] ἐοικυῖαν τῇ τῶν βαρχυλάτων ἀσεβείᾳ

verò à servitute mundi nos absolvant, & à multis principibus ac infinitis tyrannis nos abstrahant: & conferant in nos, non quidem novum aliquid, sed quod olim acceptum per errorem retinere nequivimus. Hac igitur cognitione initiatus atque persuasus, animum induxi priora illa, tanquam nugas pueriles abjicere. Naturam enim improbitatis, minimorum seminum naturæ similem esse scimus:

γ ἰκαύτερμεν *Tigur. Æton. Gall.* 2. Ad hunc locum observat Scholiastes in Codice Regio posteriore: τῷδε τῷ διατιτίῳ Παύλῳ, ἀγῶνος συνηγορῆ λέγοντος, τὸ ἀληθὲς τῷ Θεῷ ἐν ἀδιαβλήτοις ἔκλωσε. 2 Deest *Æton.* a πεπεισμένος *Gall.* 1. 2. *Tigur. Æton.* conjectura Gesneri est πεπεισμένος, quam recipit Editio Paris.

inanium, quibus damnantur, de quibus proxime dixerat; & τὰ δὲ literas sacras, quibus servantur homines. *Gesner.* Intelligit hoc loco Tatianus scripta Gentilium; quæ vocat damnatoria.

1 βάλλομαι] Alludit ad præcepta Dominica, quibus similes infantibus reddi jubemur, & exuto homine antiquo repueraſcere, imò regenerari. *Gesner.* Deesse videtur hoc loco vocabulum ἐκεῖνα, seu hujusmodi aliquod. Sensus autem est, Tatianum Scripturis sacris institutum, Gentilium libros jam abjicere velle, ceu nugas pueriles. Neque absimile veri est Tatianum hoc loco alludere ad ea quæ habet Apostolus 1 *Cor.* cap. 13. ver. 11.

2 τὸν γὰρ τῆς πονηρίας] Locum hunc tenebrosum inprimis, & ab Interprete nostro haudquaquam intellectum, sic explicandum censeo. Dicit Auctor in proximè præcedentibus, se Fidem jam Christianam amplexum, Gentilium scripta in posterum, universamque adeo superstitionem paganicam, καθάπερ τὰ νήπια τῶν βρεφῶν, abjecturum esse. Licèt enim radices egerit apud animum ejus Ethnicorum impietas, istiusmodi tamen eas esse quæ haud ita difficulter evelli atque exstirpari poterint. Naturam nimirum impietatis hujus, naturæ minutiorum seminum similem esse; quæ sicut ex parvâ occasione radicem in nobis agit crescitque, ita & iterum evelli tollique potest ab iis, qui verba Dei complectuntur, ac facultates suas haud dissipant. Deus nimirum, proposito nobis in S. literis abscondito thesauro, planè inæstimabili, bona nostra requirit, sibique ea jure quodam vendicat. Hunc autem thesaurum dum effodiendo investigamus, pulvere quidem nos oppleri, & cum variis hujus vitæ calamitatibus & ærumnis conflictari necesse est. at verò id beneficii hoc pacto consequimur, ut bona illa nostra, stabilia & fixa nobis maneant: cùm integram thesauri illius possessionem adepti, divitias his quas reliquimus longè pretiosiores, nobis in manus quasi traditas, recipimus.

3 ἐοικυῖαν τῇ] Subaudio συστάσει. *Gesner.*

1 λοιδορεῖσθ]

ſcimus: utpote parva occaſione corroborato peccato, ſed iterum diſſolvendo, ſi verba Dei complectamur, neque nos ipſi diſſipemus. * *Abſcondito* enim *theſauro* ſuo, Deus bona noſtra ſibi adſerit; quem dum fodimus, pulvere certè opplemur, ſed ut bona iſta fixa nobis maneant, efficimus. Qui enim theſaurum hunc integrum poſſidet, is divitias in manu habet multo pretioſiores. Hæc quidem noſtræ religionis conſortibus dixerim: vobis autem Græcis hoc potiſſimum, ne præſtantioribus convitiemini, neque ex Barbarorum appellatione anſam cavillandi accipiatis. Quid enim cauſæ ſit, quo minus omnes gentes mutuo ſermone ſe intelligant, invenire ſi vultis, poteritis; nam ſi noſtram hiſtoriam excutere velim, facilè copioſéque id edocerem.

XLVIII. Nunc illud ago, ut Philoſophiam noſtram multo

μάτων ἴσμεν· ἄπο ἀρχῆς μικρᾶς ἀφορμῆς [b] ὃ πονηρὸς κρατυνθέντος, πάλιν δὲ αὖ λυθησομένης, ἡμῶν πεισθομένων [c] λόγοις" θεοῦ, ἢ μὴ σκορπιζόντων ἑαυτούς. ἀρ' ἔστινος γὰρ ἀποκρύφῳ θησαυρῷ τῶν ἡμετέρων ἐπεκρύπτησεν, ὃν ὀρύσσοντες, [d] κονιορτῶν" μὲν ἡμεῖς ἐπιπλήσσομεθα, τούτων δὲ ὃ σωτηρίαν τῷ ἀφορμῇ παρέχομεν. τὸ γὰρ αὐτὸ πᾶν ἀποδεχόμενος κτῆμα, ὃ πολυτιμότερα πλούτου τὴν ἐξουσίαν ἐκτήσατο. ταῦτα μὲν ἐν οἷς τοῖς ἡμῶν οἰκείοις ῥηθῶ· πρὸς δὲ ὑμᾶς τοὺς Ἕλληνας, τί ἂν ἕτερον, ἢ τὸ μὴ τοῖς κρείττοσι [1] λοιδορεῖσθαι, μηδὲ τοῖς βαρβάροις λέγοιτο, πόθεν λαμβάνειν τὴν χλεύης τῷ ἀφορμήν. ὃ γὰρ πάντας ἀλλήλων ὑπακούειν τὸ λαλεῖσθαι μὴ δυνάσθαι, τίνα αἰτίαν εὑρεῖν, † ἐὰν ἐθέλητε, δυνήσεσθε· [2] ἐξετάζειν γὰρ βουλόμενος τὰ ἡμέτερα, ῥᾳδίαν καὶ ἄφθονον ποιήσομαι τὴν διήγησιν.

μή. Νῦν ἦ [e] πρεσβύτερον" μοι [f] νομίζω", ὥσχησεν περὶ συτέρων

* *Matt.* c. 13. v. 44.

b τὸν *Tigur. Gall.* 1. 2. *Æton.* rectè. τῷ πονηρῷ conjectura tantum *Geſneri.* In marg. Codicis Regii prioris ad hunc locum obſervatur λείπει δοκεῖ, ſeu *aliquid videri deeſſe.*
c λόγων *Tigur. Æton.* d κονιορτῷ *Gall.* 1. 2. κόνεως τῷ *al.* † Editi omnes malè ἢν. e πρεσβύτερον *Gall.* 2. *Æton. Euſebius* Præparat. Evangel. lib. X. cap. 11. f νομίζων *Æton.*

1 λοιδορεῖσθαι] Verbum λοιδορεῖσθαι in activa ſignificatione hoc loco junctum habet Dativum, infrà autem numero 51. reperies λοιδορεῖν cum Accuſativo, his verbis: τοὺς δὲ παρ' ἡμῖν παρθένους λοιδορούντων, quanquam illic aliàs λοιδορεῖσθαι paſſivè legitur. *Geſner.*

2 ἐξετάζειν γὰρ] Hic ſenſus videtur, ſi ex noſtris libris, linguarum diverſitatis cauſam depromere velim, facilè & abundè id præſtare poſſem, retexendo nimirum ex XI. cap. Geneſeos hiſtoriam turris Babel. *Geſner.*

1 Θωμᾶν]

τ ἡμετέραν φιλοσοφίαν τῶν παρ' Ἕλλησιν ᵍ ἐπιτηδευμάτων". "ὅροις ἢ ἡμῖν κείσονται Μωσῆς καὶ Ὅμηρος, ἑκάτερον αὐτῶν εἶναι ⁱ παλαιότερον". ἐκ τούτου μὲν ποιητῶν καὶ ἱστορικῶν εἶναι ᵏ πρεσβύτερον", τὸν δὲ πάσης βαρβάρου σοφίας ἀρχηγόν. καὶ ὑφ' ἡμῶν ˡ νῦν" εἰς σύγκρισιν προσλαμβανόμενοι. εὑρήσομεν γὰρ ἐκ μόνου τοῦ Ἑλλήνων παιδείας τὸν παρ' ἡμῖν, ᵐ ἀλλὰ καὶ ἐπὶ καὶ τῶν γραμμάτων εὑρέσεως ἀνώτερα. μάρτυρας δὲ οὐ τοὺς οἰκείους προσλήψομαι, βοηθοῖς δὲ μᾶλλον Ἕλλησι ⁿ χρήσομαι". τὸ μὲν γὰρ ἄγνωμον, ὅτι μηδὲ ὑφ' * ἡμῶν", ° παραδεκτέον". † τὸ δ' ἂν ἀποδείκνυσθαι θαυμαστὸν, ᵖ ὅταν" ὑμῶν ἀφ' ὑμετέρων ᵠ ὅπλων ἀνυπερθύνων", ἀνυπόπτως ʳ παρ" ὑμῶν τὰς ἐλέγχους ˢ λαμβάνω". οὐκοῦν τ ἀπ' ποιήσεως ὁ Ὁμήρου, χρόνου τε αὐτοῦ, καὶ χρόνου καθ' ὃν ἤκμασεν, προσηρεύνησεν ᵘ οἱ πρεσβύτατοι", ˣ Θεαγένης τε ὁ ʸ Ῥηγῖνος", Græcorum ſtudiis antiquiorem oſtendam; ad quod efficiendum, Moſen & Homerum, quorum uterque in ſua natione vetuſtiſſimus eſt, nobis proponamus: hic enim poëtas & hiſtoricos omnes ætate præit: ille totius Barbaricæ ſapientiæ auctor eſt. Eos igitur ſi invicem conferamus, religionem noſtram non modò Græcorum diſciplinis, ſed etiam literarum inventione ſuperiorem deprehendemus. Cæterum teſtes non domeſticos, ſed ipſos potius Græcos, qui mihi ſuffragentur, adhibebo. Iſtud enim improbabile, cùm à nobis non proficiſcatur, à vobis ſuſcipiendum eſt. Hoc verò ſi demonſtretur, mirum ſanè, ubi veſtris vos armis impugnans, argumentis ab omni ſuſpicione alienis vos convicero. Itaque de poëſi Homeri, ejuſque genere, & tempore quo claruit, antiquiſſimi viri inveſtigarunt, nempe Theagenes Rhegius,

g ἐπιτηδεύτων Euſeb. Codex MS. Euſebii in Collegio S. Joannis Baptiſtæ, ἐπιτηδευμάτων. h τοῦς Tigur. Æton. τῷ γὰρ Euſeb. quod probat Geſner. τὸ γὰρ al. MS. Euſeb. i παλαίτερον Euſeb. (παλαότερον MS. Coll. Joann.) verior forſan Lectio. k πρεσβύτερον Euſeb. l Deeſt Euſeb. extat autem in MS. Euſebio. m ἔτι δὲ καὶ Euſeb. n κεχρήσομαι Euſeb. * ὑμῶν Euſeb. MS. ὑμῶν. o παραδεκτὸν Euſeb. † τόδε δ' ἂν (ἀποδεικνύσθαι Tigur. Gall. 1.) ἀποδείκνυται Gall. 2. Æton. τὸ δ' ἂν (ἀποδείκνυσθαι MS. Coll. Joann.) ἀποδείκνυται Euſeb. quod probat Geſnerus. p ὁπόταν Euſeb. ὁπόταν MS. Coll. Joann. q Sic Euſeb. Æton. rectè. Editi omnes malè ὅλων. habent ἀντιρρήτων Tigur. Gall 1. 2. ἀκαττιρρήτων in Editionem Par. ex conjecturâ Geſneri pervenit. r καθ' Euſeb. ſ παρελαμβάνω Euſeb. t Deeſt Æton. u προσηύρησεν μὲν Euſeb. x Ῥηγῖνος. Euſeb.

1 Θεαγένης] Hujus Theagenis meminit Ariſtophanis Scholiaſtes Edit. Baſil. p. 400. Εἰσὶ δὲ ἄλλοι δύο Θεαγένεις. ἓν μὲν ὁ περὶ Ὁμήρου γράψας. & p. 470. ἕτερος δὲ καὶ ἄλλος Θεαγένης ὁ εἰς Ὅμηρον γράψας. Quod etiam clariſſimo Jonſio viſum eſt, lib. I. c. 3. de Script. Philoſophicis. priorem Scholiaſtæ locum,

Rhegius, qui ſub Cambyſe claruit, Steſimbrotus Thaſius, Antimachus Colophonius, Herodotus Halicarnaſſeus, Dionyſius Olynthius; poſt illos autem Ephorus Cumanus, Philochorus Athenienſis, & Megaclides Chamalæenſis, Peripatetici:

κατὰ Καμβύσην γεγενὼς, [1] x Στησιμβρότης τε ὁ Θάσιος, καὶ [2] y Ἀντιμαχος ὁ Κολοφώνιος, Ἡρόδοτός τε ὁ Ἁλικαρνασσεὺς, καὶ [3] Διονύσιος ὁ Ὀλυνθίος· [4] μετ' ἐκείνους δὲ Ἔφορος ὁ Κυμαῖος, καὶ [5] Φιλόχορος ὁ Ἀθηναῖος, [6] Μεγακλείδης τε ὁ [7] Χαμαλαιέων, οἱ Περιπατητικοί.

x Στησίμβροτος Euſeb. Στησίμβροτος Codex MS. Euſebii. y Καλλίμαχος Euſeb. z μετὰ δὲ ἐκείνους Euſeb. a Χαμαιλίων al. Gall. 1. Æton. Χαμιλίων Euſeb. (ſed MS. Χαμαιλίων) Χαμαιλίων Gall. 2. Vide Notas.

ordine aliquantulum inverſo, tranſcripſit Suidas. V. Θιαγένης χρήμαθα. apud quem ulterius notandum eſt, quòd alter Theagenes vocabatur πύκτης, ὅτι πολλὰ ὑπεμείνατο μόνον, ὃ δὲν ἐτίλει. Leve mendum Librarii: κάπρος pro καπτός. Viciſſim Scholiaſtes Ariſtophanis emendandus ope ejuſdem lexicographi. nam pro σιλλᾷ poſt Αἰσχίνης, legendum σίλλῳ.

1 Στησίμβροτος] Ad hujus de Homero librum reſpicit unus fortaſſe Plato, initio Dialogi inſcripti *Jon*. Apud alios qui Steſimbrotum memorant, de hoc libello altum ſilentium.

2 Ἀντίμαχος] Antimachi Colophonii Suidas meminit. Herodoti & Plutarchi de Homeri vita libri hodieque extant. *Geſner*. Steſimbroti is fuit diſcipulus, teſte Suidâ. meminit hujus Anonymus Auctor in vita Homeri à doctiſſimo Galeo edita, inter opuſcula Mythologica.

3 Διονύσιος] Dionyſii hujus (de quo nihil apud antiquos occurrere cenſet Jonſius. lib. I. c. 7.) meminit Suidas, voce Εὐφρόνιος. ὡς Διονύσιος, inquit, ὁ Χρονικός. Citat Laertius lib. I. Sect. 38. ejuſdem Κρίσεις. ſed Χρονικὸν legendum putat eruditiſſimus Menagius.

4 Ἔφορος] De eo ſæpe Strabo. Scripſit Hiſtoriam à reditu Heraclidarum uſque ad vigeſimum Philippi annum, quo Perinthum oppugnabat, teſte Diodoro Siculo. Inter eos qui de Homeri noſtri & Heſiodi ætate ſcripſerunt, Ephorum hunc recenſet A. Gellius lib. III. cap. 11. Tractatus autem iſte de Homeri vitâ, pars fuiſſe omnino videtur Hiſtoriæ de rebus patriis, nempe Cumanis, ab ipſo concinnatæ. Plutarchus enim Libro ſuo de Homero, dicit Ephorum Cumanum in Syntagmate quodam quod inſcripſit Ἐπιχώριον, multis agere ut Homerum Cumanum fuiſſe demonſtraret.

5 Φιλόχορος] Hunc inter ſcriptores de Homeri ætate numerat Gellius. Certe eum etiam de Sophoclis fabulis, ut & Euripidis, aliorumque ſcripſiſſe refert Suidas.

6 Μεγακλείδης] Conjicio legendum, Μεγακλείδης τε ὁ Χαμαιλίων. Athenæus lib. X. Megaclidem de Homerico ſcribentem adducit. Laertius Protagoram Athenis primum librorum ſeorum de Diis, in Euripidis, ſive ut quidam volunt, in Megaclidis domo recitaſſe tradit. *Geſner*. Suidas citat hujus τὰ περὶ Ὁμήρου, voce Ἀθηνᾶς. & Heſychius, vocibus Ἀθηνᾷ & Ἀφροδίτη.

7 Χαμαιλαιέων] Chamæleonis Heracleotæ cùm alios plures libros paſſim Athenæus allegat, tum de Poetis Æſchylo, Anacreonte, Pindaro, Sappho, & Simonide ab eo ſcriptos: ut de Homero etiam aliquid ab eo relictum veriſimile ſit. Quid Herodotus de Homeri

μοι· ἑπεῖτα γραμματικοὶ, [1] Ζηνόδοτος, [2] Ἀριστοφάνης, [3] Καλλίμαχος, [4] Κράτης, [5] Ἐρατοσθένης, Ἀριστάρχου, [6] Ἀπολλόδωρος.

deinde Grammatici, Zenodotus, Ariſtophanes, Callimachus, Crates, Eratoſthenes, Ariſtarchus, Apollodorus.

μθ'. Τούτων δὲ [b] οἱ περὶ Κράτητα, [7] πρὸ τῶν Ἡρακλειδῶν καθόδου, φασὶν αὐτὸν ἠκμακέναι μὴ πολὺ

XLIX. Ex iſtis Crates, ante Heraclidarum deſcenſum, Homerum floruiſſe tradit intra octoginta

b οἱ μὲν Euſeb.

2 Λυκῦργος] In MS. legebatur γενηθεὶς, pro γενηθεὶς. at Clemens Alexandrinus hæc Tatiani verba designans, lib. I. Strom. pag. 309. aliter hunc locum exprimit: Λυκῦργος δὲ μ πολλὰ τ Ἰλίε ἁλώσεως γεγονὼς ἔτη ϖρὸ τ Ὀλυμπιάδων ἔτεσιν ἑκατὸν πεντήκοντα νομοθετεῖ Λακεδαιμονίοις. *Lycurgus autem multis annis post Trojam captam, qui fuit centum & quinquaginta annis ante Olympiades, tulit leges Lacedæmoniis.* Itaque deesse in Tatiano quinquaginta annos putat Jos. Scaliger in Chronicum Eusebii scribens, ad annum ab Abrahamo MCXXXII. & idem tamen ex eodem Clemente Alexandr. p. 328. Dieuchidam citat. Διευχίδας γὰ ϖ τετάρτῳ Μεγαρικῶν ϖρὸ τ Ἀθηναίοις συνενηνεγθῆναι ἔτος ὕστερον τ Ἰλίε ἁλώσεως τῶν ἑκατὸν φησὶ Λυκοῦργον φέρει. *Dieuchidas enim in quarto Megaricorum circa ducentesimum nonagesimum annum, ex quo Troja fuit capta, dicit floruisse Lycurgum*: nimirum anno MCXXV. ab Abrahamo, qui tantum quinquennio distat ab anno MCXXX. in quo Eusebii Chronicum vult Lycurgum floruisse; ut Tatiani vulgata lectio, quæ centum annis tantùm vult eum præcessisse Olympiades, eum refert ad annum MCXLI. Denique apud Eusebium lib. X. cap. 3. de præparat. Evangel. pag. 291. eodem modo legitur, πολὺ μ τῶ Ἰλίε γενηθεὶς ἅλωσιν, ϖρὸ τῶν Ὀλυμπιάδων ἔτεσιν ἑκατὸν. Itaque nihil est necesse ut annos illos quinquaginta textui Tatiani adjungamus. *Fronto Ducæus.*

3 Δράκων δὲ] Clemens Alexandrinus loco suprà citato. Δράκων δὲ, ὃ ἐ αὐτὸς νομοθέτης, ϖρὸ τῶ τριακοσ-ῶ ἐννάτῳ Ὀλυμπιάδα γεγονὼς δοκίμως. *Draco autem, qui ipse quoque fuit legislator, invenitur fuisse circa tricesimam nonam Olympiadem.*

1 Σόλων

τελείσκετη γεγονώς. [1] [k] Σόλων" δὲι μ', [2] Πυθαγόρας περὶ ξβ'. ξδ'. [3] Τὰς δὲ [1] Ολυμπιάδας ὕστερον τ̃ Ιλιακῶν ἔτεσι ἀποδείξαμεν γεγονυίας τετρακοσίοις ἑπτά. ἓ δὴ τούτων ἔτως ἀποδεδειγμένων, λοιὰ βραχέων ἔτι καὶ περὶ τ̃ ἑπτὰ σοφῶν ἡλικίας ἀναγράψομεν. τὸ γὰρ πρεσβυτάτε τῶν σοφημένων Θάλητος, γνωμένε περὶ τὰν [4] πεντηκοστὰν Ολυμπιάδα, καὶ τὰ περὶ τ̃ [m] μετ' αὐτὸν" ἱκανὸν ὑμῖν σωτόμως εἰρηται. Ταῦτα ὑμῖν, ὦ ἄνδρες Ελλῆνες, [5] ὁ κατὰ βαρβάρες φιλοσοφῶν

Solon circa quadrageſimam, Pythagoras circa ſexageſimam ſecundam.

LXIV. Olympiades autem poſt bellum Trojanum annis quadringentis & ſeptem inſtitutas oſtendimus. Hæc ergo cum ita ſe habeant, paucis adhuc ſeptem quoque ſapientium ætates commemoremus. Illorum autem vetuſtiſſimus Thales, cum circiter quinquageſimam Olympiadem vixerit, non eſt quod plura de reliquis afferantur. Hæc vobis, ô Græci, Tatianus ego Barbaræ philoſophiæ ſectator com-

k Σόλων περὶ μ'. *Gall.* 1. 2. *Æton. Euſeb.* Vide Notas. l Ad vocem Ολυμπιάδας, hæc annotavit Scholiaſtes in Codice priore Regio: καὶ μὲν Πύθαγορος ὁ Δυρικὸς ἔτως φησίν· ἤτοι Ολύμπια μὲν ἔστιν Ηρακλῆς. πῶς γὰρ Ηρακλέης (lege Ηρακλῆς) μιᾷ γενιᾷ τῶν Ιλιακῶν πρώτων, ὁ κατὰ Πύθαγορ τὰ Ολύμπια ϛήσας, ὕστερον εὑρεθήσεται τῶν Ιλιακῶν ὑ ἔτεσιν, εἶγε αὐτὸς ἔνικησε τὰ Ολύμπια; m κατ' αὐτὸν *Euſeb.* ſed μετ' αὐτὸν MS. Coll. Joann.

1 Σόλων δὲι μ'.] Meurſius de Archontibus Athen. lib. I. c. 12. legendum monet μϛ'. *Excidit enim*, inquit, *ſine dubio numerus ſenarius.* Hanc lectionem firmat Clemens Strom. lib. I. p. 302. Ηκμασεν δὲ ὁ Σόλων κβ' τῇ τεσσαρακοστῇ ἕκτῃ Ολυμπιάδι.

2 Πυθαγόρας δὲι ξβ'.] Tempore Polycratis tyranni. Clemens loco ſuprà citato.

3 Τὰς δὲ Ολυμπιάδας] Olympiades poſt bellum Trojanum quot annis fuerint, ſuprà etiam dixit numero 49. ubi legitur non 407. ſed 490. annis Olympiades ſecutas eſſe. Ego præſentem lectionem probo: nam ſuprà quoque loco jam citato, Archilochum Olympiade 23. hoc eſt, poſt bellum Trojanum annis 500. floruiſſe ſcribit: quòd ſi Olympiades 23. hoc eſt, annos 92. à quingentis ſubſtrahas, reſtabunt 408. *Geſner.*

4 πεντηκοστὰν] Diogenes Laertius lib. I. in vita Thaletis, ſcribit eum obiiſſe Olympiade 58. & multa ibidem de ſeptem Græciæ ſapientibus. *Geſner.*

Hæc habui, quæ in hanc Orationem non indigna mihi viſa ſunt annotatu, partim ut locos aliquos obſcuros illuſtrarem, qui tam in tranſlatione noſtra, quàm archetypo Auctoris occurrunt: partim ut Græcus Codex ſimilium locorum apud diverſos auctores collatione redderetur integrior: partim ut hac diligentia tranſlationis fidem & auctoritatem, quantum in me ſitum eſſet, juvarem. Conjecturas aliquot & emendationes Græci Codicis marginibus paſſim adſcripſi, quas hic repetere ſupervacaneum videbatur: Varias quoque lectiones, quales in manuſcripti Codicis marginibus erant, tales reliqui. *Geſner.*

5 ὁ κατὰ βαρβάρες φιλοσοφῶν] Videtur quum

composui, natus apud Assyrios, & vestris primùm studiis imbutus, deinde verò illis quorum me nunc prædicatorem profiteor. In posterum verò, quoniam Deum & opus ejus agnosco, firma mihi & nunquam neganda remanente divina institutione, paratum me vobis ad examinanda mea dogmata præbeo.

Ταζιανὸς συνέπαξα, γλυκυθεὶς μὲν ἐν τῇ τῶν Ασσυρίων γῇ, πεπαιδευθεὶς δὲ πρῶτον μὲν τὰ ὑμέτερα, δεύτερον δὲ ἃ τινα νυνὶ [1] κηρύττειν ἐπαγγέλλομαι. γινώσκων δὲ λοιπὸν τίς ὁ Θεὸς, καὶ [o] τίς ἡ αὐτοῦ πίησις, ἕτοιμον [p] ἐμαυτὸν ὑμῖν πρὸς τὴν ἀνάκρισιν τῶν δογμάτων παρέχομαι, μιᾶς [q] μοι κατὰ Θεὸν πολιτείας ἀνεξαρνήτου.

n Sic *Euseb. Gall.* 1. & *Fronto Duc.* sed *Tigur.* Edit. Parif. *Gall.* 2. *Acton.* & Codex MS. Tatiani, Bononiæ in cœnobio S. Salvatoris, cujus meminit *Possevinus* in Apparatu sacro, p. 449. malè legebant κρίπλιν. Vide Notas. o τίς ἡ κατ' *Gall.* 2. *Euseb.* p ἑαυτὸν *Euseb.* sed ἐμαυτὸν MS. Coll. Joann. q τῆς κατὰ *Euseb.*

quum dicit ὁ τῶν βαρβάρων φιλοσοφῶν, intelligere, *qui philosophiæ illius sectator sum, quam vos barbaricam appellatis.* Dixerat verò & antea se & Romanorum μεγαλαυχίαν, & Athenienſium ψυχρολογίαν valedixisse & barbaricam Philosophiam amplexum esse. *H. Stephanus.*

1 κηρύττειν] Sic Eusebii Codex, & è Gallicis ad nos allatis unus; vera lectio. Absurda altera illa, vel ex iis quæ suprà dicit de seipso Tatianus. §. 44. Οὐδὲν πλέον ἔχω Θεῷ καταλέγειν, ὃ ἴσχω δεῖ τὸν ἄλλον, πιστὸν ὄντα ἀπηρτῆσθαι. Imò alibi p. 64. Tatianus se appellat τὸν κήρυκα τῆς ἀληθείας.

TELOS.

Quam recipiebamus, erudite Lector, in Adnotatis noſtris pag. 19. *ſubnexuros nos ad calcem hujus Opuſculi, Diſſertationem eximii Theologi, ac de Eccleſia, ſi quis unquam, meritiſſimi* GEORGII BULLI, Defenſ. Fidei Nicænæ Sect. 3. c. 6. *in qua Tatiani Doctrina de Filii* τῷ σωϊδίῳ *fuſè declaratur; en hic ſiſtimus.*

Pag. 349. §. 1. SEquitur Athenagoræ æqualis, Tatianus. Qui etiam à Petavio, & ab Irenici auctore & Sandio, iis Patribus annumeratur, qui cum Ario Filii æternitatem negarunt. Poteram autem cauſari Tatianum iſtum, poſt Magiſtri ſui Juſtini mortem, in hæreſim lapſum fuiſſe; proinde nullam ejus eſſe auctoritatem. Sed hac reſponſione opus non habemus. Verba Tatiani, unde iſtam ejus hæreſim collegit Petavius, & poſt illum reliqui quos commemoravimus, attento tantum & candido interprete indigere mihi videntur. Sic igitur Tatianus in Oratione ad Græcos[a]: φανερώτερον δὲ (inquit,) ἐκθήσομαι τὰ ἡμέτερα. Θεὸς ἦν ἐν ἀρχῇ, ἣν δὲ ἀρχὴ λόγε δύναμιν παρειλήφαμεν· ὁ γὰρ δεσπότης τῶν ὅλων αὐτὸς ὑπάρχων τῇ πάντων ὑπάρξει, καθὸ μὲν ἦν μηδέπω γεγονυίᾳ πάντα μόνος ἦν, καθὸ δὲ πᾶσα δύναμις ἐρατῶν τε καὶ ἀοράτων αὐτὸς ὑπῆρξε μετ' αὐτοῦ τὰ πάντα. σὺν αὐτῷ γὰρ διὰ λογικῆς δυνάμεως, αὐτὸς καὶ ὁ λόγος, ὃς ἦν ἐν αὐτῷ, ὑπέστη. διὰ βούλημα δὲ τῆς ἁπλότητος αὐτοῦ προπηδᾷ λόγος· ὁ δὲ λόγος ὃ καθ' ἡμᾶς γενόμενος, ἔργον προγενόμενον τοῦ πνεύματος γίνεται· τοῦτο ἴσμεν τὸν υἱὸν τοῦ κόσμου ἦν ἀρχή. i. e. *Nunc manifeſtius religionis noſtræ arcana pandam. Deus erat in principio. Principium autem eſſe Verbi potentiam accepimus. Etenim Dominus omnium cum ipſe totius eſſet univerſi ſubſtantia, quatenus nulla adhuc erat facta creatura, ſolus extabat. Quatenus vero tota vis & potentia, ac tam eorum quæ videri poſſunt, quam quæ videri nequeunt, ſubſtantia erat ipſe, cum eo erant omnia. Nam cum ipſo per rationalem vim & ipſe, & Verbum quod in ipſo erat, ſubſtitit. Voluntate autem ſimplicitatis ipſius verbum proſiliit: quod quidem non in vacuum progrediens, primogenitum opus Spiritus fuit. Hunc ſcimus eſſe mundi principium.* Hujus loci

[a] Pag. 145. ἐξήγησιν

ἐξήγησιν quandam æquo Lectori proponam, qua intellecta, ſpero fore, ut ab hæreſi ſaltem in hoc articulo Tatianum is ſuo judicio facile abſoluturus, ipſiuſque conſenſum cum Patribus Nicænis in ſumma rei, qua de agitur, clare perſpecturus ſit.

§. 2. Primo expendenda occurrunt verba Θεὸς ἐν ἀρχῇ πρὸ δὲ ἀρχῆς λόγε δύναμιν παρειλήφαμεν. Ubi plurimum intereſt, ut recte intelligamus, quid Tatiano ſit λόγε δύναμις. Cenſuit Petavius per λόγε δύναμιν idem ſignificari, [b] quod mox Tatianus dicit λογικὴ δύναμιν, qua rurſus nihil aliud intelligendum exiſtimat, quàm *vim rationis ac potentiam, ſecundum quam Deus omnia producere poteſt.* Ego vero plane perſuaſum habeo per λόγε δύναμιν omnino hic intelligi debere Verbi potentiam, hoc eſt, ipſum Dei Verbum, quod & Filius Dei appellatur. Quod his evidentiſſimis, ni fallor, rationibus confirmo. Primo λόγε δύναμις alibi apud Tatianum in hac ſignificatione conſtanter reperitur. Sic bis uſurpatur pagina proxime ſequenti [c], ubi poſtquam Tatianus dixerat τὸ λόγον Verbum, ſive Filium Dei, poſt Angelos condidiſſe hominem; deinde differit de ejuſdem τῦ λόγε providentia circa hominem jam conditum his verbis: ἡ δὲ τῦ λόγε δύναμις ἰσχυσα παρ' ἑαυτῇ προεγνωστικὸν τὸ μέλλον ἀποβαίνειν, ὃ καθ' εἱμαρμένην, τῆ δὲ ἐξ αἱρεμένων αὐτεξουσίων γνώμη, τῆ μελλόντων πρόληψις τὰς ἀποδόσεις τῶ μὲν πονηρίας κωλυτὴς ἐγίνετο δι' ἀπαγορεύσεων, τῦ δὲ μελλόντων ἀγαθῶν ἐπιμαρτὺς. καὶ ἐπειδή τινι φρονιμώτερον παρὰ τὸς λοιπὸς ὄντι ἀφ' τὸ προϋπάρχον συνεξηκολούθησαν, καὶ Θεὸν ἀνέδειξαν οἱ ἄνθρωποι, καὶ τῆ ἐπαισχύμον τῆ νόμε τῦ Θεῦ, τότε ἡ τῦ λόγε δύναμις, τότε ἀρξαντα τῆ ἀπογοίας, καὶ τὸς συναναλωθήσαντας τότῳ, τῆ σὺν αὐτῆ διαίτης παρῆτησατο. i. e. *Verbi autem potentia cum ſecum prænoſceret, quid eventurum eſſet, non ex fato, ſed ex libero eligentium propoſito, rerum futurarum exitus prædicebat: & malitiam interdictis vetabat; eorum vero, qui boni futuri eſſent, remuneratorem ſe demonſtrabat. Poſtquam vero homines callidiorem quendam præ cæteris, utpote provectiorem ætate, ſecuti ſunt, & divinæ legi ſe opponentem pro Deo habuerunt; tum Verbi potentia & hujus dementiæ authorem, & eos qui ipſi obſecuti ſunt, commercio ſuo privavit.* Hic omnes vident τὴ δύναμιν τῦ λόγε omnino eſſe ipſum τὸ λόγον Verbum, ſive Filium Dei. Unde & in poſteriori ſententiæ parte nominativus ἡ δύναμις, cum ſit generis fœminini, habet tamen relativum maſculinum αὐτῆ, quia ſcilicet ἡ δύναμις τῦ λόγε ſenſu eſt ipſe ὁ λόγος. Et hinc Tatianus δύναμιν τῦ λόγε continuo exprimit verbis,

b Petav. de Trin. lib. I. c. 3. n. 5. c pag. 146.

quæ

quæ perſonam divinam clarius deſignant. καὶ ὁ μὲν (inquit,) κατ' εἰκόνα τοῦ Θεοῦ γεγονὼς, χωρισθέντος ἀπ' αὐτοῦ τοῦ πνεύματος τῆς δυνατωτέρας, θνητὸς γίνεται· i. e. *Et qui ad imaginem Dei factus erat, recedente ab ipſo potentiori ſpiritu, mortalis fit.* Ubi (ut obiter id notem,) ex more Veterum Scriptorum eſt, quod ἡ λόγον appellat πνεῦμα Tatianus, quod & ſupra fecit: λόγος γὰρ ὁ ἐπουράνιος πνεῦμα γεγονὼς ἀπὸ τοῦ πατρός. *Verbum enim illud cœleſte, Spiritus à Patre genitus.* Unicus, ſi bene memini, ſupereſt Tatiani locus, ubi λόγου δύναμις occurrit eodem plane ſenſu; ubi nempe in eadem oratione Chriſtianus homo dicitur [d] λόγου δύναμιν καταλαμβάνειν, *Verbi potentiam* (hoc eſt, ut ex contextu apparet, ipſum Verbum, ſive Filium Dei,) *ſequi.*

§. 3. Sed & hac altera ratione interpretatio noſtra ſtabilitur. Tatiano eadem eſt manifeſte λόγου δύναμις & ἡ ἀρχή· at ἡ ἀρχὴ mox ipſe ἡ λόγον *Verbum*, ſive Filium Dei, interpretatur. Si verba Tatiani, quæ initio perioches à nobis recitatæ habentur, cum verbis, quæ eandem periochen claudunt, conferas; clarius illud perſpexeris. Ibi eſt, ἀρχὴν *principium eſſe Verbi potentiam accepimus*: hic, τοῦτον (nempe ἡ λόγον ſive Filium Dei, de quo ante locutus fuerat,) ἀρχὴν *principium mundi eſſe ſcimus.* Quis dubitet, quin de eadem ἀρχῇ utrobique locutus ſit Tatianus? Nec ſuum hic commentum nobis tradit Doctor Aſſyrius, ſed communiorem Chriſtianorum ſententiam: quod & verbis illis παρειλήφαμεν & ἴσμεν non obſcure indicat. Nimirum Veteres plerique ἡ λόγον ſive Filium Dei dixerunt ἡ ἀρχὴν *principium*, nempe illud in quo Deus erat ante conditum mundum, adeoque ex æterno, quóque mundum Deus condidit. Sic Theophilus Antiochenus, Tatiani ſuppar, libro primo ad Autolycum, Dei nomina recenſens, [e] εἰ λόγον (inquit,) εἴπω, ἀρχὴν αὐτοῦ λέγω. *Si λόγον dixero, principium ipſius dico.* Idem Theophilus libro II. ad Autolycum de Filio Dei, [f] ὅτος (inquit,) λέγεται ἀρχή. *hic principium dicitur.* Et mox ibidem: ὅτος ὢν ὢν πνεῦμα Θεοῦ, καὶ ἀρχὴ καὶ σοφία, καὶ δύναμις ὑψίστου. *Hic igitur exiſtens ſpiritus Dei, principium & ſapientia, altiſſimique virtus & potentia.* Sic Clemens Alexandrinus Strom. VII. Filium Dei dicit & ἄναρχον, & ἀρχὴν. *illum principio carentem, & principium.* Sic porro Origenes Homil. I. in Geneſin, in ipſo initio, ad verba illa Geneſeos; *in principio creavit Deus cœlum & terram*; hæc annotat: *Quod eſt omnium principium, niſi Dominus noſter & Sal-*

[d] pag. 157. [e] p. 71. [f] p. 88.

vatur omnium, Jesus Christus, primogenitus omnis creaturæ? In hoc ergo principio, hoc est in Verbo suo, Deus cœlum & terram fecit. Sic denique (ut alios Patres, Ante-Nicænos præteream,) Methodius in excerptis ex libro περὶ τῶ γινητῶν apud Photium Cod. 235. ad eundem Geneseos locum scribens, ait g: ἀρχὴν δ αὐτὸν τὴν σοφίαν λέγων τις, οὐκ ἂν ἁμάρτοι. *Is qui principium ipsam dixerit sapientiam,* (hoc est Filium Dei,) *non aberrabit.* Neque aliter philosophati sunt Patres Catholici, qui post exortam controversiam Arianam scripserunt. Nam Gregorius Nazianzenus Orat. 32. quam dixit in Synodo Oecumenica secunda Episcoporum CL. Divinitatis tres personas ita distinguit: h ἄναρχον, καὶ ἀρχὴν, καὶ τὸ μὴ τῆ ἀρχῆς, εἷς Θεός. i. e. *Quod principii expers est, & principium, & id quod cum principio est, unus est Deus.* Et mox: i ὄνομα δὲ, τῷ μὲν ἀνάρχῳ πατὴρ· τῇ δὲ ἀρχῇ, υἱός· τὸ δὲ μὴ τῆ ἀρχῆς, πνεῦμα ἅγιον· φύσις δὲ τοῖς τρισὶ μία, Θεός. *Nomen autem principii expertis, Pater: principio, Filius: ei autem, quod cum principio est, Spiritus sanctus: natura vero tribus una est, nempe Deus.* Sed & Mosis verba, *in principio creavit Deus,* &c. k Augustinus, Hieronymus aliique complures ita declarant, ut *principium* Filium Dei interpretentur. Hisce autem argumentis satis demonstratum arbitror, Tatianum per λόγου δύναμιν omnino ipsum τὸν λόγον, sive Filium Dei intellexisse. At quorsum, inquies, dixit Tatianus Deum Patrem ante conditum mundum, adeoque ex æterno, in τῷ λόγῳ, ut in τῇ ἀρχῇ, fuisse? Respondeo. Dixerat de Deo verbis proxime præcedentibus Tatianus: ὁ πάντων ἀνενδεὴς, ὃ ἀφελητέον ὑφ' ἡμῶν ὡς ἐνδεές. *Qui nullus rei indigus est, non tanquam egenus à nobis traduci debet.* Hoc autem in verbis continuo sequentibus, à nobis hucusque expositis, ulterius declarat, dicens, Deum ex æterno ante omnes res creatas, & absque illis, sibi αὐτάρκη fuisse: non loco aut domicilio aliquo caruisse, in quo habitaret: neque ipsi defuisse quocum sese communicaret, aut in quo seipsum quasi oblectaret; siquidem ex æterno in τῷ λόγῳ suo erat, & cum ipso versabatur. Itaque hic coæterna τοῦ λόγου cum Deo Patre suo existentia clare docetur. Sed & hoc voluit significare Tatianus, Deo ante conditum mundum, etiam ipsum quodammodo mundum præsentem fuisse; cum ipsi revera præsens fuerit ὁ λόγος mundi principium, qui & idea est & exemplar, sive ars divina, qua Pater universa, cum voluit,

g Pag. 939. h p. 519. i p. 520. k August. 11. Conf. c. 9. & lib. 42. cap. 19, 20, 28. Hieron. quæst. in Genes.

molitus

molitus est, quemadmodum vocem *Principium* recte, & juxta mentem Veterum, alicubi explicavit ipse Petavius. Hoc omnino sensisse Tatianum in verbis allatis clarius adhuc patebit ex iis, quæ apud ipsum sequuntur, ad quæ nunc progredior.

§. 4. Sic autem pergit Tatianus: *Etenim Dominus omnium, cum ipse totius esset universi substantia, quatenus nulla adhuc erat facta creatura, solus extabat. Quatenus vero tota vis & potentia, ac tam visibilium quam invisibilium substantia erat ipse, cum eo erant omnia. Nam cum ipso per rationalem vim ipse, & ὁ λόγος, qui in ipso erat, subsistit.* Sensus Tatiani manifestus hic est: Mundus, & quæcunque in eo sunt, cum Deo erant δυνάμει *in potentia*, ut Schola loquitur, ex æterno. Quomodo vero id probat? Hac scilicet ratione, quia ex æterno subsistit non modò Deus Pater, sed & cum ipso λόγος ejus, qui est mundi principium, cujus virtute postquam is ex Deo quasi prosiliisset & progressus esset, condita fuerunt universa. Hoc, inquam, voluit Tatianus: Mundus ex æterno cum Deo erat in principio suo, nempe τῷ λόγῳ qui una cum Deo Patre ex æterno subsistit. Quod ut luculentius appareat, accuratius expendenda sunt verba illa: σὺν αὐτῷ γὰρ ἦν ὁ λογικῆς δυνάμεως αὐτὸς ὢν ὁ λόγος, ὃς ἐν αὐτῷ, ὑπέστησε. Dico, his verbis τῷ λόγῳ cum Deo Patre, idque ut distinctæ ab eo hypostasis, coæternam & actualem existentiam, ejusque existentiæ causam æternam satis aperte declarari. Nam primum, quod ad æternam τῷ λόγῳ cum Deo Patre existentiam attinet, clare & diserte dicit Tatianus, τὸν λόγον ante conditum mundum, & cum Deus adhuc solus esset, (hoc est, nulla adhuc facta esset creatura,) in Deo fuisse, & cum Deo extitisse, quam diu scilicet ipse Deus fuisset. Secundo actualem fuisse illam τῷ λόγῳ existentiam eo significat, quod eundem modum existendi tum Deo Patri, tum ipsius τῷ λόγῳ tribuat, utriusque existentiam eodem verbo exprimens: & *ipse*, (inquit,) nempe Deus Pater, & λόγος ipsius ὑπέστησε *subsistit*. Sed illud mox contra Petavium manifestius demonstrabitur. Tertio, τὸν λόγον una cum Deo Patre extitisse ex æterno, ut hypostasin ab eo distinctam, non uno modo nos docet Tatianus. Nam & extitisse illum cum Deo Patre dicit, quod non nisi de duobus proprie dicitur: & de Deo Patre & ipsius τῷ λόγῳ locutus, ait, *cum ipse, tum* ὁ λόγος, *qui in ipso erat*: satis aperte innuens, τὸν λόγον non fuisse ipsum Deum Patrem. Denique ne quis suspicaretur, τὸν λόγον hic plane idem esse ac Dei Patris λο-

γνώμην δυνάμιν, hoc est mentem & rationem; aperte τὸν λόγον à λογικῇ δυνάμει distinguit. Ultimo in loco, quod æternam causam coæternæ cum Deo Patre existentiæ τῷ λόγῳ attinet, docet Tatianus λόγον ex æterno cum Deo Patre subsistitisse διὰ λογικῆς δυνάμεως, *per rationalem vim* sive *potentiam*: hoc est, à Patris mente ex æterno natum fuisse, æternæ mentis coæternam progeniem, quod superius ad Athenagoram explicavimus. Atqui, inquies, quomodo igitur etiam Deum Patrem dicit subsistitisse per rationalem vim? Responsio est facilis. Deus Pater, juxta Tatianum, subsistit per rationalem vim, veluti per formam suam, hoc est, ipse erat ratio & mens æterna: Deus vero Filius, sive ὁ λόγος, una cum Deo Patre subsistit per rationalem vim, tanquam per causam efficientem, hoc est, ex omni æternitate à Patris mente natus est, æternæ mentis, ut sæpius diximus, coæterna progenies. Illud quidem absurdum videtur, quod Tatianus dicat, ante conditum mundum cum Deo Patre subsistisse non modo λόγον ipsius, sed & ipsum. Verum in vulgari sermone, quali nonnunquam utitur Tatianus, trita est loquendi forma, qua quis dicatur secum ipso esse. Ita scilicet vulgo dicimus: *nemo mecum erat præter meipsum.*

§. 5. Sed Petavio jam occurrendum est. *Tatianus* (inquit ille,) *videtur existimasse, Verbum à Patre productum, ex æterno non actu, sed tantummodo in* λογικῇ δυνάμει, *ac potestate fuisse: quemadmodum in eadem erant creata deinceps omnia.* Atqui, inquam ego, nemini Tatianus ita existimasse videri potest, qui verba ipsius paulo attentius consideraverit. Si enim Tatiano διὰ λογικῆς δυνάμεως existere, sit non actu, sed potestate existere; dicendum est Tatianum existimasse, ipsum quoque Deum Patrem ex æterno potestate tantum, non actu extitisse: siquidem de Deo Patre & ejus τῷ λόγῳ pariter dicit, ipsos ex æterno διὰ λογικῆς δυνάμεως subsistitisse. Sed vide hic Petavii ingenium: ut quod voluit efficeret, textum Tatiani satis manifestum depravavit, verba illa διὰ λογικῆς δυνάμεως αὐτὸς ἦν ὁ λόγος ὃς ἐν αὐτῷ ὑπέστη ita vertens: *per rationalem vim* λόγος *ipse qui in eo erat, extitit.* Verum quis Græcis literis vel leviter imbutus, non cum Interprete censuerit verba potius reddenda: *per rationalem potentiam tum ipse tum* λόγος *qui in ipso erat subsistit*? Sed Petavii absurdam versionem si recipiamus, nihil ille proficiet. Rogo enim Jesuitam, quid cum verbis illis ὁ λόγος ὃς ἐν αὐτῷ faciendum sit? Dicat nobis, quomodo juxta Tatia-

Tatianum ὁ λόγος in Deo Patre ex æterno fuerit? In potentia rationis, non actu tum fuisse, necesse est ut dicat. Sed vide jam Solœcismum crassissimum, qui hinc in verbis Tatiani exurgat. Scilicet huc redibit ejus oratio: ὁ λόγος, qui in Deo Patre erat non actu sed rationis potentia; per rationis potentiam, tantummodo, non actu cum Deo Patre subsistit: quo sermone quid absurdius? Deinde quis sanus persuadere sibi potest, ἀφ' λογικῆς δυνάμεως nihil aliud significari quam ἐν δυνάμει *in potentia*, quatenus scilicet locutio ista usurpatur à Philosophis de iis, quæ nondum actu existunt, sed ex certis quibusdam causis existere possunt? Certe λογικὴ δύναμις hic omnino exprimit *rationalem vim*, sive, ut ita loquar, *facultatem*: & cum λόγος dicitur ante conditum mundum, adeoque ex æterno, cum Deo Patre subsistitisse ἀφ' λογικῆς ejus δυνάμεως, causa æternæ subsistentiæ τοῦ λόγου cum Deo Patre clare significatur. Ut sensus Tatiani manifestus sit, quemadmodum in homine ex rationali ipsius potentia necessario profluit verbum ejus internum, & simul cum ipsa existit; ita per rationalem Dei vim, quæ æternum in ipso fuit, cum ipso ex æterno subsistit ὁ λόγος. Præterea supra dixit Tatianus, ut vidimus, Deum ex æterno in λόγῳ suo fuisse. Quid vero? An Deus in illo fuit, qui nondum ipse fuit, nisi potestate tantum? Deum etiam in τῷ λόγῳ ante conditum mundum ita fuisse asserit, ut propterea non defuerit ipsi, quocum sese communicaret. Nunquid hoc de τῷ λόγῳ, qui nondum actu extitit, affirmare potuit? Denique respiciendus est omnino Athenagoræ locus, in superiori capite à nobis allegatus, & cum Tatiani verbis conferendus: siquidem hi duo scriptores mutuam sibi invicem lucem porrigunt. Negat Athenagoras τὸν λόγον, sive Filium Dei esse γενόμενον *factum*, addita hac ratione, quod Deus Pater, cum sit æterna mens, & ex æterno λογικὸς, hoc est, λογικὴν δυνάμει, ut Tatianus loquitur, pollens, ex æterno habuerit in seipso τὸν λόγον, necesse sit. Quomodo autem, juxta Athenagoram, Deus Pater in se ex æterno habuit τὸν λόγον; An potestate tantum? Nugæ. Nam sic in rerum natura nihil esse γενόμενον pari jure affirmare potuisset doctissimus scriptor; cum res cunctæ in potestate divina ex æterno extiterint. Intellexit igitur omnino actualem τοῦ λόγου existentiam Athenagoras, & eandem Tatianus. Ac sane quis non videt exactam utriusque de æternitate τοῦ λόγου sermonis convenientiam? Argumentatur Athenagoras Deum Patrem ex æterno habuisse in

in se λόγον, quia æternum λογικὸς fuerit: ait itidem Tatianus τ̃ λόγον ante conditum mundum, adeoque ex æterno una cum Deo Patre subsistitisse; quomodo? ἀφ' λογικῆς δυνάμεως. Res certe manifesta est. In explicando Tatiani textu progrediamur.

§. 6. Sequuntur apud Tatianum hæc verba: *Voluntate autem simplicitatis ipsius,* προπηδᾷ *prosiliit* ὁ λόγος, *& ὁ λόγος non frustra progressus,* ἔργον πρωτότοκον *primogenitum opus Spiritus fuit, Hunc scimus esse mundi principium.* Hic Tatiano τ̃ λόγου προπήδησις idem plane est, quod Athenagoræ ejusdem προέλευσις. Manifeste autem significat Tatianus, eundem illum τ̃ λόγον, qui ex æterno in Deo Patre & una cum ipso subsistitit, cum Deus voluit mundum condere, ex Deo prosiliisse. Quomodo autem prosiliit? Scilicet ἐν ἐνεργείᾳ, sive ut rerum creandarum ἐνέργεια esset, quemadmodum rem explicavit Athenagoras: vel, ut mox ipse Tatianus, ut esset ἀρχὴ τ̃ κόσμου, *principium mundi.* Tatiani πρωτότοκον ἔργον plane idem est, (phrasi licet duriuscula expressum,) quod Athenagoræ πρῶτον γέννημα. Uterque alluxit ad verba Apostoli Col. 1. 15. πρωτότοκος πάσης κτίσεως. Cæterum ἔργον dicit Tatianus τ̃ λόγον non in se spectatum, (utpote quem ex æterno subsistitisse paulo ante dixerat,) sed cum respectu ad προπήδησιν. Ut sensus ejus sit: cum Deus voluit mundum condere, hoc primum fecit, ut ex se prosiliret ὁ λόγος ipsius: sive primum ejus opus fuit emissio τ̃ λόγου, ut per ipsum deinceps hoc universum constitueretur. Sane ἔργον opus, hoc est, creaturam, aut factum quiddam esse Dei τ̃ λόγον non sensisse Tatianum, certissimum est. Quippe hæc manifesta fuit ejus doctrina, inter materiam & materiæ conditorem Deum, nihil esse medium: proinde omnem prorsus creaturam (ne ipsa quidem empta natura Angelica,) è materia constare: materiæ illud proprium esse, ut initium habeat: denique materiæ opificem unum esse Deum. Qui autem hæc docuit, idem τ̃ λόγον à materia prorsus distinguit, illumque hujus opificem esse manifeste statuit. Hoc ex collatione quorundam locorum Tatiani clarissime patebit. [1] ἔχει δὲ (inquit,) ὅτω· πᾶσάν ἐστιν ἰδεῖν τ̃ κόσμου τ̃ κατασκευὴν, σύμπασάν τε τ̃ ποίησιν, ᾗ γεγονυῖαν ἐξ ὕλης, ᾗ τ̃ ὕλην δὲ τ̃ αὐτὸν ὑπὸ τ̃ Θεοῦ προβεβλημένην. *Sic autem res habet: universam mundi machinam, & prorsus omne quicquid factum est, è materia constitutum; ipsam vero materiam à Deo productam esse patet.* Mox ibidem consequenter statuit, ipsos τὺς δαίμονας, quos vocarunt Ethnici,

[1] pag. 151.

nempe

nempe Angelos, σύμπηξιν ἐξ ὕλης accepisse, hoc est, ex materia compactos esse. Idem vero paulo infra locum à nobis hucusque examinatum, & τὸν λόγον Dei ab omni materia distinguit, & materiæ fabricatorem ipsum esse diserte pronuntiat. Quippe ibi à Tatiano ὁ λόγος dicitur [m] αὐτὸς ἑαυτῷ τὴν ὕλην δημιουργήσας. *ipse sibi materiam fabricasse.* Pauculis autem interjectis, sequuntur hæc verba: ἄτε γὰρ ἀναρχος ἡ ὕλη καθάπερ ὁ Θεὸς, οὐδὲ ἀλλὰ τὸ ἄναρχον ἢ αὐτὴ ἰσοδυναμεῖ τῷ Θεῷ· γένητη δὲ, ἢ οὐκ ὑπὸ τῶν ἄλλων γεγονυῖα, μόνη δὲ ὑπὸ τῶν πάντων δημιουργοῦ πεφηνυῖα. *Non enim initii expers est materia, quemadmodum Deus: neque ipsa, ut initii expers, parem Deo potentiam habet; sed facta est; neque ab alio facta; sed ab uno omnium fabricatore producta.* Hinc cum sacrosanctum Dei nomen caste & religiosissime ubique usurpaverit Tatianus, illud nuspiam alii tribuens præterquam vero Deo; Deum tamen τὸν λόγον diserte dicere non est veritus. [n] Οὐ γὰρ (inquit,) μωραίνομεν, ἄνδρες Ἕλληνες, οὐδὲ λήρους ἀπαγγέλλομεν, Θεὸν ἐν ἀνθρώπου μορφῇ γεγονέναι καταγγέλλοντες. *Non desipimus, ô Græci, neque nugas vobis proferimus, DEUM sub hominis forma natum nuntiantes.* Atque ad eundem modum alibi loquitur sæpius. Similia autem, quæ post ea quæ hucusque explicavimus, adhibet Tatianus, ad mysterium sive æternæ productionis, sive ἐκφαντορικῆς τοῦ λόγου utcunque illustrandum, nolo omnino præstare. Similitudines paucæ admodum, si ullæ, præsertim quæ ad res divinas explicandas accommodantur, (utpote de quibus non possumus nisi balbutire,) quatuor, ut dici solet, currunt pedibus. Ac Tatiani doctrinam de Filii τῷ σωτῆρι, jam satis, ut opinor, explicavimus.

m p. 145. n p. 159.

C. KOR-

C. KORTHOLTI

ANNOTATIONES

IN

TATIANUM.

PAg. 2. lin. 3. ἐκ λάθ βαρβάρων ὁρτήσασθαι;] Diogenes Laertius, in proœmio, quod libris ſuis de vitis illuſtrium Philoſophorum præmiſit, omnem movet lapidem, ut Philoſophiam, non à Barbaris, ſed Græcis initium habuiſſe demonſtret. Epicurus, apud Clementem Alexandrinum, Stromat. 1. eo uſque progreditur; ut dicat, *μόνους φιλοσοφῆσαι Ἕλληνας θαυμάζ. Solos Græcos poſſe philoſophari.* Huic jactantiæ præſens opuſculum ſuum Tatianus opponere voluit; quod *florentiſſimum librum* appellat Hieronymus, de Scriptoribus Eccleſiaſticis cap. XXXIX. & cui hoc elogium Euſebius tribuit, Hiſtoriæ Eccleſ. lib. IV. cap. 29. quod ſit τῶν συγγραμμάτων ἁπάντων αὐτῷ κρατίστη καὶ ὠφελιμώτατος· *omnium quos* Tatianus *ſcripſit librorum* (ſcripſit autem oppido multos) *elegantiſſimus ſimul atque utiliſſimus*: quemadmodum & Clemens Alexandr. ſuam in hoc argumento probavit induſtriam Stromat. libro 1. nec non Euſebius Præparat. Evangel. libro X. ac Theodoritus Therapeut. libro I. Adde auctores memoratos ad Juſtini Parænesin. verb. πολλῷ πλειοβύτερος.

Pag. 7. l. 13. τὴς ἀληθοπείας ἔξω κεχώρηκεν;] Vide quæ obſervamus ad Juſtini Apologiam I. verb. ὁ φιλόσοφος, ἀλλὰ φιλόδοξος ἀνήρ.

Pag. 17. l. 2. ἐὰ μὴ τοῖς ὑμῶν νομίμοις] Vide notata in Juſtini epiſtolam ad Diognetum verb. Λόγῳ τοῦτο μισοῦντι χρηστιανός.

Pag. 17. l. 5. πρεσβύτερος φόρους τελεῖν ὁ βασιλεὺς] Similem locum habet Juſtinus Apolog. II. &, cujus ibi verba producimus, Tertullianus.

Pag. 17. l. 9. τὸ μὲν δὴ ἄνθρωπον ἀνθρωπίνως τιμητέον] Vide quæ notamus ad Juſtini Apologiam II. verb. Θεὸν μὲ μόνον προσκυνεῖμεν.

Pag. 19. l. 5. ἐδὲ τὰ ἀνομάσιν Θεὸν ἀλιροδοκητέον] Vide quæ notamus ad Juſtini Apologiam II. verb. ἀνενδεῆ αἱμάτων.

Pag. 24. l. 9. ὥσπερ δὲ ἐκ ὢν] Vide quæ obſervamus ad Athenagoræ librum de Reſurrectione verb. ἐ δὲ μὴ ὄντα.

Pag. 71. l. 2. Κρίσκης] De Creſcente hoc, famoſo illo Juſtini M. Antagoniſta, vide ipſum Juſtinum, Apolog. I. quæque ibi notamus ad verba πρὸς τοῦτον, & quæ ſequuntur. Hieronymus de eodem, libro de Scriptoribus Eccl. cap. 33. Juſtinus *cum in urbe Roma haberet* τὸς λαμπρίους, *& Creſcentem Cynicum, qui multum adverſus Chriſtianos blaſphemabat, redargueret, gulosum & mortis timidum, luxuriæque & libidinum ſectatorem; ad extremum ſtudio ejus & inſidiis accuſatus, accuſatuſque, quod Chriſtianus eſſet, pro* CHRISTO *ſanguinem fudit.*

Pag. 77. l. 13. συγκρίνατε τὲς μύθους ὑμῶν τοῖς ἡμετέροις διηγήμασι] Conferenda cum his, quæ habet Juſtinus Apologia II. libro 1.

Pag. 79

Pag. 79. l. 12. μηδὲ τὰς Θεὰς ὑμῶν ἀλλαξάμενοι] Vide quæ notata in principium orationis ad Græcos.

Pag. 81. l. 9. εἶδόν τινα πολλάκις] Crescentem notat: de quo supra.

Pag. 83. l. 1. μυαυλῆσι τὰ αἰσχρὰ] Vide Tertullianum de Spectaculis, item Apolog. cap. 39. libro de Pudicitia cap. 7. & alibi: Cyprianum Epistola 2. Theophilum Antiochenum lib. III. ad Autolycum. Lactantium Institut. libro VI. cap. 20. seqq. & Epitom. cap. 4. Minucium Felicem in Octavio. Arnobium libro II. Irenæum lib. I. cap. 1. Gregorium Naz. Jamb. III. ad Seleucum. Hieronymum in Ezech. XX. in vita Hilarionis, epistola 18. ad Marcellam, & aliàs. Augustinum Confess. lib. VI. cap. 7. & de Symbolo lib. II. cap. 11. Chrysostomum in Psal. CXVIII. & passim alibi. Salvianum de Providentia lib. VI. Sidonium lib. III. epist. 13.

Pag. 86. l. 16. τί μάζα ἢ θαυμασιὸν οἱ παρ' ὑμῖν ἐρᾶζοντες φιλόσοφοι;] De Philosophis Quinctilianus, libro I. cap. 1. *Nostris temporibus sub hoc nomine maxima in plerisque vitia latuerunt. Non enim virtute ac studiis, ut haberentur Philosophi, laborabant, sed vultum & tristitiam, & dissentientem à ceteris habitum pessimis moribus præstendebant.* De iisdem Firmicus; libro VIII. cap. 6. *Aliud ex fronte policentur, aliud latenter in moribus celant. Sunt enim austera facie, prolixa barba, dissimata fronte; ita ut Catonis prorsus institutum imitari videantur: sed totum hoc ficto mentiuntur affectu: sunt enim natura petulantes, lasciviis semper cupiditatum ac libidinosis voluptatibus implicati, & qui latenter amorum illecebris semper exæstuant.* Talis erat Bithyniæ Philosophaster ille, quem vivis coloribus depingens Lactantius, Institut. V. cap. 11. *Antistitem se Philosophiæ profitebatur*, inquit, *verum ita vitiosus, ut, continentiæ magister non minus avaritiæ, quàm libidinibus arderet: in victu tam sumptuosus, ut in schola virtutis asserto, parsimoniæ paupertatisque laudator, in palatio pejus caenaret, quàm domi. Tamen vitia sua capillis, & pallio, & (quod maximum est velamentum) divitiis prætegebat: quas ut augeret, ad amicitias judicum miro ambitu penetrabat, eosque sibi repente auctoritate falsi nominis obligabat; non modo ut eorum sententias venderet; verum etiam, ut confines suos, quos sedibus avitis pellebat, à suo repetendo hac potentia retardaret.* —— *Suas disputationes moribus destruebat, vel mores suos disputationibus arguebat, ipse adversus se gravis censor, & accusator acerrimus.* Hæc ibi Lactantius, qui etiam libro de ira Dei, cap. 22. Philosophos describit, quod sint *qui sapientiam capillis & habitu jactant.* Pertinet item huc, quod Cyprianus, sub initium libri de bono Patientiæ, comparationem inter Gentiles & Christianos instituens Philosophos; *Nos*, ait, *Philosophi non verbis, sed factis sumus: nec vestitu sapientiam, sed veritatem præferimus. Virtutum conscientiam magis, quam jactantiam novimus; non loquimur magna, sed vivimus.* Confer quæ habet Lucianus in Nigrino & Bis accusato.

Pag. 90. l. 15. πολλάκις μιαροῦργους μισοῦσιν;] Vide quæ notamus ad Athenagoræ Apologiam verb. ἴσα τε μισῶν.

Pag. 95. l. 12. ἡμεῖς δὲ σωφρόνως τοιαύτης] Vide quæ observata ad Justini Apologiam I. verb. μήτε μοιχὸν.

Pag. 100. l. 1. τὰ περὶ ἑαυτὸν αἰσχρὰ, περὶ τοῦ σωφρονεῖν] Lege omnino hic Cornelii Nepotis præfationem in librum de vitis excellentium Imperatorum.

Pag. 102. l. 3. συνίδων γεγραφὰς τοῦ ἐντυχόντος βαρβαρικὰς] Confer cum his, de sua conversionis occasione fideique motivis, quæ memorant Justinus M. Theophilus Antiochenus, Hilarius, notata in Justini orationem ad Græcos, verb. τοῦτο μὲν ἄλλο, item quæ ex Gregorio Nysseno produximus ad Justini Paræneſin verb. εἰς ὃ λόγων ἐδέησε τύχης.

Pag. 102. l. 8. Ἀλλ' τι τῆ λέξεων τὸ ἄτυφον] Atqui illa ipſa ſtyli ſimplicitas alios Paganos à librorum ſacrorum lectione ſolebat abſterrere. *Hæc imprimis cauſa eſt, cur apud ſapientes, & doctos, & principes hujus ſeculi, Scriptura ſanctæ fide careat; quod Prophetæ communi ac ſimplici ſermone, ut ad populum, ſuos locuti. Contemnuntur itaque ab iis, qui nihil audire vel legere, niſi expolitum & diſertum volunt; nec quicquam inhærere animis eorum poteſt, niſi quod aures blandiori ſono permulcet;* ait Lactantius Inſtitut. libro V. cap. 1. Cujuſmodi quid ſibi ipſi contigiſſe Baptiſmo nondum tincto S. Auguſtinus fatetur, libro Confeſſionum III. cap. 5. Verba ejus: *Inſtitui animum in Scripturas ſanctas, ut viderem, qualis eſſent: & ecce video rem non compertam ſuperbis, neque nudatam pueris; ſed ingreſſu humilem, ſucceſſu excelſam & velatam myſteriis: & non eram ego talis, ut intrarem in eam poſſem, aut inclinare cervicem ad ejus greſſus. Non enim ſicut modo loquor, ita ſenſi cum attendi ad illam Scripturam; ſed viſa eſt mihi indigna, quam Tullianæ dignitate compararem. Tumor enim meus refugiebat modum ejus, & acies mea non penetrabat interiora ejus. Verumtamen illa erat, quæ creſceret cum parvulis: ſed ego dedignabar eſſe parvulus, &, turgidus faſtu, mihi grandis videbar.* Plura huc facientia vide ſis in Tractatu noſtro de Origine Chriſtianiſmi ex mente Gentilium cap. XI.

Pag. 105. l. 13. μάρτυρας δὲ ἐ τὰς οἰκοι παραλήψομαι] Vide quæ notata ad Juſtini Paræneſin, verb. ἐ γὰρ λόγ τ θεῖον.

Pag. 110. l. 4. παρ' ἡμῖν δὲ τ μὴ κινδυνέιας ὁ ἡμέρ οὐκ ἔστι] Vide notata ad Juſtini Apologiam I. verb. κ δίκης.

Pag. 110. l. 17. τὰς δὲ ἀκροάσθαι βελομένους παίζως] Origenes, libro contra Celſum III. Ομολογῶμεν γ παίζως θέλειν παιδεύειν τ τὸν θεῖν, καὶ μὴ βιάζεσθαι Κέλσ, λόγῳ, ὥστε κ μειρακίοις μαζιδιάσαι τ ἀμαθέσιν αὐτοῖς ἀνατροπῆς, κ οἰκότ ψο ὑπεδεικνύαμ, πῶς ἐλεύθερον ἀκαλαβόντες φρόνημα, ἐξαγοιδιθεῖν ὑπὸ τ λόγ. εἰ δὲ παρ' ἡμῖν πεισθόντες τ Χριςιανισμὸν ἀκριβῶς φασιν ὀφειλέτας εἶναι ἴλασι κ βαρβάροις, σοφοῖς κ ἀνοήτοις, (ἐ γὰρ ἀρκεῖν τὸ ϵ ἀνοήτων δεῖν τὰς ψυχὰς θεραπύειν) ὅ, ὡς δυάμεως, ἀπιθήμεθα τῶν ἀγοραίων ἐπὶ τὸ σωτικώτερον ἀποδύσασι, ἀκούοντες κ Σαλομῶν ος, λέγοντος· Οἱ δὲ ἄφρονες ἐνδεῖς καρδίας, κ ὃς ἐστι ὑμῶν ἀφρονίστερος, ἐκκλινάτω πρός μ· (κ τοῖς) σύνεσιν δὲ φρενῶν παρακαλοῦμαι λέγεσθαι ὁ σοφία· Ἔλθετε, φάγετ τ ἐμὸν ἄρτον, κ πίετε οἶνον, ὃν ἐκέρασα ὑμῖν· ἀπολείπετε ἀφροσύνην, ἵνα ζήσητε, ϵ κατορθώσατε σώσιν ἐν γνώσ. Fatemur nos cupere, ut omnes, vel invito Celſo, eruditentur verbo Dei: adeo ut etiam adoleſcentulis impertiamus convenientem ipſis admonitionem, & famulis commonſtremus, quomodo ſumpto liberali animo per verbum Dei reddantur ingenui. Et qui apud nos præſunt doctrinæ, profitentur ſe debitores, Græcis & barbaris, ſapientibus & inſipientibus: (non enim negans, vel inſipientium animis medicinam adhibendam) ut, quantum fieri poteſt, depoſita ignorantia, ſtudeant melius ſapere, Salomoni obediant dicenti: *Inſipientes redite ad cor, & qui eſt inter vos infantiſſimus, divertat ad me; Sapientiam quoque audiant invitantem: Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miſcui vobis. Relinquite inſipientiam & vivite, & ambulate per vias prudentiæ:* Vide Tractatum noſtrum de Culumniis Paganorum cap. 12.

Pag. 111. l. 6. γελᾶτε ϵ ὑμεῖς, ὡς κ κλαύσητε] ita Servator: Οὐαὶ ὑμῖν ὁ γελῶντες νῦν, πενθήσετε ϵ κλαύσετε, Luc. 6. 25. Vide Tractatum noſtrum de Origine Chriſtianiſmi cap. 9.

Pag. 114. l. 16. μὴ χλοάζητε τὰς παρ' ἡμῖν φιλοσοφίας] Identidem primitivis Chriſtianis objicere ſolebant Gentiles, quod, *de ultima fæce collectis imperitiorum & mulieribus credulis, ſexus ſui facilitate labentibus plebem profanæ conjurationis inſtituerent;* quæ Cæcilii apud Minucium ſunt verba. De CHRISTO ipſo &

& Apostolis Julianus desertor, apud Cyrillum Alexandr. libro VI. ἠρώτων, inquit, εἰ ἱερατεύειν ἐξαπιτήσουσι τὰς δούλας. *Satis habebant, si ancillas aut servos acciperent.* Æmilianus, Judex infidelis, apud Prudentium, hymno περὶ στεφ. x. 37. ad Fructuosum.

Tu, qui Doctor, ait seris novellum
Commenti genus: ut leves puellæ
Lucos deflituant, Jovem relinquant.

Atque hinc illæ religionis Christianæ criminationes, quod *muliebris* esset *superstitio*, & *aniles* proponeret *fabulas*, *anilia dogmata*, γυναικῶν εὑρήματα γραιδίων, *mulierum vetularum inventa*, μῦθον παρακλήσιον τοῖς παραδεδεμένοις τοῖς γεωσὶν, *fabula anicularum deliramentis similem*; apud Minucium in Octavio, Lactantium lib. V. cap. 1, 2, 13. Prudentium hymno περὶ στεφ. x. 40. Lucianum (vel quisquis auctor) in Philopatride, Origenem contra Celsum. Pag. 135. l. 13. ἵνα τι λέγειν ἴδιον νομίζωσιν] Alias hujus depravationis causas afferunt Justinus Apologia II. & dialogo cum Tryphone. Tertullianus Apolog. cap. 47. & de anima cap. 2. Origenes contra Celsum lib. IV. Vide Tractatum de Origene & natura Christianismi Gentilium ex sententia cap. 11.

Conjecturæ, quas ad oram libri sui notavit celeberrimus PEARSONIUS.

Pag. 47. l. 8. ὑλικῆ] ἴσ. ὀλικῆ.
P. 65. l. 18. κόρων τε καὶ ὀσίων παρέληψις,] hæc περίληψιν videntur. sed cogita, & vide postea λείψανον.
P. 69. l. 6. διεγάτης] διεγάτλω.
P. 70. l. 16. ἀπὸ δύσει] ἀποδύσει
P. 71. l. 7. αὐτὸν] αὐτός.
P. 72. l. 1. ὃς κακῶ] ὃς vel dele, vel lege ὡς.
Ibid. l. 6. ἂν] ἴσ. αὖ.
P. 82. l. 5. ἡσαυρομηνίας] ἡσαυρὸν μηνίας.
P. 123. l. 10. αὐτὰς] ὡσὰς αὐτάς.
P. 128. l. 5. καὶ ὁ] ὁ καί.
Ibid. l. 11. Χείρωμον] Εἴρωμον.
P. 130. l. 6. τάτω] τᾶτον.
P. 132. l. 4. πεζακοσίοις] an ἑπτακοσίοις.
P. 135. l. 1. ἀπό τε ᾱ] ἀπὸ ᾱ.
Ibid. l. 3. τε πολίμων] πολλῶν τε.

Addenda & Emendanda.

PAg. 7. l. 22. post vocem *Dramatici* adde: quam nostram conjecturam à Maximo Tyrio Dissert. XV. ulterius confirmatam arbitror.

P. 25. l. 9. τῷ ὁρατῷ αὐτῷ μόνῳ] Quibus Tatiani verbis excidisse ego voculam existimo, & fors scribendum, τῷ ὁρατῷ αὐτῷ μόνῳ λόγῳ ὑπάρχοντα δύνασθαι ποιεῖν πρὸς τὸ ἀρχαῖον. Ut regnantis Dei potentiam clariorem demonstraret, solo uno verbo eum illa efficere posse dixit, quæ misellus homo impossibilia existimet. Vitiatum autem locum Tatiani esse exinde etiam patet, quod μόνῳ aliis in eo excuditur. Barthius *Adversar.* lib. LIV. c. 24.

P. 26. l. 31. post verbum *Deus* adde: Confer eundem p. 316. & 329.

P. 27. ad vocem ἄρξασθαι l. 15. adde inter var. lect. l. 17. ἀρξάμενον *al.*

P. 43. l. 5. δίκαιον καὶ σώφρονα ὁ τῶν] Euripidem designari his verbis colligimus ex Theodoreti Therapeuticis Serm. III. p. 511. Καὶ μὴν δὴ καὶ τὸν Γανυμήδη, κατὰ φασιν οἱ ποιηταὶ ἁρπάσαντα Διὶ οἰνοχοεῖν καὶ τῷ Ἑλένῃ δὲ, μετὰ τὸν πολυθρύλητον καὶ πεμπόκλωστον μοιχείαν, καὶ Μενέλεω συζεύξαντες, εἰς τὸν οὐρανὸν, φησὶν Εὐριπίδης, ἀνήγαγον. *Quin & Ganymedem apud Poetas rapuisse Dii perhibentur, qui Jovi pocula ministraret, & Helenam, post plurima & vulgatissima adulteria, à Menelao sejungentes, in cœlum, ut Euripides ait, sustulerunt.*

P. 50. l. 20. post *Gall.* 1. ista, *MS. Cod. unde profluxit Editio Tigurina, Ælian.* deleantur.

P. 54. l. 27. post lib. IV. c. 37. adjice: ut & Theophilus Antiochenus lib. II. p. 88.

P. 81. l. 17. τὴν ποικίλης ὕψεως.] Lego ποικίλης ὕψεως. Nisi ποικίλην esse putes *fœcibus inunctam*, aut *vinosam*, qui πλὸς *vinum* esse Tzetzes Chiliade VI. docet. Voce λυγξόμβρις utitur & Nazianzenus *in Arrianos*, ὑμῶν ποῖον κατωγχησεῖ μειρακιον ἀσελγὲς, αἰχμὴ λυγξόμβριον, καὶ κραιπνόμβριον; Id est, *quis adolescens intemperans vos defatigavit, turbiter se movens, ac inflectens?* id est, ridicula saltatione expressit. Hoc enim proprium saltationis Rythmicæ fuit. Bulengerus *de Theatro* lib. I. cap. 51. Tom. IX. Rom. Antiq. p. 942.

P. 105. l. 35. post Ρηγῖνος *Euseb.* adjice: quod probat cl. Jonsius lib. *de Script. Hist. Phil.* p. 20.

P. 106. l. 7. τε ὁ] inseratur inter var. lect. ante a. τε καὶ *Euseb.*

Ibid. l. 11. post *Gall.* 2. insere: Μιχαηλείδης τε καὶ ὁ Χαμαιλέων, ex Eusebio legendum monet Jonsius p. 20. & 338.

P. 114. l. 6. lege Mnesiarchidis, interpres enim male habet Mnesarchidis.

P. 121. l. 23. ante lib. adde Plinius.

P. 131. l. 13. pro Thyesta repone Thyestes.

P. 138. l. 1. perperam interpres, *discipulus*: omnino reponenda est vox *præceptor.*

EPISTOLÆ

EPISTOLÆ

Primæ TATIANI Editioni præfixæ.

Clariſſimo & Doctiſſimo Viro

D. Hieronymo Frick Bernati,

Patrono ac Mecœnati ſuo optimo,

JOANNES FRISIUS TIGURINUS

S. D. P.

OMne inſtitutum ac vitæ actio, imò omnes noſtræ cogitationes eò ſunt dirigendæ (tum ab illis qui ſe ad Rempub. vel alias ad res gerendas accommodarunt, tum qui literarum otio & doctrinæ ſeſe dediderunt) ut communi utilitati quàm rectiſſimè ſerviatur. Qui ergo Reipub. munia obeunt, omnem operam & ſtudium ſuum ponere atque conferre debent, ut ipſa optimis legibus, præceptis, ac inſtitutionibus probè formetur: deinde ut ii, qui huic ſubjiciuntur, ita eorum vitam inſtitui curent, ne ab ipſa juſtitia ad pravorum converſationes ullo modo deflectant, verum morum claritate, vitæque integritate luceant, cunctoſque excellant. Qui vero in ſtudio literarum verſantur, eos quicquid eruditionis aut doctrinæ adipiſcuntur, id totum in medium conferre decet, quò facilius etiam alii, qui diſcendi cupiditate ducuntur, eorum laboribus fruantur & delectentur. Tibi in utroque genere diu verſato, ſumma laus à tuis hominibus conceſſa eſt: primum cum communi tuorum civium ſuffragio Prætor Mendriſii creatus, ex hac provincia, quam per biennium obtinuiſti, veram tua prudentia laudem adeptus es & conſecutus. Huic acceſſit etiam ſtudium doctrinæ: nam Biturigibus in Gallia ſub Alciato, noſtræ ætatis juriſconſulto prudentiſſimo, juriſprudentiæ quaſi conſecratus & addictus fuiſti. Quantum vero in hoc juris ſtudio profeceris, iſtorum judicio, qui hoc quotidie re ipſa experiuntur, abunde confirmatur. Tua igitur virtus, tuaque liberalitatis & benignitatis beneficia, quæ in me à prima adoleſcentia delata ſunt, me movent, ut hoc quicquid eſt operis tuo nomini dedicem. Nam cum in collocando beneficio, & in referenda gratia nullo modo ſufficiam: æquum eſt tamen animi mei erga te gratitudinem quacunque ratione declarare. Exhibeo itaque tuæ humanitati & benevolentiæ Tatianum Græcum, antea nunquam typis excuſum, quem anno præterito, cum agerem Venetiis, ex doctiſſimi viri Arnoldi Arlenii Perazyli veteris mei amici liberalitate mecum huc deportavi. Suſcipe igitur, mi Hieronyme, hoc munuſculum eo animo, quo tibi à me repræſen-

præſentatur, hoc eſt, benevolo, amico, & ſincero: atque tua auctoritate & patrocinio contra Zoilorum mordacitatem ita tuere, ut ipſe intelligam hoc opuſculum tibi à Friſio tuo oblatum longè fuiſſe gratiſſimum. Vale fœliciter, & pro tuo ingenii candore, æqui bonique conſule, majora, ſi ſeſe mihi offerat occaſio, poſthac expectaturus. Te ſalutat Conradus Geſnerus, communis noſter amicus & familiaris. Vale iterum atque iterum. Tiguri ex noſtro Muſæo, quarto nonas Martii. Anno à Chriſto nato 46. ſupra milleſimum quingenteſimum.

GEORGIO LÆTO

Auguſtæ Vindelicorum Archigrammateo perfectiſſmo,

CONRADUS GESNERUS

S. D. P.

SIngularis benignitas tua, Georgi doctiſſime, cujus fructum ſuperiore anno in urbe veſtra tam liberaliter ad te invitatus, & variis officiis devinctus, jucundiſſimum percepi: non ſinit me diutius animo degere tranquillo, niſi aliquod gratitudinis ſpecimen tibi præbuerim. Hanc igitur Tatiani piam admodum & elegantem adverſus Græcos declamationem, cujus lectione plurimum te delectatum iri ſpero, proximis diebus à me Latinis verbis redditam, & annotatiunculis auctam, per Joannem Hallerum noſtratem pietatis & eruditionis gratia ut nobis, ſic tibi etiam & aliis apud vos excellentibus viris chariſſimum juvenem, ætate dico, prudentia ſenem, ne mihi fruſtra occaſio hæc abiret, tuo nomini dedicatam mitto. Tu quæſo pro mira humanitate tua, quoties hunc libellum inſpicies, toties amoris in te noſtri memor, animum quoque Geſneri offerentis libello conjunctum te videre tibi perſuadeas, & ubi rudis occurret interpretatio ignoſcas. Non enim licuit mihi variis negotiis intricatiſſimo, non dico ut vellem, ſed neque ut poſſem, ſtilum accuratius expolire. Vale. Tiguri Idibus Februar. anno regni Chriſtiani 1546.

NICOLAI

NICOLAI Le NOURRY
DISSERTATIO
In TATIANI *Assyrii Opera.*

INDEX CAPITUM.

CAPUT PRIMUM.

De Oratione Tatiani Assyrii ad Græcos.

§. I. *Analysis Orationis Tatiani Assyrii ad Græcos.* Pag. 161.

§. II. *Quis Tatianus hujusce Orationis auctor fuerit; quid ante Christianæ Religionis professionem egerit, ac quibus rationibus ad eam fuerit adductus.* 164.

§. III. *Quid Tatianus post publicam Christianæ fidei professionem egerit; num à Crescente Cynico aliquid passus sit, ubi & quædam de textus illius integritate & de Crescente observantur.* 167.

§. IV. *De antiquis Scriptoribus qui Tatiano hunc asserunt librum, de ejus titulo, ætate eruditione & stylo; ac quomodo postea Tatianus in hæresim lapsus sit.* 170.

§. V. *De hujusce Orationis Codicibus Manuscriptis & editis, ac variorum in eam notis & observationibus, atque aliis Tatiani operibus.* 172.

CAPUT II.

Novæ in Tatiani Orationem observationes.

§. I. *De Moysis ac Scripturæ sacræ antiquitate, ac de perspicuitate ejusdem Scripturæ.* 175.

§. II. *De suprema Christi divinitate.* 177.

§. III. *De Angelis & dæmonibus, quando & ubi creati: num dæmones sint corporei, aut mortuorum hominum animæ: num supplicium eorum sit dilatum, & etiamnum peccent.* 181.

§. IV. *Num Tatianus crediderit animam hominis esse corpoream, & mortalem.* 184.

§. V. *Locus Tatiani difficilis, de hominis in idololatriam lapsu, examinatur, ubi obiter de fato.* 189.

§. VI. *De artium & scientiarum inventoribus, & de quorundam Philosophorum vitiis, & opinionibus à Tatiano commemoratis.* 191.

§. VII. *De quibusdam aliis Philosophis Peripateticis, & Grammaticis, quorum testimoniis ætatem Homeri probat Tatianus.* 195.

§. VIII. *De quibusdam Scriptoribus Chaldæis, Phœnicibus, & Ægyptiis, ad probandam Moysis antiquitatem à Tatiano commemoratis.* 196.

§. IX. *De pluribus aliis Scriptoribus, & quibusdam illustribus viris quorum Tatianus fecit mentionem.* 198.

§. X. *De Deorum fabulis, & Metrodoro, ac de statuis, quas Tatianus se Romæ vidisse testatur.* 201.

§. XI. *De Regum Argivorum Chronologia.* 203.

CAPUT III.

De Tatiani Assyrii SS. Evangeliorum Diatessaron, id est, uno ex quatuor.

§. I. *Analysis hujus commentationis.* 204.

§. II. *Utrum Tatianus hujus commentationis sit auctor.* 205.

NICOLAI

NICOLAI LE NOURRY

De Scriptoribus ſecundi Eccleſiæ Sæculi

DISSERTATIO QUINTA.

In TATIANI *Aſſyrii opera.*

CAPUT PRIMUM.

De Oratione Tatiani Aſſyrii ad Græcos.

§. I.

Analyſis Orationis Tatiani Aſſyrii ad Græcos.

INiquum Græcorum in Barbaros odium inde ab ipſo Orationis ſuæ exordio oſtendit Tatianus, quia nullum ſit artium aut ſcientiarum genus, quod ipſis non debeant acceptum referre. Illud autem brevi certaque probat inductione, atque ex eâ concludit, omne ſupercilium, vanamque oſtentationem ab iiſdem Græcis omnino eſſe deponendam. Etenim quam in primis venditant ſermonis elegantiam, ea tam varias in dialectos ab ipſis ſciſſa eſt; ut quis verè Græcus ſit ſermo, vix à quoquam poſſit diſcerni. Aliis verò diſciplinis perverſe abutebantur, Rhetoricâ ad injuſtitiam & calumniam; Poëſi ad animarum perniciem; Philoſophiâ ad ſuperbiam, aliaque vitia, & ad varios, uti ille convincit, errores diſſeminandos. Ex quibus colligit nuncium eis eſſe remittendum, ac Chriſtianam religionem, cujus veram ſinceramque de Deo & ſanctiſſimâ Trinitate, nec non de futurâ hominum reſurrectione, extremoque illorum judicio, doctrinam enucleate exponit, eſſe amplexandam. Docet deinde, quomodo homines & Angeli à Verbo divino ſui juris liberique arbitrii compotes creati, in peccatum lapſi ſint. Falſam verò paganorum de fato opinionem ibi funditus evertit, planumque facit illos immeritò divinitatis cultum iis deferre, quos vitam ſceleribus infamem du-

xisse, frustraque inter sidera collocari, ipsimet Ethnicæ Religionis scriptores aperte testificantur.

Hæc itaque ait à Christianis jure optimo repudiari; utpote qui certò sciant, non solum mortem, quæ ex hominis peccato acciderat, omnibus esse communem; sed soli Deo, nullius planè peccati auctori, esse vivendum. Cujus verò substantiæ Angeli, & anima, & spiritus hominis, atque inprimis quomodo anima immortalis sit, fusè disputat. Dehinc edisserit quo pacto ea ipsa à spiritu deficiens, in peccatum, & postea in idololatriam præceps ruerit. Addit autem, in eam cecidisse dolis & artibus dæmonum, qui corporea, sed πνευματικῇ quadam substantiâ constant; ab iisdem tamen hominibus videri non possunt, nec mortuorum hominum sunt animæ. Porro autem docet, illos æternas peccatorum suorum, quorum nequeunt amplius pœnitere, daturos aliquando pœnas, sempiternumque supplicium. Quamobrem frustra jactitari, magicis eorum artibus ægritudines depelli, & sanos fieri homines.

Philosophos post hæc castigat, qui cùm & mortem & divitias se contemnere gloriarentur, sexcentos tamen aureos in nullius, nisi alendæ barbæ suæ, commodum singulis annis ab Imperatoribus acciperent. Ex his autem unus erat Crescens, vitiis suis & sceleribus famosus, cujus artificiis & machinationibus sanctissimo martyri Justino, vitia Philosophorum insectanti, mortem Ethnici homines intulerunt. Hi porro si sincere, ut aiebant, mortis contemtu ducerentur, nec Christianis tam inique adversari debebant, nec tanto studio varia, quibus miserè illudebantur, consectari divinationum genera. Etenim cupiditati suæ si non indulgerent, hæc & terrena omnia summo ipsis essent despicatui, neque Christianos ea prorsus despicientes odio prosequerentur. Ab omnibus siquidem non mundana, sed cælestia inquirenda esse hinc probat, quod Angeli & homines ex deliciarum omnium loco, ubi à Deo creati erant, ob peccatum suum detrusi sunt. Hinc enim concludit omnibus cuilibet homini enitendum esse viribus, ut in hunc priorem locum possit aliquando remigrare.

Tum deinde quod Christiani de humana Filii Dei generatione docebant, illud à paganis tanquam commentitium aliquid plane immerito rejici eo clarissime demonstrat, quod hi plurima de diis suis omnino ridicula, & ab omni veri specie penitus aliena, quæque frustra Metrodorus ad allegoriam referre conatus

conatus est, semper obtruderent. Subjungit autem, se hoc argumentandi genere ideo uti, non quidem ut Christianæ fidei dogmata cum Ethnicorum placitis componat; sed quia ex re ipsa sit natum, sibique scribenti sponte sua occurrerit. Ad obscænos paganorum conventus inde transit, quos ille quidem data occasione argute irridet, planeque exagitat. Ibi vero impii cujusdam hypocritæ vitam sceleribus infamem graphice depingit. Tum deinde gladiatorum spectacula severe arguit, eosque acerrime corripit, qui homines, ut gladiatorum familiæ adscriberentur, emebant alebantque. Neque mitiori profecto severitate comœdias tragœdiasque poëtarum ibidem condemnat.

Hinc redit ad philosophos, quorum fucatam virtutem exsibilat, & falsis Pythagoræ de Metempsychosi, Aristotelis de animæ mortalitate rejectis opinionibus, varias non sine risu exponit plurimorum ejusdem sectæ philosophorum inter se pugnas & dissensiones. Ex his itaque optimo jure concludit, nullius hominis in Christianos, qui hos omnes illorum errores respuunt, concitandum esse odium. Neque invidiæ hujus ex anthropophagia, falsò Christianis objecta, sumendam esse occasionem, quandoquidem solos paganos hujus criminis reos esse apertissime convincit. Post verò ostendit illos frustra politiorem, quam aliis suffurati erant, eloquutionem, & summam, cujus erant expertes, eruditionem sibi arrogare.

Ipsis porro paganorum exemplis manifestum facit, Christianos, nisi priùs examinatâ eorum causâ, non esse damnandos, nec cogendos ut de Religione sua interrogati, eam dissimulent, aut mentiantur. Noverant enim vana & futilia esse eorundem Ethnicorum dogmata, atque legum, quæ alicubi laudabantur, vituperabantur alibi, tot apud eos esse discrimina, quot & civitates.

Quæ quidem omnia, & prophanos eorum cultus, impiaque mysteria, cùm ipse probe cognovisset, ac diligentissime pervolutasset sacros Prophetarum nostrorum libros, tum illorum repudiata impietate, his fidem habuit, & Christianam Religionem professus est. Quam jure autem merito id fecerit ut paganis persuadeat, ibi demonstrandum suscipit, Christianam philosophiam omnibus paganorum studiis, & literarum etiam inventione esse longe antiquiorem. Illud autem probat Homeri & Moysis, qui magno plane consensu, Scriptorum omnium antiquissimi habebantur, institutâ comparatione. Hanc autem

non aliis quàm ipsorummet Ethnicorum auctorum testimoniis explicat & adstruit. Primùm itaque refert, quàm variæ fuerint illorum de Homeri ætate opiniones. Ex hac autem dissensione, quam à veritate semper aberrare docet, à proposito digreditur, planumque facit, quàm magna sit Christianorum in suis dogmatibus conspiratio, quàm indiscriminatim omnes apud eos philosophentur, quàm procul sint ab ostentatione & inani gloria, quàm alieni à mendacio & lascivia. Inde autem colligit, eos immeritò irrideri à paganis, qui & Amazones, & Semiramin, aliosque quos nomine suo appellat, potius respuere debebant, quàm Christianas virgines conviciis & sibilis consectari. Porro autem quàm parum pudici castique essent eorundem paganorum mores, ex statuarum, quibus meretrices, aut impudicæ mulieres repræsentabantur, longa enumeratione demonstrat. Et ne quis hæc falsa & fictitia esse causaretur, ipse has omnes statuas suismet oculis se vidisse testatur. Quam quidem ob causam ait se paganam religionem repudiasse, & Christianæ suum dedisse nomen.

Dehinc ad argumentum suum reversus, & statuta Homeri ætate, demonstrat Moysen ipsis etiam Chaldæis, Phœnicibus, & Ægyptiis testibus, nimirum Berosо, Theodoto, Hypsicrate, Mocho & Ptolemæo Mendesio, esse ejusdem Homeri ævo superiorem. Quod quidem ex Argivorum Regum Chronologia, quam ipse exhibet, mirum in modum confirmat, atque ipsa Atticorum, Macedonum, Ptolemaicorum, & Antiochicorum Regum successione stabiliri & corroborari posse constanter asserit. Neque tamen ibi stetit Tatianus, sed probat insuper eumdem Moysen non solùm Homerum præcessisse, sed omnes etiam alios scriptores, nec non & septem Græciæ sapientes, qui ejusdem Homeri tempore vetustiores dicuntur. Denique orationem suam nomine suo subsignat, & ad dogmata sua rursus probanda se paratum esse profitetur.

§. II.

Quis Tatianus hujusce Orationis auctor fuerit; quid ante Christianæ Religionis professionem egerit, ac quibus rationibus ad eam fuerit adductus.

NOmen, patriam, professionemque suam auctor hujusce Orationis ad illius calcem his verbis aperte declarat: *Hæc vobis, ô Græci, Tatianus ego, barbaræ Philosophiæ sectator compositi,*

posui, natus apud Assyrios, & vestris primùm studiis imbutus, deinde vero illis quæ nunc fovere me profiteor. Neque hîc tantum nomen suum ille prodidit, sed paulo superius: [1] *Tatianus contra Græcos, contra infinitam philosophorum multitudinem, nova Barbarorum dogmata defendit.* Ibi autem rursus se natum dicit apud Assyrios. Qua autem in Assyriæ, vastissimæ profecto regionis, parte si roges, respondet Epiphanius [2] se communi fama audivisse illum ex Mesopotamia oriundum. Hac porro in regione se cum lacte nutricis impios Ethnicæ Religionis, quam diu professus est, errores suxisse sæpe sæpius memorat. Immo vero tradit se hujusce religionis mysteriorum factum fuisse participem: ἐν μυστηρίοις μεταλαβόντα.

Quas autem terræ partes ipse peragraverit, quibusve studiis operam dederit, hunc explicat in modum: *Magnam terræ partem peragravi, & tum studia vestra professus sum, tum artes & inventiones multas exercui, & tandem Romæ versatus, conscribere instituo.*

Eusebius illum his gentilium disciplinis apprime imbutum fuisse, atque primo ætatis suæ flore Rhetoricam docuisse, his verbis testatur: [3] *Tatianus vir, qui primo ætatis suæ tempore Rhetoricam docens, in gentilium disciplinis summa cum laude versatus est.* Huic Hieronymus more suo subscribit in hæc verba: [4] *Tatianus primùm oratoriam docens, non parvam sibi ex arte Rhetorica gloriam comparaverat.* At Valesius in suis ad citatum Eusebii locum annotationibus contendit, Tatianum fuisse philosophiæ potius, quàm eloquentiæ professorem. Quod quidem variis argumentis probare conatur. Primum ex ipsismet, quæ jam laudavimus, Tatiani verbis: *Et tum studia vestra professus sum.* καὶ τοῦτο μοὶ σοφιεύσας τὰ ὑμέτερα. Enimvero hæc vox, σοφιεύσας, omnem, inquit Valesius, Græcorum sapientiam, & liberales disciplinas complectitur; minime verò ad eloquentiam pertinet. Deinde quod Tatianus dicit multas se exercuisse artes & inventiones, id philosophiam potius, quàm Rhetoricam indicat. Præterea vero ex ipsa Tatiani oratione evincitur, illum parum in dicendo exercitatum fuisse: *Est enim,* ait Valesius, *eruditus quidem liber, sed sine ordine & methodo compositus.* Denique Theodoretus Tatianum primò sophistam fuisse perhibet.

1. Pag. 170. 2. Lib. I. Panar. p. 231. 3. Lib. IV. Hist. cap. 16. 4. Lib. de Script. Eccles. cap. 39.

At

At veremur, ne has rationes, meris conjecturis innixas, ad elevandam Eusebii Hieronymique auctoritatem pluribus sufficere non persuadeatur. Nam vox σοφιστὴς qua [1] Theodoretus utitur, sæpius Rhetorem significat, quàm philosophum. Neque alia Valesii firmamenta majoris videntur esse ponderis. Etenim demus ei, verbum σοφιστεύσας apud Tatianum nihil aliud significare nisi philosophiam. Demus insuper, in hoc Tatiani libro nullam esse sermonis elegantiam, nullum eloquentiæ florem, nullum orationis ornatum; quid inde contrà Eusebii auctoritatem? Nihil plane. Docet enim ille, Tatianum *primo ætatis suæ flore Rhetoricam docuisse*, id est, cùm ille adhuc gentilium erroribus esset implicatus. At quid, quæso, prohibet quominus postea philosophiam professus sit? quid prohibet quominus longo post susceptam Christianam Religionem tempore missam fecerit paganorum eloquentiam, atque in hac oratione non minus simplicitati dictionis studuerit quàm veritati? Et verò ipse vanam Græcorum Romanorumque eloquentiam se plane repudiasse nobis non semel apertissime denunciat.

Quo magis Tatianus omnibus Ethnicæ Religionis dogmatibus & mysteriis instructus fuerat, eo pluribus tanè & validioribus ad eam ejurandam, & Christianam fidem amplexandam rationibus impulsus est. Harum autem, quas ille affert, prior potiorque ea fuit, quâ compertum omnino habuit, quam falsi variaque essent paganorum de diis, eorumve cultu dogmata, quam turpes obscœnique eorum conventus, quam absurda & flagitiosa illorum mysteria, quam corrupti & perditi mores, quàm varia legum discrimina. Enimvero postquam hæc ipsi fuissent exploratissima, & in sacros divinæ Scripturæ incidisset libros, eosque accuratissime examinasset, ex iis veritatem, quam frustra apud Ethnicos quæsierat, plenissime didicit, in ea acquievit, & Christianus factus est. Sed præstat eum hac de re differentem audire: [2] *Hæc cùm viderem, & insuper mysteriorum particeps factus .... in me descendens, quomodo tandem veritati potirer, inquirebam; & cùm diligenter circumspicerem, in libros quosdam Barbaros incidere mihi contigit, antiquiores multo quàm Græcorum philosophia, si spectes eorum ætatem; & augustiores, si illorum errores. His ego fidem adhibui, quod stylus non esset phaleratus, nec ulla scriptorum affectatio, & sermo nusquam obscurus: futurorum item eventuum prænotione, &*

1. Lib. I. Hæret. fab. cap. 20. 2. pag. 165.

magni-

magnitudine promiſſorum, & quod unam univerſorum Monarchiam ſtatuerent, impulſus. Itaque mente mea divinitus edocta, intellexi quod verba quædam in his libris condemnationis inſtar proferantur, alia vero à ſervitute mundi nos abſolvant, & à multis principibus & infinitis tyrannis nos abſtrahant: & conferant in nos, non quidem novum aliquid, ſed quod olim acceptum erroris culpa retinere nequivimus. Hac igitur cognitione initiatus atque perſuaſus, improbitatem priſtinam exuere volo, ut nudus, & infantibus ſimilis reddar.

Aliam vero paulo poſt ſuæ converſionis reddit rationem, nimirum quod tantus eſſet apud Chriſtianos doctrinæ conſenſus, quantum inter paganos diſſidium: quodque tam pura & caſta eſſet illorum vita, quàm horum mores mollitie & luxu diffluerent: [1] *Quapropter*, inquit ille, *à rebus illis quas vos magno pretio ducitis, recedere decrevi, quoniam vitam nos caſtam & frugi degimus, at veſtri mores mollitie & luxu diffluunt.*

Tertiam denique ſubjicit rationem, ex plurimis quas ipſe oculis ſuis viderat, impudicarum mulierum ſtatuis deſumtam. Ex quibus ſic ille: [2] *Valedixi igitur Romanorum*, inquit, *jactantiæ, Athenienſium frigido ſermoni, & diſſentientibus illorum ſtudiis, & barbaricam noſtram philoſophiam complexus ſum.* Porro autem cùm hæc Romæ ſe vidiſſe diſertiſſime aſſerat, hinc liquido colligi poſſe arbitramur, illum hac in eadem urbe & impios Ethnicæ profeſſionis ritus omnino repudiaſſe, & ſacris fidei noſtræ myſteriis fuiſſe initiatum.

§. III.

Quid Tatianus poſt publicam Chriſtianæ fidei profeſſionem egerit; num à Creſcente Cynico aliquid paſſus ſit, ubi & quædam de textus illius integritate, & de Creſcente obſervantur.

UBi vero Chriſtianam Religionem ſuſcepit, in Juſtini philoſophi & martyris, ut alibi [3] diximus, diſciplinam traditus eſt. Id quidem memoriæ prodiderunt [4] Irenæus, [5] Hieronymus, & [6] Epiphanius, à quibus inſuper diſcimus quantos in Chriſtiana profeſſione ſub illius magiſterio progreſſus fecerit. Is vero tantum inde profecit, ut Chriſtianæ Romanorum ſcholæ paulo poſt fuerit præfectus. Nam Rhodon ſe illum ibi audi-

1. Pag. 168. 2. pag. 170. 3. Diſſertat. I. cap. 1. §. 1. 4. Lib. I. adverſ. Valent. c. 31. 5. De Script. Eccl. cap. 39. 6. Hæreſ. 46. §. 1.

viſſe

visse his apud Eusebium verbis manifestissime declarat: [1] *Cæterum in eodem libro, quem Callistioni nuncupavit, Romæ à Tatiano se eruditum esse testatur.*

Utrum autem ille Crescentem Cynicum Philosophum, sicut & præceptor suus, de quo à nobis suo loco disputatum est, adversarium habuerit, atque ejus dolis & machinationibus aliquid ob fidei Christianæ confessionem fuerit passus, in dubium nonnulli forsitan vocabunt. Nam de illo hæc Tatianus ipse scriptis consignavit: *Crescens ille Megalopoli nidulatus, maxime omnium puerorum incesto amori deditus, & pecuniæ studio addictissimus erat; mortem vero cùm cæteris contemnendam suaderet, ipse tamen tam male de ea sentiebat, ut Justinum sicut & me,* Ιυστῖνον καθάπερ ἐμὲ *tanquam extremo malo morti traderet, eo quod veritatem ille prædicans, voluptuosos, & impostores philosophos argueret.* Quid enim hæc verba, *Justinum sicut & me*, aliud significant, nisi Crescentem easdem Tatiano & Justino struxisse insidias?

Non possumus quidem inficiari ibi corruptum esse Græcum Tatiani textum, neque Manuscriptorum nostrorum ope illum posse sanari. Nam ii eadem nobis omnino exhibent atque edidi, nisi quod pro voce νόμως, quæ in istis mendosa est, legunt μόνον, qua melior quidem redditur sensus, sed cætera depravata non emendantur. Quapropter textus ille ex Eusebio corrigendus est, qui eum emendatiorem, atque, ut videtur, sanum & integrum sic descripsit: *Crescens qui in urbe Roma,* μεγάλῃ πόλει *nidulum suum fixerat, fœdis puerorum amoribus, & avaritiæ super omnes mortales deditus fuit: & qui alios hortabatur ut mortem contemnerent, ipse tantopere eam formidabat, ut Justino tamquam gravissimum malum mortem concinnaverit, eo quod veritatem ille prædicans, philosophos helluones & deceptores esse convinceret.* In hac autem ultima tantum phrasi sita est textus Græci varietas & discrepantia. Nam apud Tatianum ita legitur: Θανάτε δὲ ὁ καταφρονῶν, ὅτως αὐτὸν ἐδεδίει ὁ θάνατον, ὡς τὸ Ιυστῖνον καθάπερ τῷ ἐμὲ, ὃς κακῷ τῷ θανάτῳ φοβεῖσθαι παρεγματεύσατο· διότι κηρύσσων τὴν ἀλήθειαν λίχνους τὲ ἀπατεῶνας τοὺς φιλοσόφους συνήλεγχε. Apud Eusebium vero: Θανάτε δὲ ὁ καταφρονεῖν συμβιβάζων, ὅτως αὐτὸς ἐδεδίει τὸν θάνατον, ὡς τὸ Ιυστῖνον καθάπερ μεγάλῳ κακῷ τῷ θανάτῳ φοβεῖσθαι παρεγματεύσασθαι· διότι κηρύσσων τὴν ἀλήθειαν λίχνους τοὺς φιλοσόφους τὲ ἀπατεῶνας ἐξήλεγχεν. Atqui si hæc Eusebii, ut videtur, emen-

1. Lib. V. Hist. cap. 13.

datior

datior sit quam Tatiani lectio, certe Justinus tantum, minime vero Tatianus, aliquid à Crescente propter Christianæ fidei professionem passus est incommodi. Attamen Tatianus cùm Justini fuerit fidissimus auditor & comes, vix credibile est Crescentem molesti quidquam in præceptorem molitum fuisse, quin & in discipulum nonnihil redundarit.

At quandoquidem in hunc Tatiani locum incidimus, duo insuper in eum observanda sunt. Ac primo quidem latinum Tatiani interpretem vocem μεγάλῃ πόλει latinè reddidisse *Megalopoli*. Valesius vero eandem vocem apud Eusebium interpretatus est, *In urbe Roma*; haud dubie quia hæc, de quibus disserit Tatianus, Romæ acta fuisse pro certo habetur. Verum Gesnerus cùm in hac Tatiani oratione mentionem Megalopolis his verbis: [1] *Diauam non procul Megalopoli, sicut Romæ Latialem Jovem, humano cruore placari*, posteà factam viderit, hanc vocem eodem modo reddendam esse arbitratus est. Plures autem hujus nominis civitates fuerunt, una Arcadiæ in Peloponeso, altera Cariæ, tertia Iberiæ.

Neque superfluum aut inutile forsitan erit illud denuo animadvertere, quod Tatianus noster de Crescente, qui sub ementita Christianæ Religionis professione, infensissimus erat illius adversarius, scriptis commendavit. Etenim illum, tacito nomine, sic nativis depingit lineamentis & coloribus: [2] *Vidi quendam sæpenumero, & visum admiratus, postea contempsi, utpote qui in animo aliter sentit, foris autem quod non est mentitur, perquam delicate gloriantem, & variis modis luxuriantem: dum partim oculis micat, partim manibus gesticulatur, luteo vultu insaniens, nunc Veneri, nunc Apollini similis, unus omnium deorum accusator, superstitionis epitome, præclararum actionum calumniator, hypocrita cædium, adulterii promotor, insanæ avaritiæ commendator, cinædorum doctor, condemnandorum auctor. Talem, inquam, vidi, qui interim à nemine non laudabatur. Ego verò mendacissimum hominem, & impietatem ejus, & studia abominatus sum.*

1. Pag. 165. 2. pag. 160.

§. IV.

De antiquis scriptoribus qui Tatiano hunc asserunt librum, de ejus titulo, ætate, eruditione, & stylo; ac quomodo postea Tatianus in hæresim lapsus sit.

EX his quæ hactenus à nobis dicta sunt, certum omnibus & planè manifestum esse debet, Tatianum hujusce orationis non modo auctorem esse & parentem, sed talem etiam qualem in ea sese repræsentat. Quid enim ibi Tatianus de se ipso scribit, quod cum iis quæ de illo ab aliis Scriptoribus traduntur, omnino non conveniat? Quid vero? quod hæc oratio ipsi nominatim tribuitur non solum à Clemente Alexandrino [1], qui nonnulla quæ in ea leguntur, perspicue indicat; verum etiam ab Origene illi vindicatur his verbis: [2] *Sed & Tatiani junioris circumfertur ad Græcos Oratio, quâ eruditissime allegat eos, qui in suis historiis mentionem fecerunt de Judæorum & Moysis antiquitate.*

Deinde vero Eusebius præter breve quoddam hujusce commentationis fragmentum, totidem verbis in historia sua transcriptum, aliud longe prolixius decimo [3] Præparationis Evangelicæ libro, quo ea omnia quæ de Moysis & Homeri antiquitate quinque integris foliis disputat Tatianus, de verbo ad verbum, exceptis tantummodo librariorum amanuensium erroribus, accurate continentur. Denique Opus istud à cæteris omnibus omnium ætatum scriptoribus eidem Tatiano, nemine, ut putamus, reclamante, asseritur.

Quem vero titulum Tatianus huic lucubrationi imposuerit, jam ex Origene audivimus. Etenim ab eo appellatur, *Oratio ad Græcos*. In antiquissimo autem Regio codice manuscripto, nihil aliud occurrit, nisi Τατιανῦ πρὸς Ἕλληνας. Atque ita etiam à Clemente [4] & Eusebio [5] citatur, ἐν τῷ πρὸς Ἕλληνας. At ibi nullus non videt vocem λόγος, aut βίβλος, aut aliam similem subaudiri. Huic autem titulo quæ in editis adjecta sunt, ea quoque in recentiore codice Regio leguntur. Cùm vero in antiquioris manuscripti margine addita fuerint, hinc liquido colligitur, hoc additamentum posterioris cujusdam esse Scriptoris, qui eo voluit totius orationis argumentum exponere.

1. Lib. I. Stromat. p. 320. 2. Lib I. contra Celsum. 3. Lib. X. Præparat. Evangel. cap. 11. 4. Clem. lib. I. Stromat. pag. 320. 5. Euseb. lib. IV. Histor. cap. 16.

Difficil-

Difficilioris videtur operæ ipſum aſſignare tempus, quo illa à Tatiano publici facta eſt juris. Oculatioribus tamen Criticis certum videtur, illam ab eodem Tatiano compoſitam poſt Juſtini mortem, & antequam ipſe in hæreſim laberetur. Quod quidem eo probant, quod ex eis erroribus, quos ille poſt ſuam in hæreſim prolapſionem propugnavit, nullus in hoc libro occurrat.

In hujus autem ſententiæ confirmationem, illud primum afferri poteſt, quod Tatianus aperte dicat, Creſcentem *Juſtino*, ut loquitur Euſebius [1], *tanquam graviſſimum malum mortem concinnaviſſe*. Deinde vero ubi Juſtini citat verba & auctoritatem, illum vocat virum omnium admiratione digniſſimum, θαυμασιώτατον. [2] Quo quidem laudis elogio homines, niſi poſt mortem, non ſolent exornari.

Quorundam vero doctiſſimorum hujus ætatis Criticorum opinio eſt, illum tunc huic lucubrationi manum admoviſſe, cùm adhuc Romæ commoraretur. Attamen eam ab eodem Tatiano poſt ſuum ex eadem urbe diſceſſum fuiſſe editam, ex his illius verbis arbitramur haud obſcure poſſe colligi: *Tandem Romæ*, inquit, *verſatus*, ἔγραψον δὲ τῇ Ῥωμαίων ἐπιδημείᾳ πολει *conſcribere inſtituo*. Si tamen contendas ac demonſtres his verbis non minus rem præſentem, quàm præteritam ſignificari, non multum repugnabimus, modo hanc orationem à Tatiano poſt Juſtini obitum ſcriptam fuiſſe conceſſeris. Cùm itaque ſanctiſſimus ille vir circa annum 167. glorioſam martyrii palmam fuerit conſequutus, dicendum eſt hanc orationem à Tatiano eadem circiter tempora fuiſſe compoſitam.

Porro autem antiquiſſimi Scriptores illam ſummis extollunt laudibus. Enimvero Euſebius de ea hæc ſcriptis mandavit: [3] *Maximum certe librorum numerum ab eo* (Tatiano) *relictum eſſe conſtat: ex quibus præcipue multorum teſtimonio laudatur inſignis ille adverſus Gentiles liber: in quo repetitis prioris ævi temporibus, Moſem, & cæteros Hebræorum Prophetas, omnibus qui apud Græcos celeberrimi extiterunt, vetuſtiores fuiſſe convincit. Qui quidem liber, omnium quos ille ſcripſit, elegantiſſimus ſimul atque utiliſſimus videtur.*

Eadem de hoc libro tradit Hieronymus: [4] *Porro*, inquit, *Tatianus infinita ſcripſit volumina, è quibus unus contra gentes*

1. Lib. IV. Hiſt. cap. 16. 2. pag. 157. 3. Lib. IV. Hiſt. cap. 29. 4. De Scriptor. Eccleſ. cap. 39.

florentissimus extat liber, qui inter omnia opera ejus fertur insignis.

Quam accurate verò & erudite de Moysis & Hebræorum Religione & doctrina hoc in libro disputaverit Tatianus, memorat non solum Origenes [1] à nobis jam laudatus, sed priùs etiam Clemens Alexandrinus, cujus hæc sunt verba: [2] *Ac de iis quidem accurate dictum est à Tatiano in Oratione adversus Græcos.* Et vero quam variâ minimeque vulgari eruditione hæc oratio referta sit, nemo est qui non videat. At in ea stylus, etsi elegans, magis tamen politus & elaboratus, & concinnior, aptiorque argumentorum ordo & dispositio non immerito desideratur. Neque enim negari potest plures passim, & aliquando longissimas, occurrere à proposito digressiones, quæ oratoris operâ, si majorem ponere voluisset, poterant facile evitari.

Quomodo autem post editam hanc orationem & sanctissimi præceptoris sui obitum, is ipse Tatianus in hæresim lapsus sit, nos in prima nostra hujusce Tomi Dissertatione [3] fusè ostendimus.

§. V.

De hujusce Orationis Codicibus Manuscriptis, & editis, ac variorum in eam notis & observationibus, atque aliis Tatiani Operibus.

DUo in ditissima Christianissimi Regis nostri Bibliotheca habentur hujusce Orationis Manuscripti Codices Græci. Horum primus venerandæ est antiquitatis, de cujus ætate in nostris ad Justinum, & Athenagoram Dissertationibus suprà à nobis disputatum est. Secundus autem longe recentior est, & sæculo tantum præterito anno 1534. ut in eo annotatur, à Bessarione Monacho in Monasterio sancti Antonii Venetiis exaratus.

Post Tatiani Orationem in eodem Manuscripto Codice exhibetur alia brevissima commentatio hoc titulo inscripta: Τρυφῶν περὶ ψυχῆς κατὰ Τατιανόν. In ea vero, quæ septem tantum capitulis, brevique admodum procemio comprehensa est, de animæ humanæ substantia, atque in primis de natura illius spirituali & immortali adversus tributos Tatiano errores breviter strictimque disputatur. Quis autem fuerit ille Gregorius, & utrum hæc parva lucubratio typis edita sit, nobis nondum satis compertum esse potuit. Quamobrem non inutile omnino fore pu-

1. Lib. I. contra Celsi. 2. Lib. I. Stromat. pag 330. 3. Dissert. I. cap. 6. §. 1.

tamus,

tamus, si illa publici juris fiat, pateatque omnibus quo argumentandi modo opinio Tatiani de hominis anima ab Græco Scriptore impugnetur.

Ex his autem Orationis Tatiani græca manu exaratis codicibus corrigi quidam possunt editorum errores, sed non omnes. Nam in iis codicibus sicut in editis occurrunt loci quidam mutili & hiantes, qui librariorum oscitantia imperfecte repræsentantur. Nullus autem dubitandi locus est, quin plures in aliis Bibliothecis extent ejusdem lucubrationis inediti codices. Enimvero Possevinus testatur se Bononiæ unum in Bibliotheca S. Salvatoris invenisse ejusdem Operis exemplar, græcè descriptum, cujus ultima ipse retulit verba. Porro autem non ex his tantum manuscriptis emendari possunt editiones, verum etiam ex fragmentis, quæ Clemens Alexandrinus ac potissimum Eusebius ex hac, ut diximus, Oratione transtulerunt.

Variæ autem fuerunt illius typis Græcis & Latinis editiones. In publicum enim prodiit Græco Latinoque idiomate, Conrado Gesnero interprete, Tiguri anno 1546. & Basileæ an. 1555. & deinde ibidem sæpius. Eodem quoque modo non semel postea excusa est, nimirum Parisiis an. 1624. Tom. I. Græco-latinæ Bibliothecæ veterum Patrum; & post Justini Opera in eadem urbe publicata fuit annis 1615. & 1636. Postremo latinis tantum typis impressa habetur in Orthodoxographis *, & in omnibus Patrum Bibliothecis, Parisiensi, Coloniensi, & nostra Lugdunensi.

Quasdam eruditus vir Fronto Ducæus in hanc Tatiani lucubrationem edidit notas, quæ ad calcem Tomi primi Bibliothecæ Patrum Græco-latinæ adjectæ sunt. In iis ille corrupta quædam loca ex Clemente Alexandrino, & Eusebio, ac potissimum ex Regio codice, eo haud dubie, cujus primo loco mentionem fecimus, scite corrigit. At in aliis nonnulla illustrat, quæ de quibusdam paganis viris & mulieribus, literis commendavit Tatianus noster.

Nonnullas etiam in eandem Orationem Christianus Kortholtus & alii scripserunt annotationes, quæ quidem omnes ejusdem sunt generis, atque aliæ quas in superiores Scriptores ab illis divulgatas fuisse supra monuimus.

Præter hanc ad Græcos Orationem, Tatianus alias edidit lucubrationes, quarum maximus, teste Eusebio [1], fuit numerus:

* Imo Græcis Latinisque typis inter Orthodoxographa prodiit. *Basil.* 1555.

1. Lib. IV. Hist. cap. 29.

Maxi-

Maximum certe, inquit, *librorum numerum ab eo relictum esse constat.* Hieronymus vero: [1] *Tatianus infinita scripsit volumina.* Sed neuter ea singillatim recensuit; haud dubie quia major erat illorum numerus, quam ut ea omnia possent aut legere, aut etiam penes se habere. Ex tanta tamen Operum multitudine Eusebius [2] memorat Evangeliorum collectionem, titulo διὰ τεσσάρων inscriptam, de qua infra à nobis instituetur disputatio. Addit præterea: *Aiunt etiam nonnulli, ausum illum esse dicta Pauli Apostoli elegantioribus verbis exprimere; utpote qui compositionem verborum illius corrigere studeret.* Citatur a [3] Clemente Alexandrino alius liber ab illo editus; *De perfectione secundum Salvatorem.* Hunc autem librum in hæresis suæ defensionem ille composuerat. Nec aliam fortasse ob causam, alius Quæstionum seu Problematum liber, ut ex Rhodone narrat Eusebius, ab eo conscriptus est: [4] *Refert etiam à Tatiano elucubratum esse Quæstionum librum, προβλημάτων βιβλίον, in quo cùm Tatianus obscuros atque involutos Scripturæ locos se expositurum esse promisisset, ipse Rhodon solutiones Quæstionum Tatiani peculiari opere editurum se esse profitetur.*

Porro autem cùm Tatianus in Catholicæ Ecclesiæ castris adhuc mereretur, librum *de animalibus*, à se divulgatum, his citat verbis: [5] *Sed hæc in libro de animalibus accuratius explicavi.* Alium autem librum se aliquando scripturum hæc promiserat in verba: [6] *De administratione nostra, & Religionis nostræ historia, quæcunque dicta sunt ab eruditis Græcorum, & qui quotque numero ejus meminerint, in libro ad eos qui rebus divinis simplicem fidem detrahunt, demonstrabitur.* Utrum autem promissis ille steterit, tam incertum est, quam nulli dubium esse potest, Opera hæc omnia, quæ Tatianus sive Catholicus, sive Hæreticus in lucem emisit, jam à longo tempore fuisse deperdita, nec ullum, præter illa quæ à nobis citata sunt, vix eorum amplius extare vestigium.

1. De Script. Eccles. c. 39. 2. Lib. IV. Hist. cap. 29. 3. Lib. III. Strom. pag. 460. 4. Lib. V. Hist. cap. 13. 5. Orat. ad Græc. pag. 154. 6. ibid. pag. 173.

CAPUT.

CAPUT. II.

Novæ in Tatiani Orationem observationes.

§. I.

De Moysis ac scripturæ sacræ antiquitate, ac de perspicuitate ejusdem Scripturæ.

PRimum omnium, quæ pro officio nostro in Tatiani Orationem à nobis sunt observanda, illud quidem esse debet, quod ab eo de Moysis divinorumque illius librorum antiquitate perhibetur. Contendit enim illos omnibus Ethnicis Scriptoribus esse antiquiores. Quo sane in argumento tam docte & accurate versatus est; ut magnam inde, ut jam diximus, à Clemente Alexandrino, & Origene laudem merituissimo quidem jure reportaverit. Plura hanc in rem, de qua, & de citata ibidem à Tatiano literarum inventione, jam abunde supra [1] disputavimus, huc congerere nihil necesse est.

Illud etiam strictim attigimus, quod asserit idem Tatianus, Moysem ejusdem cum Inacho fuisse ætatis. Monuimus autem, Eusebium primum omnium fuisse, qui huic veterum Scriptorum opinioni refragatus est. Et ille quidem quosdam citat hujusce, quam Tatianus tuetur, sententiæ defensores: sed plures vetustissimos paganorum auctores prætermisit, quos à Justino [2] & aliis citatos reperies. Utrum vero ille ab hac tot Scriptorum, quorum maxime intererat illam Moysis antiquitatem aut propugnare aut refellere, communi opinione jure vel injuria recesserit, aliorum esto judicium. Nobis porro duo, quæ hac in quæstione abunde sufficiunt, ultro concedit. Primum enim fatetur, hanc revera fuisse antiquissimorum Scriptorum sententiam. Secundum vero, quamvis Moysem longe post Inachum, & Cecropis tantum temporibus, exstitisse contendat; docet tamen illum omnes omnino præcessisse Ethnicos Scriptores: [3] *Namque Moyses*, inquit ille, *junior licet supradictis, illis tamen quos Græci antiquissimos putant senior deprehenditur, Homero scilicet, Hesiodo, Trojanoque bello, ac multo superior Hercule, Musæo, Lino, Chirone, Orpheo, Castore, Polluce, Æsculapio, Libero, Mercurio, Apolline, cæterisque diis gentium, sacrisque vel vatibus, ipsius quoque Jovis geniti, quem Græcia in arce divinitatis collocavit. Hos, inquam,*

1. Pag. 189. & seq. 2. Cohortat. ad Gent. p. 9. 3. Præf. in Chronic.

omnes,

omnes quos enumeravimus, etiam post Cecropem Diphyem primum Atticæ Regem fuisse convincimus. At Tatiano, Justino, aliisque nostris auctoribus, qui nihil aliud, quam Moysem omnibus paganis Scriptoribus antiquiorem fuisse demonstrandum suscepérunt, id utique erat satis, planeque sufficiebat.

Ad ea itaque accuratius examinanda jam veniendum est, quæ idem Tatianus de divinorum librorum stylo & excellentia prædicat: [1] *His*, inquit, *ego fidem adhibui, quod stylus non esset phaleratus, nec ulla Scriptorum affectatio, & sermo nusquam obscurus: futurorum item eventuum prænotione, & magnitudine promissorum, & quod unam universorum Monarchiam statuerent, impulsus. Itaque mente mea divinitus edocta, intellexi quod verba quædam in his libris condemnationis instar proferantur, alia vero à servitute mundi nos absolvant, & à multis principibus ac infinitis tyrannis nos abstrahant: & conferant in nos, non quidem novum aliquid, sed quod olim acceptum, erroris culpâ retinere nequivimus.*

Mirum forsitan id non paucis videbitur, quod ulla absque hæsitatione Tatianus asseveret, nullam in sacris veteris Testamenti libris esse sermonis obscuritatem. Quis enim ignorat quàm multi in eis occurrant loci obscuriſſimi, quique difficillimos habeant explicatus? Numquid ergo fides Tatiano abroganda est? Nemo, uti putamus, id dixerit. Quamobrem cùm ille haud dubitanter affirmet sermonem Scripturæ sacræ nusquam esse obscurum, dicendum est Apostolos, quibus Christus, ut sacræ Scripturæ verbis loquamur, [2] *sensum aperuerat, ut intelligerent Scripturas*, eas discipulos suos tam clare docuisse, ut nihil in eis obscuri & difficilis invenerint. Ab his autem edocti Tatianus, aliique ejusdem ætatis Christiani nihil quoque in ea viderunt, nisi clarum, facile, & omnino evidens. Unde Chrysostomus omnes sui temporis Christianos qui, ne Scripturas legerent, vanam obscuritatis illius afferebant excusationem, sic arguit: [3] *Apostoli & Prophetæ omnia manifesta claraque, quæ prodiderunt, exposuerunt omnibus, veluti communes orbis doctores, ut per se quisque discere possit ea quæ dicuntur, è sola lectione.* Alibi vero: [4] *Omnia*, inquit, *sunt dilucida & recta, quæ sunt in divinis Scripturis. Manifesta sunt, quæ sunt necessaria.* Censent quidem nonnulli Chrysostomum non de omnibus Scripturæ la-

1. Pag. 165. 2. *Luc.* 24. ver. 45. 3. Tom. V. Homil. 3. de Lazaro. 4. Tom. VI. Homil. 3. in Epist. 2. ad *Thessal.*

eræ partibus loqui, ſed de iis tantum, quæ ad rectè pieque vivendi præcepta, & ad ſacras hiſtorias moribus noſtris rite informandis neceſſarias & utiles pertinent. Quæ quidem opinio, ut id & nos adjiciamus, his poteſt confirmari Origenis verbis: [1] *Ad ſimilitudinem corporalis exempli eſt aliquibus etiam in verbo Dei cibus lactis; apertior ſcilicet ſimpliciorque doctrina, ut de moralibus eſſe ſolet, quæ præberi conſuevit iis, qui initia habent in divinis ſtudiis, & prima eruditionis rationabilis elementa ſuſcipiant. His ergo cùm recitatur talis aliqua divinorum voluminum lectio, in qua non videatur aliquid obſcurum, libenter accipiunt; verbi cauſa, ut eſt libellus Heſter, aut Judith, vel etiam Tobiæ, aut mandata Sapientiæ. Si vero legatur ei liber Levitici, offenditur continuo animus, & quaſi non ſuum refugit cibum.*

Verum cùm omnia, quæ in Scriptura ſunt, teſte Chryſoſtomo, ab Apoſtolis clare & perſpicue explicata fuerint, nulli dubium eſſe debet, quin eorum diſcipuli illa quoque eodem modo ſuis expoſuerint auditoribus. Quod quidem ex variis Chriſtianorum ſcholis, ante primi Eccleſiæ ſæculi finem inſtitutis, ubi peritiores exponendis ſacris Scripturis ſuam impendebant operam, haud parum valide poteſt confirmari. Quid ergo mirum ſi Tatianus, & alii ejuſdem ætatis Chriſtiani homines, nihil in iiſdem ſcripturis invenerint obſcuri? Attamen ſi Tatiani noſtri verba non ſine aliqua exceptione contendas eſſe intelligenda, idque probaveris, tuæ profectò opinioni non multum reluctabimur.

§. II.

De ſuprema Chriſti divinitate.

QUam Tatianus ex præceptore ſuo Juſtino acceperat de divina Filii Dei natura doctrinam, eandem ille hac in Oratione luculenter exprimit: [2] *Nunc manifeſtiùs*, inquit, *Religionis noſtræ arcana pandam. Deus erat in principio, principium autem Verbi potentiam eſſe accepimus. Quippe Dominus mundi, cùm ipſe ſit univerſorum ſubſtantia, nondum condito mundo, ſolus erat. Si vero reſpicias potentiam ejus, in qua viſibilia & inviſibilia cuncta conſiſtunt, omnia cum ipſo erant. In ipſo enim per potentiam Verbi, tum ipſe, tum Verbum quod in eo erat extitit. Cùm voluit autem ipſe, Verbum ex ſimplicitate ejus proſiliit. Et Verbum non inaniter prolatum, primogenitum*

1. Homil. XXVII. in *Num.* 2. Pag. 145.

opus sit ipsius spiritus. Hoc scimus esse principium mundi. Natum est autem per divisionem, non avulsionem: quod enim avellitur, à primo separatur; quod vero dividitur, id functione donatum propriâ, nihil imminuit illum à quo vim suam sumpsit. Quemadmodum enim ab una face aliæ multæ accenduntur, nec tamen primæ facis lux minuitur propter plures inde succensas: sic etiam Verbum è Patris potentia progressum, non relinquit genitorem Verbi expertem. Nam & ego si loquar, & vos auditis, non tamen propter transitum sermonis, ego qui vobiscum loquor, sermone vacuus fio: . . . Et quemadmodum Verbum in principio genitum, mundum & nos vicissim genuit, cùm sibimet materiam produxisset: &c. In hac doctrina & fidei Christianæ clara & luculenta expositione, Tatianus non solum eadem, ac præceptor ejus Justinus, docet & prædicat: sed iisdem etiam argumentis & comparationibus utitur. Quid enim, quæso, iis quæ supra ex Justino de Christi divinitate retulimus magis consentaneum, quàm hæc Tatiani verba? *Natum est per divisionem, non avulsionem.* γέγονε δὲ κατὰ μερισμὸν, ὃ κατὰ ἀποκοπὴν. Quid vero quod eadem ratione, eodemque argumento illud demonstrat & evincit? *Quod enim avellitur, à primo separatur: quod vero dividitur, id functione donatum propria, nihil imminuit illum à quo vim suam sumpsit.* Denique illud iisdem, facis ab altera face accensæ & verbi humani, comparationibus asserit & confirmat.

Neque minori profecto (*subtilitate*) quàm idem magister suus, de Verbi divini æternitate his verbis disputat: *In ipso enim per potentiam Verbi, tum ipse Pater, tum Verbum quod in eo erat, extitit.* συὼ αὐτῷ γὰρ ἀφ' λογικῆς δυνάμεως, αὐτὸς, ᾧ ὁ λόγος ὃς ἦν ἐν αὐτῷ, ὑπέστησε. Quid enim aliud his verbis sibi vult Tatianus, nisi creaturas omnes, antequam producerentur, ita in Verbo extitisse, sicut & in ejus Patre, nimirum in virtute & potentia?

At doctissimus tamen vir Petavius contendit Tatianum iisdem verbis nihil plane significasse, nisi [1] *Verbum à Patre productum ex æterno, non actu, & in seipso, sed tantummodo in* λογικῇ δυνάμει ac *potestate fuisse, quemadmodum in eâdem erant & creata deinceps omnia.* Quamobrem hunc Auctoris nostri locum sic latine reddendum esse putat: *Quatenus vero tota vis & potentia, ac tam eorum quæ videri possunt, quàm quæ videri nequeunt, substantia erat ipse, cum eo erant omnia. Nam cum ipso per rationalem vim* λόγος *ipse, qui in eo erat, produxit. Voluntate porro simplicitatis ipsius*

1. Tom. II. Theol. dogm. lib. I. cap. 5. §. 5.

λόγος

λόγος *erupit*: *qui quidem non in vacuum emanans, primigenium opus Patris fuit.* Hac autem verborum Tatiani interpretatione concludit, illum revera credidiſſe Verbum divinum, antequam exiſteret, in Patre non ſecus ac cæteras creaturas fuiſſe, non actu, ſed poteſtate tantummodo; ita ut illud fuerit primum Patris opus, ſeu prima creatura, per quam cætera omnia creata ſunt.

Sed quantum ab hoc errore abhorruerit Tatianus noſter, ex eo evidenter colligitur, quod diximus illum eodem modo ac Juſtinum docuiſſe Verbum à Patre eſſe genitum *per diviſionem, non avulſionem.* Enimvero ille Verbum divinum eo loquendi modo ab omni rerum creatarum, quæ per avulſionem producuntur, ordine plane penituſque diſcrevit. Quod quidem & ex eo ſtabiliri poteſt, quod voce *genitum*, non autem creatum haud inconſulto uſus fuerit. Petavius igitur, bona doctiſſimi viri pace id nobis liceat dicere, non videtur Tatiani noſtri ſenſum nec mentem fuiſſe aſſequutus. Et vero in hac ſua illius loci latina verſione, ut id in primis obſervemus, ex his verbis αὐτὸς γὰρ ὁ λόγος, articulum αὐτὸς, quo ſignificat Tatianus Verbum cum Patre ab æterno extitiſſe, omnino prætermiſit.

Neque eſt quod ille urgeat, hæc verba ἀλλὰ λογικῆς δυνάμεως, non poſſe Verbi ſignificare potentiam; quandoquidem inde ſequeretur Patrem in Verbi potentia fuiſſe. Hæc enim verba λογικὴ δύναμις apud Tatianum idem ſonant, ac ipſummet Verbum. Nam paulo poſt dicit ἡ δὲ τοῦ λόγου δύναμις ἔχουσα, &c. *Verbi autem potentia cùm ſecum præneſceret*, &c. Deinde quid rectæ rationi minus conſentaneum protulit Tatianus, cùm Patrem in Verbo ſuo eſſe dixit, ſicut & Verbum in Patre eſſe dicitur? Nonne cùm uterque unius & ejuſdem ſint naturæ ac ſubſtantiæ, in ſe invicem eſſe dici poſſunt?

Et hæc quidem, ex his quæ in tertia noſtra Diſſertatione [1] diximus, mirum in modum enucleantur ac confirmantur. Quemaddum enim ibi Athenagoras, ut à nobis demonſtratum eſt, probat Verbum divinum ab æterno eſſe λόγον; quia Pater ejus ab æterno λογικὸς fuit: ita & Tatianus docet Patrem ſemper in Verbo ſuo extitiſſe ἀλλὰ λογικῆς δυνάμεως.

Ex quibus, & iis quæ hactenus diſputavimus, liquet eadem omnino non ſolum cum Juſtino martyre, ſed etiam cum Athenagora, de ſumma Verbi ſeu Filii divinitate & æternitate ab eodem Tatiano noſtro fuiſſe tradita, eandemque eorum fuiſſe de Trinitatis myſterio fidem & ſententiam. Quod quidem auctori-

1. Cap. 5. §. 2.

tate antiquissimi Scriptoris, qui, Eusebio [1] teste, impiam Artemonis, Christum merum hominem esse aseverantis, hæresim confutavit, invicte demonstratur. Hunc enim errorem eversum esse testatur à Justino, Miltiade, *Tatiano*, aliisque quamplurimis: *in quorum omnium libris Christi divinitas adstruitur.*

Contra tamen urgebis Tatianum ibidem continuo subjungere: *Cùm voluit autem ipse, Verbum ex ejus simplicitate prosiliit.* Quid enim, argues, aliud inde colligi potest, nisi Verbum, sicut & cæteras omnes creaturas, in Patris aliquando fuisse potentia, illudque aliquando non extitisse? Sed falsa est omnino hæc consequutio, ac Tatiani doctrinæ & menti penitus contraria. Citatis quippe verbis nihil aliud docet, nisi Verbum divinum, quod in Patre revera erat, sicut verbum hominis internum, ut ipsa Tatiani comparatione utamur, reipsa est in homine, tum ex ipsomet Patre suo prosiliisse, cùm ille mundum creare voluit. Quamobrem sæpius repetit illud Verbum, à quo producta sunt omnia, mundi fuisse principium.

At, inquit Petavius, Verbum à Tatiano dicitur ἔργον πρωτότοκον πνεύματος, *Primogenitum opus spiritus*, id est, prima spiritus creatura. Sed ad hunc nodum, quem vir eruditissimus summæ difficultatis esse putat, facile solvendum, certissima nobis ille ipse argumenta submINistrat. Nam ubi hæc Apostoli verba: [2] *Primogenitus omnis creaturæ*, quibus in hæresis suæ defensionem Ariani abutebantur, datâ operâ examinat, [3] ibi illa ab antiquis Patribus etiam post Nicænam Synodum Catholico sensu luculenter explicata fuisse demonstrat. Inter varios siquidem eadem verba ad sanæ fidei normam exponendi modos, hunc ex Basilio [4] sic loquente ibidem profert: *Verum quia primogenitus mortuorum ideo vocatur, quod causa sit resurrectionis; eodem sensu primogenitus creaturæ nominabitur, quod causa sit educendæ ex non extantibus, ad hoc ut extet, creaturæ.* Quid vero? quod idem Petavius ubi aliam quorundam Patrum, qui eadem Pauli verba de humana Christi natura interpretabantur, explicationem haud indiligenter ponderavit, definite pronuntiat, ea potius de Christo, quatenus Deus est, intelligenda sibi videri, juxta hanc quam ibidem affert Novati interpretationem: [5] *Quòd si & primogenitus omnis creaturæ ab Apostolo dictus sit Christus, quomodo omnis creaturæ primogenitus esse potuit, nisi quoniam*

1. Lib. V. Hist. cap. 28. 2. *Coloss.* 1. ver. 15. 3. Petav. Tom. II. Theol. dogm. cap. 4. 4. Basil. lib. IV. adv. Eunom. 5. Novat. lib. de Trinit. cap. 16.

secundum

secundum divinitatem ante omnem creaturam ex Patre Deo sermo processit? Quid igitur Tatiano vitio verti potest, si eodem sensu dixit: *Verbum esse primogenitum opus spiritus?* Atqui Bullus [1] eum hoc posteriori sensu loquutum esse censet, idque eo probat, quod idem Tatianus materiam inter & materiæ creatorem, hoc est, Deum ipsum nihil medium esse apertissime pronuntiet. At idem Tatianus disertissime definit, Verbum divinum non solùm omnis materiæ esse expers, sed eam quoque ab ipso fuisse creatam. Nobis vero ille ad Basilii mentem propius videtur accessisse. Etenim post citata à Petavio verba, continenter adjecit: *Hoc scimus esse principium mundi: Natum est autem per divisionem, non avulsionem.* Hinc enim non obscure colligitur ab eodem Tatiano Verbum appellari, *Primogenitum opus, quod causa sit*, ut ait Basilius, *educendæ ex non extantibus, ad hoc ut extet, creaturæ.*

§. III.

De Angelis & dæmonibus, quando, & ubi creati: num dæmones sint corporei, aut mortuorum hominum animæ: num supplicium eorum sit dilatum, & etiamnum peccent.

DOcet Tatianus Verbum divinum ante homines creavisse Angelos, ac utrosque liberi sui arbitrii fecisse compotes: [2] *Verbum divinum ante creatos homines produxit Angelos; utraque vero creatura arbitrii sui libertati permissa est, boni rationem non sibi nativam, sed apud Deum solum repositam habens.*

Non alio autem in loco Angelos à Verbo divino creatos esse credidit, nisi in cœlo. Etenim eos post peccatum suum inde ejectos fuisse asseverat: [3] *Dæmones emigraverunt, ejecti sunt primi generis humani parentes; illi cœlo pulsi, hi terrâ*, &c.

Cujus autem substantiæ sint iidem dæmones, sic ille explicat: [4] *Dæmones omnes non carnea, sed spirituali concretione constant, qualis est ignis & aëris. Quæ corporum constitutio à solis illis conspici potest, qui spiritu Dei muniuntur, non item à cæteris hominum, quos anima regit; diguius enim ab indigniori comprehendi non potest.* Audis sane quam clare & aperte doceat Tatianus, dæmones naturæ cujusdam esse corporeæ & materialis, quæ quidem nihil humanæ carnis habeat, sed ea longe tenuior sit & subtilior, qualis est aëris & ignis substantia. Hanc autem

1. Bull. Def. Fidei Nicen. Sect. 3. c. 6. §. 6. 2. Pag. 146. 3. Pag. 159. 4. Pag. 154.

corpoream

corpoream materialemque naturam ulla absque hæsitatione spiritualem concretionem & coagmentationem esse asserit: πάμπαν δὲ ἔξιν αὐτοῖς ἢ σύμπηξις.

Tres autem ex hac opinione sua elicit conclusiones. Primum enim inde concludit, dæmones ab iis tantum videri posse, [1] *qui spiritu Dei muniuntur.* Deinde vero eos non esse morti facile obnoxios: [2] *Non facile autem moriuntur isti, cùm carnei non sint: sed viventes negotia mortis exercent, toties nimirum & ipsi morientes, quoties illos, quibus præeunt, peccatis imbuerint.* Denique inde colligit eosdem dæmones non posse peccatorum suorum agere pœnitentiam: *Quocirca dæmonum substantia pœnitentiæ locum non habet; materia enim & improbitas in eis relucent. Materia autem voluit imperare animæ.*

Quod autem ad corpoream eorum naturam, morti non facile obnoxiam, attinet, certè ab auctoris nostri opinione non multum visus est aliquando abhorrere Augustinus, qui de iisdem dæmonibus sic loquitur: [3] *Etsi Dæmones aërea sunt animalia, quoniam corporum aëreorum natura vigent: & propterea morte non dissolvuntur, quia prævalet in eis elementum, quod ad faciendum, quam ad patiendum est aptius,* &c. Quocirca licet ultro concedat præstantius esse quidem Angelorum, quàm hominum, corpus; negat tamen illos ratione ac pietate vel honestate ipsis hominibus esse meliores: [4] *Ab hujus aëris animalibus quibusdam vilissimis, quos dæmones vocant, nos superari acumine ac subtilitate sensuum posse concedo, ratione autem nego.* Alibi vero: *Absit ut ista considerans animus veraciter religiosus, & vero Deo subditus, ideo arbitretur dæmones seipso esse meliores, quòd habeant corpora meliora ..... Sed sicut his omnibus* (quæ nominatim appellavit,) *animalibus ratiocinando & intelligendo meliores sumus; ita etiam dæmonibus bene atque honestè vivendo meliores esse debemus.* Ad Paulinum tamen ubi de eadem quæstione scribit, simili quidem modo rursum disputat; sed ab eo tandem petit; ut si quid verius aliquid excogitaverit, vel acceperit ab aliis, de his se faciat certiorem: [5] *Interim si quid congruentius veritati vel jam tenes, vel à doctioribus audire potueris, per te nosse studiosissimè expecto.* Hactenus itaque Augustinus hoc de argumento nihil certius noverat, quàm dæmonas

1. Pag. 154. 2. Pag. 153. 3. Lib III. de Gen. ad lit. cap. 10. 4. Lib. I. contra Acad. cap. 6. 5. Epist. 95. novæ edit.

natura

naturæ cujuſdam eſſe ſubtilis, ſed corporeæ & materialis, vel, ut ipſe loquitur, *aëreorum corporum.*

Ex cæteris autem Patribus Auguſtino & antiquioribus & recentioribus non paucos huic opinioni ſuffragatos eſſe, nemo eſt qui neſciat. Quamobrem nihil neceſſe eſt illorum omnium & ſingulorum proferre teſtimonia. At illud tamen prætermittere non poſſumus, quod ex Johanne Epiſcopo Theſſalonicenſi in VII. Synodo generali, nimirum Nicænâ ſecundâ, hunc in modum recitatum eſt. [1] *De Angelis, & Archangelis, & eorum poteſtatibus, quibus & noſtras animas adjungo, ipſa Catholica Eccleſia ſic ſentit, eſſe quidem intelligibiles, ſed non omnino corporis expertes & inviſibiles, ut vos gentiles dicitis, verum tenui corpore præditos, & aëreo ſive igneo, ut ſcriptum eſt: Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ejus ignem urentem. Sic autem multos ſanctorum Patrum ſenſiſſe cognovimus, quorum eſt Baſilius cognomento magnus, & Beatus Athanaſius, & Methodius, & qui ſtant ab illis ..... Nemo vel Angelos, vel dæmones, vel animas dixerit incorporeas, multoties enim in proprio corpore viſi ſunt, ſed ab illis quibus Dominus oculos aperuit.* Ita ille non ſolum dæmones, ſed bonos etiam Angelos, & animas hominum, naturæ cujuſdam corporeæ eſſe haud obſcure pronuntiat, ſed conſtanter affirmat hanc quoque fuiſſe antiquorum Eccleſiæ Patrum ſententiam. Huc accedit quod Patres Concilii Nicæni eam ſilentio ſuo approbare, aut certe non improbare, viſi ſunt; nihil enim ullus ex eis contra illam reclamaſſe legitur. Quapropter Bernardus nihil omnino de Angelorum corporea natura definire auſus eſt: [2] *Videntur Patres de hujuſmodi diverſa ſenſiſſe, nec mihi perſpicuum eſt unde alterutrum dicam, & neſcire me fateor.* Neque hîc ſolum, ſed in alio etiam libro dubius omnino hæret: [3] *De corporibus horum non modo unde ſint, ſed an aliquatenus ſint, hæret ſententia aliquorum. Unde ſi quis inter opinabilia magis id ponendum cenſuerit, non contendo.* Qui plura de his ſcire voluerit, adeat Eſtium in Lib. II. Sent. diſt. 8. atque alios auctores Scholaſticos, in primis vero Petavium Tom. III. Theol. dogm. Lib. I. cap. 2. & ſeqq. & Lib. III. cap. 1.

Duo præterea de iiſdem dæmonibus tradit Tatianus. Primum enim docet, eos non eſſe mortuorum hominum animas: [4] *Porro dæmones, qui hominibus imperant, non ſunt animæ hominum,* &c.

1. Act. 5. p. 797. 2. Serm. V. in Cant. Cant. 3. Lib. V. de Conſid. c. 4. 4. Pag. 154.

His

His autem verbis Athenagoræ refellit opinionem, de qua nos suo loco [1] disputavimus.

Deinde vero in ea videtur esse opinione, quæ eosdem dæmones negat pœnis æternis ante mundi hujus finem, & ultimum Christi judicium excruciandos. [2] *Quod in præsentia peculiare habent, nempe non similiter ut homines mori, id quoque punitionis ipsorum tempore habebunt, neque pro morte commutata immortalitate, vita fruentur æterna ... Dæmones qui præsenti vita ad peccandum abutuntur, & perpetuo etiam in hac vita moriuntur, eandem in posterum immortalitatem habebunt, similem priori, qua cùm vivebant, quod ad ejus constitutionem sive essentiam: quod vero punitionem attinet, similem illorum hominum conditioni, qui cùm viverent, pro animi sui sententia perfecerunt quidquid eis placuisset .... Dæmonibus autem peccata latius se extendunt propter longævam ætatem.* At hæc de dilato dæmonum ad mundi usque finem supplicio sententia, à nobis in secunda de Justini martyris Operibus Dissertatione [3] jam fusè examinata est.

Ex his demum Tatiani verbis id obiter observari potest, illum existimasse dæmones tamdiu peccatis esse obnoxios, & re ipsa peccare, quamdiu hic mundus durabit. Porro autem eosdem dæmones eo sensu per eadem hujusce mundi tempora mortem obire dicit, quòd & homines ad peccandum inducant, & ipsi in peccata prolabantur.

§. IV.

Num Tatianus crediderit animam hominis esse corpoream, & mortalem.

QUi Angelos & dæmones naturæ cujusdam materialis & corporeæ esse credidere, ii quoque omnes animam hominis similiter dixerunt esse corpoream. Nulli itaque mirum videbitur, si Tatianum de ea sic loquentem audierit: [4] *Hominum anima non est simplex, sed ex multis partibus constat; componitur enim, ut manifestè apparet, ex corpore. Nam nec ipsa sine corpore posset apparere, neque caro sine anima resurgit.* Quid hac definitione clarius & explicatius? Quis enim nesciat id omne quod simplex non fuerit, multisque constat partibus, corporeum omnino esse, & materiâ compositum?

Deinde vero quo ille argumento probat dæmones non esse

1. Dissert. III. cap 5. §. 3. 2. Pag. 153. 3. Dissert. II. cap. 6. §. 18. 4. Pag. 113.

mortuo-

mortuorum animas hominum, eodem pro certo ponit illas revera esse corporeas. Ea est enim tota illius argumentatio: [1] *Quomodo illæ post mortem separatæ, efficaces ad agendum essent, nisi vivus homo insipiens, & invalidus dicatur; à morte vero efficaciorem demum vim assumere existimetur? Verùm neque hoc ita se habet, ut alibi demonstravimus: & durum est opinari, animam immortalem à corpore membrisque ejus impeditam, postea demum cùm inde migraverit, sagaciorem fieri.* At hominis anima si spiritualis sit naturæ, ea post corporis mortem debet utique fieri sagacior, & ad agendum promptior & expeditior.

Neque est quod quis arguat, eandem hominis animam ab eodem Tatiano disertissimè spiritum appellari: [2] *Duo*, inquit, *Spirituum genera nos agnoscimus, quorum alterum anima vocatur; alterum verò præstantius est anima, imago scilicet, & similitudo Dei.* Quamvis enim dæmones corporeos esse censuerit, ulla tamen absque dubitatione eos spirituali, ut vidimus, concretione constare pronuntiat. Sed argumentis ad id probandum nullis opus est; nam post citata verba continuò Tatianus addidit: *Utrumque autem priscis hominibus datum erat, ut partim materia constarent, partim eam superarent.* Vides sane quàm apertè animam hominis materia compositam esse definiat.

Non ibi autem stetisse videtur Tatianus noster. Ille enim quemadmodum animam hominis corpoream esse dixit, ita & eam natura sua mortalem haud obscure docuisse arguitur. Et vero ipse, ut vidimus, disertissimè tradit eam variis constare partibus. Quidquid autem partibus constat, illud mortale & dissolubile est. At id non ex ejus tantum doctrina elicitur, sed expressis etiam verbis legitur ab ipso definitum: [3] *Non immortalis est anima, ô Græci, suapte natura, sed mortalis; eadem tamen non moriatur, fieri potest.* Quamobrem duplicis in hoc ille accusatur erroris, quod animam & corpoream, & natura sua mortalem esse dixerit.

Verum hæc secunda, inquies, falsæ opinionis nota gratis ei inuritur. Quid enim huic errori magis contrarium, quàm id quod ex ipso jam protulimus: *Durum est opinari animam immortalem ..... cùm migraverit ex corpore, fieri sagaciorem.* Vivit ergo, urgebis, post corporis mortem anima, nec juxta Tatiani mentem inde fit sagacior, sed eadem manet, ejusdemque naturæ, nimirum immortalis. Quapropter non alio ille, in-

1. Pag. 154. 2. Pag. 150. 3. Pag. 152.

quies, sensu, quàm senex apud Justinum martyrem, negat animam hominis natura sua esse immortalem. Hic enimvero senex & plures alii antiquissimi Ecclesiæ Patres, ex his Apostoli de Deo verbis, [1] *Qui solus habet immortalitatem*, in animum suum facile induxerunt animam ideo posse dici mortalem, vel quod ab ipso, à quo creata est, suam acceperit immortalitatem; vel quod in nihilum, unde primum ab illo educitur, possit redigi; vel denique quod variis obnoxia sit mutationibus. At primo potissimum & secundo sensu senex ille, aut ipsemet Justinus Tatiani magister, uti suo loco demonstravimus, animam humanam immortalem esse inficiatur. Quid igitur Tatiano, si idem cum præceptore suo & senserit & docuerit, vitio est vertendum?

Contra tamen insurget aliquis, & sicut corpus, ita animam hominis à Tatiano mortalem prædicari arguet. Illam quippe non solum negat esse simplicem, sed multis quoque compactam esse partibus firmissime asseruit. At quod multis partibus componitur, id sicut corpus est mortale, imo & aliquando moriatur prorsus necesse est. Verum huic argumento facile respondebitur, plurimos Ecclesiæ Patres, qui animam immortalem esse crediderunt, docuisse illam naturæ cujusdam esse corporeæ, ac proinde variis constare partibus. Nihil ergo ii doctissimi Scriptores hanc opinionem immortalitati animarum, eo quo diximus sensu explicatæ, vel minimum officere putaverunt.

Sed adversus hanc responsionem urgebis, Tatianum nostrum expressis asseverare verbis, animas hominum saltem impiorum esse aliquando morituras. [2] *Moritur*, inquit, *& dissolvitur cum corpore, quæ veritatis ignara est: resurgit autem postea in consummatione mundi unà cum corpore, mortem in ipsa immortalitate per cruciatum & pœnam sentiens. Et rursus anima quæ Dei cognitione instructa est, licet ad tempus solvatur, non moritur. Siquidem anima per se tenebræ est, & nihil habet lucis. Hinc illud in sacris literis pronuntiatum*: Tenebræ non comprehendunt lucem. *Non enim spiritus ab anima servatus est, sed ipse animam servavit, & lux comprehendit tenebras. Est autem ratio lux divina, anima imperita tenebræ.* Hæc, inquies, clara est & aperta Tatiani definitio, nullisque implicata verborum ambagibus. Anima impiorum, ait ille, sive anima veritatis ignara, per se nihil habet lucis, & tota tenebris est offusa;

1. *Timoth.* 6. ver. 16. 2. Pag. 152.

utpote

utpote quæ à ſpiritu divino penitus deſeratur. Quamobrem illa moritur cum corpore, & in fine mundi cum illo reſurget; atque ut pœnis æternis addicatur, fiet deinceps immortalis.

Non negabimus quidem, hunc Tatiani locum plane obſcurum eſſe, & explicatu difficillimum. Omnis autem illius difficultas in eo ſita videtur, quod Tatianus ait animas ita à ſpiritu ſervari; ut & anima impiorum eo deſtituta moriatur, & animæ juſtorum ejuſdem ſpiritus particeps facta, licet ad tempus ſolvatur, non moriatur tamen. Quis enim ſit ille ſpiritus, nullibi clarè explicat. Is tamen ab illo definiri videtur, cùm ait: *Eſt autem ratio lux divina.* Sed quæ ea lux divina ſit, minime etiam perſpicuum eſt. Quocirca ut huic tenebricoſo loco aliquid, ſi ita à nobis fieri poteſt, afferatur luminis, obſervandum eſt, duo, ut jam diximus, ab eodem Tatiano in homine diſtingui ſpirituum genera, primum animam, & alterum, quod eâ præſtantius eſt, imaginem ſcilicet ac ſimilitudinem Dei: Unde & ille: [1] *Nos vero*, ait, *per prophetas didicimus, credentes quod ſimul cum anima ſpiritus cæleſtis immortalem pro mortali conditione acquiſiturus ſit.* Tria igitur Tatianus in homine diſtinguit, corpus, animam, & ſpiritum. Hanc vero doctrinam non videtur aliunde proculdubio hauſiſſe, quàm ex his Apoſtoli verbis, quibus ait ſe Theſſalonicenſibus optare: [2] *Ut integer ſpiritus veſter, & anima, & corpus ſine querela in adventu Domini noſtri Jeſu Chriſti ſervetur.* De hujus autem loci ſenſu famoſa, ut teſtatur Hieronymus, orta eſt quæſtio. [3] *Nam multi ſimpliciter*, ita ille loquitur, *hunc locum de reſurrectione intelligunt, ut & ſpiritus, & anima, & corpus in adventu Domini integra conſerventur. Alii ex hoc loco triplicem in homine volunt affirmare ſubſtantiam; ſpiritus, quo ſentimus; animæ, qua vivimus; corporis, quo incedimus. Sunt qui ex anima tantum & corpore ſubſiſtere hominem diſerentes, ſpiritum in eo tertium, non ſubſtantiam velint intelligi, ſed efficientiam, per quam & mens in nobis, & ſenſus, & cogitatio, & animus appellantur; & utique non ſunt tot ſubſtantiæ, quot nomina .... Nos autem in præſenti loco ſpiritum, qui cum anima & corpore integer conſervatur, non ſubſtantiam Spiritus ſancti, quæ non poteſt interire, ſed gratias donationeſque ejus accipimus.* Hæ fuerunt Hieronymi tempore & antea celebriores hujuſce loci interpretationes. Sed eas cùm tam accuratè recenſet, ſuam

1. Pag. 159. 2. 1 *Theſſal.* cap. 5. ver. 23. 3. Epiſt. ad Hebidiam quæſt. 12.

quidem quam aliis meliorem putat, cæteris anteponere contentus, nullam apertè videtur condemnare. Tatianus vero ad secundam explicationem, ut apparet, propius accedit. Animam enimvero à corpore, & spiritu ille distinguit; eamque censet ita esse corpoream, ut spiritum inter & corpus mediæ cujusdam sit substantiæ. Vult autem eam corporis esse moderatricem, sicut & ipsa à spiritu regitur. Porro spiritum dicit esse rationem & lucem divinam, quæ animâ præstantior, [1] *imago est, & similitudo Dei.* Quod si res ita se habeat, in hoc tantum erratic dicendus est, quod non spirituali seu rationali hominis parti, sed alteri, quæ merè corporea, ipso tamen corpore subtiliori est, nomen animæ tribuerit.

Verum ne quid dissimulemus, potest rursus objici, nihil aliud eum spiritûs nomine intellexisse, nisi illas quas Hieronymus vocat gratias Spiritus sancti, ejusque donationes. Etenim haud obscure docet spiritum animæ justorum esse auxilio, impiorum vero deserere animas: [2] *Anima spiritui divino, inquit, conjuncta, non caret auxilio, verum ascendit illuc, quo deducitur a spiritu .... Et factus est quidem ab initio spiritus animæ familiaris, sed cùm non vellet spiritum sequi, ab eo deserta est.* In eundem quoque sensum paulo post disputat: *Spiritus Dei omnibus non contingit, sed apud nonnullos qui juste vivebant diversens .... animabus secreta revelabat.* Denique rursum infert: *Oportet nos id nunc inquirendo repetere, quod olim amisimus, & animam Spiritui sancto conjungere*, &c. Nemo autem, inquit, inficiabitur, his Tatianum in locis de Spiritu sancto disputare.

Sed qui tres in homine, uti diximus, partes distinxere, is profecto omnibus persuasum quoque fuit, eidem homini necessaria esse Spiritus sancti dona, gratias, & ut loquitur Hieronymus, donationes, quibus ea quæ pietatis & justitiæ, vel sicut aiunt Scholastici, æternæ vitæ meritoria sunt, possint agere. Atque hæc ipsa plane videtur fuisse Tatiani nostri opinio. Etenim spiritum hominis ab his Spiritus sancti donis non obscure distinxit, cùm asserit fore ut idem spiritus simul cum anima pro mortali conditione immortalem sit adepturus. Quod si perspicacioribus oculis deprehendas, nobisque deinde demonstres, hunc hominis spiritum Tatiano eundem omnino esse, atque animam ejus, quam corpoream & mortalem existimat, illico eum à veritate prorsus aberrare fatebimur.

1. Pag. 152. 2. ibid.

§. V.

§. V.

Locus Tatiani difficilis, de hominis in idololatriam lapsu, examinatur, ubi obiter de fato.

QUo autem modo à Spiritu sancto, id est, donis ejus & gratia, destitutus homo in peccatum lapsus sit, his Tatianus explicat verbis, quæ nec clara quidem sunt, nec explicatu facilia. Nam de peccato hominis, quem post Angelos à Verbo creatum dixerat, sic ille loquitur: [1] Καὶ ἐπειδή τινι φρονιμωτέρῳ καὶ τῶν λοιπῶν ὄντι ἀφῆ τὸ πρωτόγονον συνεξακολούθησαν, καὶ θεὸν ἀνέδειξαν ἑαυτοῖς, καὶ ἐπανισάμενον τῷ νόμῳ τῷ Θεῷ, τότε ἡ τῆ λόγε δύναμις, ἡ τὸ ἔμφυτον τῆ διανοίᾳ, καὶ τὸν συνακολουθήσαντας τότῳ, τῆ συνῆ αὐτῷ διαίτης παρηκεν. καὶ ὁ μὲν κατ' εἰκόνα τῆ Θεῆ γεγονὼς, χωρισθέντος ἀπ' αὐτῆ τῆ πνεύματος τῆ δυναστικῆ, θνητὸς γίνεται· ἀφῆ δὲ πλὴν ἀθανασίαν καὶ τῆ ἀγγέλε, ὁ πρωτόγονος δαίμων ἀποδείκνυται, καὶ οἱ [mſ. τῶν] μιμησάμενοι τότε τὰ φαντάσματα δαιμόνων στρατόπεδον ἀνακέκληται, καὶ ἀφῆ τὸ αὐτεξούσιον τῆ σφῶν ἀβελτηρίᾳ παρεδόθησαν. κακόθυσις δὲ αὐτοῖς ἡ ἀποστασία οἱ ἄνθρωποι γίνονται. Quæ quidem à Gesnero sic latine reddita sunt. *Postquam vero homines callidiorem quendam, utpote provectiorem ætate, sequuti sunt, & divinæ legi se opponentem pro Deo habuerunt; tum verbi potentia, & hujus dementiæ auctorem, & obsequentes ei homines, commercio suo privavit. Et qui ad imaginem Dei factus fuerat homo, potentiore spiritu jam exutus, mortalis fit. Angelus autem ille primogenitus in dæmonem mutatur, propter defectionem & ignorantiam, & alii phantasmata ejus sequuti, dæmonum exercitui deputantur, & propter arbitrii libertatem stultitiæ suæ permittuntur. Defectionis autem occasio & scopus ipsi sunt homines.* Verùm illud potissimum in hac versione arguitur, quod interpres simplicem vocem ὁ πρωτόγονος, quæ in Græco auctoris textu sine additamento habetur, ad Angelum ita referendam esse censuerit, ut ulla absque hæsitatione eam Latinè reddiderit; *Angelus autem ille primogenitus.*

Scimus quidem hanc versionem ea ratione posse probari, quòd Tatianus paulo supra pronuntiaverit, Angelos ante homines à Verbo fuisse creatos. Etenim cùm de πρωτογόνῳ, id est, primogenito actutum disputet, ad nullum alium, quam ad Angelum, respexisse videtur. Et vero is dici potest genuinus esse hujusce Orationis & Scriptoris nostri sensus: Cum Verbum Angelos primùm, ac deinde homines liberæ voluntatis compotes creasset,

[1] Pag 146.

set, atque ea præcognovisset quæ erant futura, *malitiam interdictis vetabat, & fructum, si* homines *boni permanerent, capiendum demonstrabat.* At homo postquam πρωτόγονον, id est, primogenitum, nempe Angelum, qui callidior erat, & divinæ legi sese opponebat, fuisset sequutus, illum pro Deo habuit. Quamobrem homo potentiore spiritu exutus, mortalis factus est. Primogenitus autem Angelus propter defectionem & ignorantiam in dæmonem mutatur, vel potius dæmon esse apparuit, δαίμων ἀποδείκνυται.

At non omnino certum est, hanc fuisse Tatiani mentem & sententiam. Neque enim clare intelligitur, cur postea ille dixerit: *Defectionis autem occasio & scopus ipsi sunt homines.* Quid tamen prohibet, inquies, quominus homines sibi ipsi ὑπόστασιν, id est, fundamentum, causa & occasio fuerint dæmones pro diis habendi? Atqui Tatianus continenter addit, eosdem homines in impium de fatali necessitate errorem idcirco incidisse, quod positiones siderum, tanquam tesserarum ludum esse crediderint.

Sed illud quod Auctor noster paulo post subjecit, attentius observes, velim. Ait enim: *Dæmones ipsi cum duce ipsorum Jove μὲν ὁ ἡγεμὼν αὐτῶν Διὸς, iisdem quibus & homines obnoxii vitiis, fato subesse feruntur.* Hinc siquidem colligi potest hunc Jovem, quem dæmonum ducem & principem appellat, eum esse quem paulo supra πρωτόγονον vocavit. Aperte enim tradit illum mutatum esse in dæmonem, & ex iis, qui phantasmata ejus sequuti sunt, conflatum dæmonum exercitum. Inde vero alia hunc in modum elici potest eorundem Tatiani verborum interpretatio: Postquam homines quendam ex se ipsis callidiorem, & ætate provectiorem, ac divinæ legi sese opponentem, nimirum Jovem, sequuti sunt, tum Verbum hunc antiquiorem, aliosque ejus assecias commercio suo privavit. Quamobrem homo qui ad imaginem Dei factus erat, potentiore spiritu exutus, mortalis factus est. Ille autem ætate antiquior, puta Jupiter, dæmon apparuit, & ex aliis qui errores ejus amplexi sunt, composuit dæmonum exercitus. Porro autem si hæc vera sit verborum Tatiani explicatio, inde intelligitur illum eorum subscripsisse opinioni, qui idololatriæ originem, uti alibi [1] diximus, ex eo repetebant, quod varii diversarum nationum populi, ob summæ, quam in Regibus suis suspexerunt, virtutis miraculum, vel in præsentis potentiæ adulationem, vel propter

1. Differt. in Opera Justini, cap. 6. §. 27.

accepta

accepta beneficia, divinos hominibus detulerint honores.

Cur autem Jovem dæmonum ducem appellaverit, si roges, id docebit te Auguſtinus [1]: *Ipſum Jovem*, inquit, *quem volunt eſſe regem ac principem cæterorum, ab Homero fateantur dæmonem appellatum.* Qui enim vel curſim tantummodo hunc Tatiani librum legerit, is facile percipiet plurima ab eo ex Homeri carminibus fuiſſe delibata. Cæterum ex his duabus, quas attulimus, hujuſce Tatiani ſermonis interpretationibus, utra potior ſit, & alteri præferenda, aliorum judicio lubentiſſime permittimus.

Unum porro obiter animadvertemus, nullum ferè eſſe errorem, quem Tatianus in hoc libro acrius ſæpiuſque exagitet, quam abſurdam fati neceſſitatem. Unde colligas hanc falſam opinionem apud Ethnicos Tatiani ætate plurimum invaluiſſe, atque idcirco ab eodem Tatiano fuiſſe vehementius impugnatam.

§. VI.

De artium & ſcientiarum inventoribus, & de quorundam philoſophorum vitiis, & opinionibus à Tatiano commemoratis.

QUamvis hic liber non magnæ ſit molis, mirum tamen quantâ repleatur prophanâ & exoticâ eruditione. Quamobrem ne aliquis in quædam loca, quæ aut nimis ſalebroſa, aut veritati minus convenientia ipſi viderentur, poſſit offendere, ea breviter à nobis complananda ſunt, aut aliis teſtibus comprobanda. Primum autem illa juvat animadvertere, quæ ab initio Orationis ſuæ de primis artium & ſcientiarum inventoribus tradit Tatianus noſter. Sic autem ille: *Excellentes quidam in Telmeſo uri divinationem, quæ ab inſomniis fit, invenere, Cares præſagium ex ſideribus, Phryges & Iſaurorum antiquiſſimi auſpicia, Cyprii aruſpicinam, Babylonii aſtronomiam, Perſæ magiam, Ægyptii geometriam, Phœnices denique literarum diſciplinam.* Hunc Tatiani locum Clemens Alexandrinus [2], & qui verba ejus tranſcripſit Euſebius [3], à quibus idem argumentum atque à Tatiano pertractatur, egregie illuſtrant. Etenim eadem ferme ab his atque ab illo, paucis quibuſdam exceptis, omnino referuntur. Sed de his fere omnibus longe diverſa fuit Plinii ſententia [4], qui harum ſcientiarum aliis, quos ſuis nominibus appellat, originem attribuit.

1. Auguſt. lib. IX. de Civit. c. 1. 2. Clem. Alex. Lib. I. Stromat. p. 306. 3. Euſeb. Præp. Evang. Lib. X. c. 6. 4. Plin. Lib. VII. Hiſtor. Nat. cap. 56.

Magiam

Magiam à Persis inventam esse dicit Tatianus. Si quæras quo auctore, respondet Plinius [1] : *sine dubio illic orta in Persida à Zoroastre, ut inter auctores convenit.* Ita etiam Clemens Alexandrinus. Si rursum roges quis sit, & quo tempore vixerit ille Zoroastres, disces ex eodem Plinio, loco citato, Eusebio Lib. X. Præpar. Evangel. cap. 10. & in Chronico ad Abrahami annum 7. quem in locum legendæ Scaligeri animadversiones. De eodem etiam argumento agunt Suidas, Vossius de Histor. Græcis pag. 426. & alii.

Tuscanos Figlinæ, id est, officinarum in quibus aliquid ex creta & argilla fiebat, inventores esse Tatianus asseverat. At hujusce artis inventionem Corœbo Athenienſi adscribit Plinius [2]. Alibi [3] tamen illud addit, quo firmari potest Tatiani opinio, *elaboratam hanc artem Italiæ & maximè Etruriæ.*

Quod idem Tatianus de tibiis, fistula, & tuba subjungit, id stabiliri & illustrari potest ex Clemente Alexandrino Lib. I. Strom. pag. 306. & 307. Euseb. Lib. X. Præpar. Evangel. p. 475. Verum de his paulo aliter Plinius Lib. VII. Hist. Nat. cap. 56.

Quemadmodum vero ille ibidem fabrilem artem à Cyclopibus æque ac Tatianus noster excogitatam fuisse observat: ita Clemens Alexandrinus citato etiam à nobis loco, Atossam Persarum Reginam literas primum scripsisse, non secus atque idem Tatianus memoriæ prodidit.

Historiæ scribendæ initium in Ægyptiorum annales Tatianus refert; Plinius vero Lib. VII. Hist. Nat. cap. 56. in Cadmum Milesium; Josephus autem Lib. I. contra Apion. init. in hunc, & in Açusilaum Argivum.

Primordia artis poëticæ Tatianus Orpheo haud hæsitanter assignat: *Sed de poematum origine*, inquit, *magna quæstio est; ante Trojanum bellum probantur fuisse.* De variorum porro carminum & poëmatum inventoribus differit Clemens Alexandrinus Lib. I. Strom. pag. 308. Polydorus Vergilius Lib. II. de Invent. rerum cap. 8. & 9. Hunc autem non modo de iisdem carminibus, sed de aliarum quoque, de quibus hactenus disputavimus, scientiarum & artium origine & initiis, poteris adire Lib. I. cap. 14. 15. 22. 23. & Lib. III. cap. 14. &c.

Multos Philosophorum errores & vitia insectatur Tatianus, pluraque narrat de eorum aut vita, aut morte, quæ ex Diogenis Laertii libris de vitis & dogmatibus Philosophorum, atque etiam

1. Plin. lib. XXX. c. 1. 2. Plin. Lib. VII. Hist. Nat. c. 56. 3. Plin. Lib. XXXV. c. 12.

etiam ex iis qui in eosdem Laertii libros notas & observationes ediderunt, necnon ex Clementis Alexandrini libris Stromatum, atque Eusebii Præparatione Evangelica, Vossio, & aliis explicata vel confirmata occurrunt. Nos etiam de iis in superiori ad Justini Opera Dissertatione quædam perstrinximus. At nonnulla tamen à Tatiano dicta, sine animadversione aliqua hîc prætermittere non possumus, quandoquidem ea vel obscuriora sunt, vel cum aliis Scriptoribus minimè congruere videntur.

Quid enim, quæso, ab aliorum sententia magis abhorret, quàm illud quod de Platone ait Tatianus [1]: *Platonem Philosophum, quod nimis gulosus esset* διὰ γαστριμαργίαν, *Dionysius vendidit.* Nam Diogenes Laertius, aliique Scriptores perhibent eundem Platonem à Dionysio tyranno, propterea quod liberius cum eo loquutus fuisset, traditum Polidi, ut necaretur, aut venumdaretur, ac deinde ab ipso revera fuisse venditum. An autem ibi Tatianus memoriâ, aut falsâ aliorum narratione deceptus sit, scitu haud ita facile est. Testatur autem Laertius Platonem multa comicorum non effugisse convicia, inter quæ illud Anaxandridis in Theseo retulit: [2] *Quando vorabat oleas, noster ut Plato.* De Diogene autem ait: *Intuitus aliquando Platonem, in convivio magnifico gustantem oleas: Quid,* inquit [3], *sapiens vir in Siciliam hujusmodi mensarum gratia profectus, appositis modò non frueris?* &c. At si inde non evincatur hunc Philosophum fuisse helluonem, non immerito forsan dixeris Tatianum *, vel amanuenses hujusce Orationis librarios in quendam lapsos esse errorem.

Carmina ab Heraclito in Dianæ Templo occultata fuisse scribit deinde Tatianus: [4] *Carmina sua in fano Dianæ occultavit, ut olim veluti per mysterium ederentur.* At Diogenes Laertius nihil stricta oratione compositum ab Heraclito ibi absconditum esse memorat, sed librum ejus de natura, περὶ φύσεως. *Illum vero,* inquit [5], *in Templo Dianæ deposuit, ut quidam putant obscurius scriptum; ut soli eruditi illum legerent, ne si à vulgo passim legeretur, contemptibilis esset.* Neque respondeas illum, teste Suida, *multa poetice scripsisse*: Vossii [6] enim opinio est, id ad dictionem ποιητικώτερον, quàm quæ prosæ conveniat, magis

1. Pag. 142. 2. Lib. III. de vita Philos. cap. 26. 3. Ibid. Lib. VI. cap. 25. 4. Pag. 143. 5. Lib. IX. de vita Philosoph. cap. 6. 6. De Poet. Græc. pag. 25.

* Neque Tatianus, neque amanuenses in errorem lapsi videntur, ob ea quæ attuli in Adnotatis. pag. 8. l. 38.

pertinere. Attamen si quæ Heraclitus poeticè composuit *, quid vetat quominus præter librum de natura, quoddam poëma in Dianæ Templo abscondisse dicatur?

Zenonis de mundo errorem sic exagitat Tatianus: [1] *Jam quis non aversetur Zenonis sententiam, mundo per conflagrationem renovato, eosdem rursus homines ad eandem vitam, eademque facinora resurgere*: &c. Hanc absurdam opinionem commodatiùs explicat Cicero [2] in hæc verba: *Ex quo eventurum nostri putant id, de quo Panætium addubitare dicebant; ut ad extremum omnis mundus ignesceret, cùm, humore consumpto, neque terra ali posset, neque respiraret aër, cujus ortus, aqua omni exhausta, esse non posset: ita relinqui nihil præter ignem, à quo rursus animante, ac Deo renovatio mundi fieret, atque iterum ornatus oriretur.* De eodem Zenonis commento præter Diogenem Laërtium Lib. VII. de vita Philosoph. legendus est Plutarchus Lib. IV. de placitis Philosoph. cap. 7. atque in primis Justus Lipsius Lib. II. Physiologiæ Stoic. Dissert. 21. & seq.

Aniles etiam Pherecydis fabulas rideo, addit Tatianus. Cur autem hæc ille dixerit si quærat aliquis, ex Clemente Alexandrino [3] huic respondebimus, non solum obscuram esse Pherecydis Theologiam, verum etiam, *Quæcunque Pherecydes allegoricè dixit in Theologia, è Chami Prophetia desumpta sunt.* De eodem Pherecyde lege, si lubet, Diogenem Laërtium Lib. I. de vita Philosoph. & in ejusdem Laërtii Opera variorum animadversiones.

Apud eundem Laërtium plura invenies de Cratete, quem communium nuptiarum defensorem † esse tradit Tatianus noster. Clemens vero Alexandrinus de eodem Philosopho hæc literis mandavit: [4] *Memini Cynicæ cujusdam, Hipparchiæ autem vocabatur Maronitis, uxor Cratetis, propter quam in Pœcile quoque celebratæ fuere Cynogamiæ.* Adi etiam, si vacat & lubet, Petrum Petitum Medicum de Cratetis amore & nuptiis.

1. Pag. 143. 2. Lib. II. de Nat. Deor. 3. Lib. V. Stromat. pag. 571. & Lib. VI. pag. 642. 4. Lib. IV. Stromat. pag. 523.

* Imo librum hunc Heraclitii περὶ φύσεως quem in Templo Dianæ repositum memorat Tatianus, poeticè conscriptum fuisse probavimus supra p. 11. lin. 26. † Vide Annotata nostra pag. 15. lin. 19.

§. VII.

§. VII.

De quibuſdam aliis Philoſophis Peripateticis, & Grammaticis, quorum teſtimoniis ætatem Homeri probat Tatianus.

Uri de Homeri ætate agit Tatianus, plures, qui illius meminere, Peripateticos fuiſſe teſtatur, eoſque ſuis appellat nominibus. Horum autem primus eſt *Theagenes Rhegius*, quem ſub Cambyſe floruiſſe memorat, de quo plura Voſſius Lib. I. & III. de Hiſtor. Græc. Suidas, &c. ab Euſebio [1] autem vocatur *Rheginus*, ὁ Ῥηγῖνος.

Secundus eſt *Dionyſius Olynthius*. At plures Dionyſios fuiſſe refert Voſſius Lib. II. de Hiſtoricis Græcis. Quapropter in dubium vocari poteſt, num ille, cujus mentionem Tatianus facit, idem ſit ac is qui à Suida Thrax dicitur. Veruntamen cùm Olynthus urbs Macedoniæ ſeu Thraciæ fuerit, hinc non inepte colligi poteſt hunc Dionyſium Thracem eundem eſſe atque Olynthium; niſi utrumque variis temporibus vixiſſe aliquis probaverit.

Tertius *Ephorus Cumanus* à Tatiano appellatur. Is autem fertur fuiſſe Democriti filius, & diſcipulus Iſocratis, qui magnum inter hiſtoricos habuit nomen. De eo autem in primis legendus eſt Diodorus Siculus Lib. IV. V. & XVI. Voſſius Lib. I. de Hiſtoricis Græcis cap. 7. Suidas &c.

Quartus *Philochorus Athenienſis* dicitur, qui Cygni filius fuit, Vates & Aruſpex. Apud Clementem Alexandrinum id, quod ad Tatiani noſtri facit argumentum, de illo ſcriptum legimus: [2] *A temporibus Trojanis uſque ad ortum Homeri, ex Philochori quidem ſententia, fiunt centum & octoginta anni poſt Jonicam deductam coloniam.* De hac illius ætate & ſcriptis accurate diſputat Voſſius, caſtigatque Suidam, in cujus textu pro Ἀντίοχος legendum cenſet Ἀνάξιος.

Denique *Megaclides Athenienſis* à Tatiano memoratur. Illius autem mentio fit apud Diogenem Laertium Lib. IX. in vita Protagoræ, & apud Athenæum Lib. XII. his verbis: *Megaclides poetas Homero & Heſiodo poſteriores increpat, qui Herculem dixerunt exercitus duxiſſe, urbes expugnaſſe*: &c.

Ex Grammaticis etiam eandem Homeri ætatem probat Tatianus, & primò quidem ex Zenodoto, qui perhibetur fuiſſe ge-

1. Lib. X. Præpar. Evangel. cap. 11. 2. Lib. I. Stromat. pag. 326.

nere Alexandrinus, & Bibliothecæ Alexandrinæ præpositus, atque filiorum Ptolemæi primi præceptor. Hujus vero meminere Suidas, & Vossius Lib. I. de Histor. Græc. cap. 11.

Zenodoti discipulus dicitur Aristophanes Byzantinus, quem deinde memorat Tatianus. Is in Eusebii Chronico ad annum 1588. inter comœdiarum scriptores recensetur. Meminit etiam ibidem Eusebius Cratetis Grammatici ad annum 1566. Aristarchi ad annum 1861. Eratosthenis ad annum 1803. quos quidem sententiæ suæ vades & assertores Tatianus noster producit. Porro autem quidam, ut ex Clemente Alexandrino [1] discimus, opinati sunt, primum ab Eratosthene usurpatum Grammatici nomen. De his autem omnibus Grammaticis scriptoribus differit Suidas, & Vossius de Historicis Græcis Lib. II. & III. uno tamen excepto Aristarcho, de quo idem Vossius in Lib. de Poëtis Græcis, atque etiam Cicero Lib. III. Epist. 11. &c.

Præter hos scriptores Tatianus laudat Callimachum, & Apollodorum, quorum Suidas & Vossius Lib. I. de Historicis Græcis cap. 15. & 21. faciunt mentionem, sicut & Diogenes Laertius hujus posterioris Lib. II. de vita Philosoph. in quem videsis Menagii observationes.

Postremo quod de Cratetis, Eratosthenis, Aristarchi, Philochori, & Apollodori ætate tradit Tatianus, illud cum iis componendum est, quæ de iisdem scripsit Clemens Alexandrinus Lib. I. Stromat. pag. 326. & 327.

§. VIII.

De quibusdam Scriptoribus Chaldæis, Phœnicibus, & Ægyptiis, ad probandam Moysis antiquitatem à Tatiano commemoratis.

QUemadmodum Homeri ætatem, ita & Moysem eadem Homeri ætate esse antiquiorem probat Tatianus certâ Chaldæorum, Phœnicum, & Ægyptiorum, triplicis nimirum gentis Scriptorum auctoritate. Ex Chaldæis autem, ubi Berosum Babylonium citat, ibi observanda sunt hæc illius verba: [2] *Antiocho post Alexandrum tertio Chaldæorum historiam tribus libris perscripsit.* Et recte quidem juxta textum græcum, tam in editis quam in Manuscriptis Codicibus sic repræsentatum: κατ' Αλέξανδρον γεγονὼς, Αντιόχῳ τῷ μετ' αὐτὸν τρίτῳ. At apud Eusebium [3], qui Tatiani, ut diximus, locum totidem verbis descripsit, paulo aliter

1. Lib. I. Stromat. pag. 309. 2. Pag. 171. 3. Lib. X. Præpar. Evangel. cap. 11.

ter legitur: κατ' Αλέξανδρον ἡνιόχῳ, Αντιόχῳ τῷ μὴ Σέλευκον τέτῳ, *Antiocho post Seleucum tertio.* Quæ autem lectio alteri ſit præponenda, ſi roges, in priorem nos magis inclinare ingenuè fatebimur. Nam illa cum eo quod Tatianus ſcribit Beroſum Alexandri ætate vixiſſe, aptius videtur convenire.

Arbitratus eſt autem Geſnerus non Alexandrum Magnum ibi à Tatiano deſignari, ſed ejuſdem nominis alium, Demetrii Soteris in Syriæ regno ſucceſſorem. At ille caſtigatur à Voſſio [1], qui hanc opinionem cum veris Chronologiæ legibus pugnare luculenter oſtendit.

Auctoritatem Beroſi Tatianus Jubæ, qui in Numidiæ & partis Mauritaniæ regnum patri ſucceſſerat, firmat teſtimonio [2]. Ille autem, poſtquam pater ejus, qui Pompeii partes ſuſceperat, à Julio Cæſare victus fuiſſet, ab eodem Cæſare in triumphum, adhuc puer, ductus eſt. Deinde vero in Italia literis excultus, varios edidit libros, & eam, de qua Tatianus loquitur, hiſtoriam. Plinius porro Lib. VI. & X. Hiſt. Nat. de eo diſputat, ſicut & Voſſius lib. II. de Hiſtor. Græc. cap. 4. Plutarchus &c.

Tres poſtea Phœnicios ſcriptores ſola Chœti auctoritate hunc in modum citat Tatianus: *Fuerunt apud eos tres viri Theodotus, Hypſicrates, & Mochus. Horum libros in Græcam linguam tranſtulit Chœtus, qui & Philoſophorum vitas accuratè conſcripſit.* De tribus illis Phœniciis ſcriptoribus, atque in primis de Mocho diſputat Voſſius [3]. Hujus autem Mochi, quem Caſaubonus [4] ab omnibus, uno excepto Athenæo, prætermiſſum eſſe opinatus eſt, frequentem apud varios auctores mentionem fieri idem Voſſius ſcitè demonſtrat.

At longe infrequentiùs occurrit Chœti memoria. Neque minimus certe dubitandi locus eſt, num in hoc nomine deſcribendo aliquis fuerit librarii error. Enimvero ab Euſebio, qui hæc Tatiani verba reddit, vocatur Ἄσιτος, Aſitus. Sed ex hac lectione nullo plane modo minuitur difficultas, non enim frequentior eſt Aſiti, quam Chœti memoria. Nobis tamen idem eſſe videtur, qui à Clemente Alexandrino [5] cognominatur Læ-tus, & *Lætus*, inquit, *in Phœnicibus*, ὁ Λαῖτος ἐν τοῖς Φοινικοῖς. Quod quidem miramur quomodo * oculatiſſimos noſtræ ætatis criticos Scriptores potuerit fugere.

1. Lib. I. de Hiſtor. Græcis cap. 13. 2. Pag. 171. 3. Lib. III. de Hiſtor. Græcis. 4. In Lib. III. Athenæi cap. 36. 5. Lib. I. Stromat. pag. 326.

* Vide ſi lubet Annotata ad pag. 128. lin. 41.

Plures

Plures autem occurrunt hujuscemodi Librariorum amanuensium in hac Oratione lapsus. Etenim quam paulo post Tatianus *Mariam* vocat, hanc Clemens Alexandrinus [1] *Athyrim*, Eusebius vero *Auarim* appellat. Sed hæc obiter monuisse sufficiat.

Ex Ægyptiis scriptoribus præter Apionem, jam à nobis commemoratum, duo alii, nimirum Menander Pergamenus, & Ptolemæus Mendesius, à Tatiano laudantur. Utriusque autem meminit Clemens Alexandrinus Lib. I. Stromat. pag. 320. & 324. De posteriore fusius disputat Vossius Lib. II. de Histor. Græc. cap. 5. de priore autem Lib. III. pag. 386.

§. IX.

De pluribus aliis Scriptoribus, & quibusdam illustribus viris, quorum Tatianus fecit mentionem.

PLures alii passim in hoc Tatiani nostri libro citati occurrunt ethnici Scriptores, quorum vel sola nomina eos movere, vel turbare possent, qui legendis veterum auctorum Operibus nondum sunt assuefacti. Quocirca de iis saltem, quorum minus frequens apud alios est memoria, aliquid breviter perstringere operæ alicujus pretium esse duximus. Triplicem contra paganorum deos Tatianus * Eleusis nimirum, Draconis & Orphei citat auctoritatem. De priore hæc apud Diogenem Laertium scripto tradita sunt: [3] *Qui autem circumtulerat phialam Bathyllis filius, Thyrion vocabatur, ut Eleusis ait in libro de Achille.* Hunc autem in Diogenis locum hæc Menagius observat: *De scriptore*, inquit, *illo alibi, quod sciam, nulla mentio.* Non legerat itaque vir ille eruditissimus, aut saltem non meminerat se aliquando legisse hunc auctorem ab Tatiano nostro citari.

Quem secundo loco nomine suo appellat idem Tatianus, ab eo vocatur *Draco mysticus*. Autumant nonnulli hunc esse antiquissimum legislatorem, qui Athenienſibus, civibus suis, gravissimas severissimasque leges conscripsit. Et vero certum est eum ab eodem auctore nostro in fine hujusce Orationis laudari. Sed quorsum, inquies, hîc ad eorum, quæ de diis dicebantur, falsitatem vanitatemque demonstrandam ejus profertur testimonium? Deinde Tatianus cur eum *Mysticum* vocat, nisi ut hoc

1. Clem. Alex. lib I. Stromat. pag. 320. Euseb. loco citato. 2. Pag. 148. 3. Lib. I. de vita Philosoph. cap. 29.

* Nequeo quidem assentire clarissimo D. le Nourry, qui per Eleusidem & Draconem duos intelligit auctores, propter ea quæ attuli in Notis pag. 33.

cogno-

cognomine, ab aliis ejusdem appellationis haud dubie ac potissimum ab Athenienſium legiſlatore diſcernatur. Duos quidem alios Suidas memorat hoc Draconis nomine appellatos; tertium vero Strabo [1] dicit fuiſſe ſceleratiſſimum hominem, ob cujus cædem in Pythio Macedoniæ loco inſtituti fuerunt ludi Apollinares. Sed iis minime ea convenire videntur, quæ refert Tatianus. Attamen Draco legiſlator tribus verſuum millibus hypothecas ſcripſiſſe cùm perhibeatur, ad hanc illius lucubrationem eundem Tatianum alluſiſſe haud omnino improbabile eſt.

Mediam tantummodò carminis unius partem, quam Orpheo adſcribit, ibidem refert Tatianus: ſed carmen integrum ab interprete latino redditur. An jure vel injuria id fecerit, aliorum ſit judicium. Nos autem illud obſervabimus, quod idem Tatianus de eodem Orpheo ſcriptis poſtea tradidit [2]: *Orpheus una cum Hercule vixit; nam quæ attribuuntur ei poëmata Onomacritus Athenienſis, Piſiſtratidis imperantibus, circa quinquageſimam Olympiadem compoſuiſſe fertur.* Quæ quidem mirum in modum confirmantur à Clemente Alexandrino [3], qui eadem pene ad verbum repetit: *Onomacritus Athenienſis, cujus dicuntur eſſe poëmata, quæ Orpheo adſcribuntur, tempore principum Piſiſtratidarum circa quinquageſimam Olympiadem inveniuntur. Et Orpheus Muſæi diſcipulus, qui una cum Hercule navigavit.* Ex his autem liquidò colligitur nec Clementi, nec Tatiano perſuaſum omnino fuiſſe, Orpheum eorum, quæ ejus nomine circumferebantur, fuiſſe carminum auctorem ac parentem. Enimvero candidè fatentur ea ab aliquibus Onomacrito adjudicari. Sed nulli inde jus unquam fuit Chriſtianos, ut jam dictum [4], tam abſurdæ ſuppoſitionis, & malæ fidei accuſandi; ut eadem carmina à ſe conficta falſo Orphei nomine vendiderint.

Fabulas Hegeſilai non ſine irriſione ſic explodit Tatianus [5]: *Evanuerunt Hegeſilai fabulæ, τὰ Ηγησίλου μυθολογήματα.* Apud Clementem Alexandrinum [6] hæc de eo habentur: *Cratis & Crantor, in quos deſiit vetus Academia. Crantoris autem particeps fuit Arceſilaus, à quo uſque ad Hegeſilaum media ſteterunt Academia. Deinde Carneades ſuccedit Hegeſilao.* Illum autem quidam eſſe volunt, qui à Diogene Laertio Hegeſippus Pergamenus dicitur.

1. Lib. IX. 2. Pag. 175. 3. Lib. I. Stromat. p. 332. 4. Differt. II. de Juſtini mart. oper. part. I. cap. 6. §. 26. 5. Pag. 162. 6. Lib. I. Stromat. pag 301.

Diagoræ

Diagoræ Phrygios libros, & Leonis historias his verbis citat Tatianus [1]: *Diagoras Athenienſis erat, ſed quod myſteria apud Athenienſes profanaſſet, punitus eſt. Hujus Phrygios libros cùm legatis, nos odiſtis; & cùm Leonis commentarios ſervetis, noſtras redargutiones ægrè fertis.* Haud infrequens Diagoræ, quem Cicero [2] deos negaſſe, & Atheum fuiſſe teſtatur, apud veteres Scriptores fit mentio, Clem. Alexand. Cohort. ad Gent. Epiph. in Ancorat. Lactant. Lib. I. Inſtit. cap. 2. & Lib. de ira Dei. Euſeb. Lib. II. Præpar. Evangel. cap. 5. & in Chron. Olympiad. 74. Meurſ. de ſac. Eleuſ. & alios.

At qui ſint illius libri, quos Tatianus Phrygios vocat, haud ita facile demonſtrabitur. Voſſius [3] autem putat in iis deſcribi eorum hiſtoriam, quæ ad Cybelem, ſeu matrem Phrygiam, & ejus ſacra pertinebant, quoſque Diagoras eo fine compoſuerat, ut ab ejuſdem Cybeles ſacris homines deterreret. In hujuſce autem Voſſii conjecturæ firmamentum, illud forſitan adduci poteſt, quod de eodem Diagora ſcriptum reliquit Athenagoras [4]: *Diagoræ ſacrilegam impietatem jure damnabant Athenienſes, qui cùm arcanos Orphei ſermones vulgo exponebat, tum Eleuſinia & Cabirorum myſteria publicabat; & Herculis ſtatuam, ne ligna rapis coquendis deeſſent, diſſecabat: denique palam & diſerte Deum eſſe negabat.*

Leo, cujus commentarii à Tatiano noſtro [5] citantur, origine erat Byzantius, & Platonem juvenis audierat. Varios autem hiſtoriarum libros edidit, de quibus conſule Suidam & Voſſium Lib. I. de Hiſtor. Græc. cap. 8. De eo etiam Philoſtratus Lib. I. de vitis Sophiſtarum.

Duobus his poſterioribus tertium adjungit Apionem [6] celeberrimum illum Grammaticum, à quo quinque libros hiſtoriæ Ægyptiacæ ſcriptos eſſe teſtatur. Eorundem librorum Clemens Alexandrinus [7], & Gellius [8] mentionem quoque faciunt, aiuntque cum Plinio [9], eum Pliſtonicem, id eſt, ſæpe victorem fuiſſe cognominatum. Hunc idem Plinius [10] eſſe dicit: *Quem Tiberius Cæſar cymbalum mundi vocabat, cùm publicæ famæ tympanum potius videri poſſet, immortalitate donari à ſe ſcripſit, ad quos aliqua componebat.* Flavius Joſephus duos contra eum ſcripſit libros, inter

1. Pag. 164. 2. Lib. I. & III. de Nat. Deorum. 3. Lib. IV. de Hiſt. Græc. cap. 2. 4. Legat. pro Chriſt. pag. 5. 5. Pag. 164. 6. Pag. 164. 7. Clem. Alex. Lib. I. Strom. pag. 320. 8. Gell. Lib. V. cap. 14. & Lib. VI. cap. 8. 9. Plin. Lib. XXXVII. Nat. Hiſt. cap. 5. §. 19. 10. Lib. I. Nat. Hiſt.

ejus

ejus Opera editos. Si plura de illo ſcire velis, adi Voſſium Lib. II. de Hiſtoricis Græcis cap. 7. Suidam &c.

De Lino hæc legimus in latina Tatiani verſione [1]: *Linus Herculis eſt diſcipulus.* Sed in textu Græco habetur: Λῖνος ὁ Ἡρακλέους διδάσκαλος. Optime quidem; nam eodem modo apud Clementem Alexandrinum [2] ponitur: ὁ Λῖνος Ἡρακλέους διδάσκαλον. *Linum Herculis præceptorem.* Hic itaque apud Tatianum Typographorum error eſt, qui in Euſebii [3] editione corrigitur.

Plures alios Tatianus commemorat, qui nihil ſcriptis mandaviſſe perhibentur: ſed qui vel ſapientia, vel imperio fuerunt celeberrimi. Quæ autem de iis narrat, ea præſertim ex Clemente Alexandrino Lib. I. Stromat. atque etiam ex Euſebio, tum in Chronico, cum in Præparatione Evangelica, Suida, & aliis confirmari poſſunt.

At ſine obſervatione omitti illud non debet, quod de Oſthane Tatianus prodidit [4]: *Qui de mago Oſthane gloriatur, in die conſummationis æterno igni depaſcendus tradetur.* Teſtatum autem Plinius facit hunc à quibuſdam Oſthanem & ab aliis Zoroaſtrem dici, qui primus magiæ, ut diximus, auctor fuit. Continenter vero idem Plinius [5]: *Quod certum eſt,* inquit, *hic maximè Oſthanes ad rabiem, non aviditatem modò ſcientiæ ejus, Græcorum populos egit.* Duos tamen ibi aiunt diſtingui à Plinio Oſthanas magos, unum qui Xerxem, alterum qui Alexandrum Magnum in bello ſequutus eſt. Obſervat autem Suidas [6] antiquis Perſarum magis tributum fuiſſe Oſthanæ nomen.

§. X.

De deorum fabulis, & Metrodoro, ac de ſtatuis, quas Tatianus ſe Romæ vidiſſe teſtatur.

NOn pauca etiam de decantatis deorum fabulis, ut impias Ethnicæ Religionis ſuperſtitiones evertat, paſſim congerit Tatianus. Sed quoniam ea omnibus facilia ſunt, nullique incognita, ſupervacaneum eſſet & inutile de iis à nobis longum trahi diſputationis filum. At illud obſervandum eſt, multa hanc in rem ex Homeri carminibus à Tatiano fuiſſe delibata.

Neque etiam prætermittere poſſumus Metrodorum Lampſa-

1. Pag. 173. 2. Clem. lib. I. Stromat. pag. 323. 3. Euſeb. lib. X. Præpar. Evangel. cap. 13. 4. Pag. 155. 5. Lib. XXX. Hiſt. Nat. cap. 1. 6. Voce Ὀσθάνης.

cenum, qui has falsorum deorum fabulas ad allegoricum sensum referre volebat, ab eodem auctore nostro scitè redargui & refelli; [1] *Certe Lampsacenus ille Metrodorus in libro de Homero, prorsus stolidè disseruit, nihil non ad allegoriam referens.* Is autem fertur fuisse discipulorum Epicuri celeberrimus. Frequens illius est apud varios Scriptores commemoratio. Sed legendi præcipue Gassendus Lib. I. de vita Epicuri cap. 8. Vossius Lib. I. de Histor. Græc. cap. 21. & Menagius in suis ad Lib. X. Diog. Laert. §. 22. observationibus.

Quam corrupti autem & depravati essent paganorum mores, ut omnibus patefaciat Tatianus noster, varias sedulo recenset statuas, quas suis ipsemet oculis viderat, & quibus impudicæ præsertim mulieres, aliæque nonnullæ virorum obscænitates repræsentabantur. Quinimo & eos à quibus factæ fuerant suis nominibus appellat. De his autem plerisque artificibus, & quibusdam mulierum statuis, aliquid literis consignavit Plinius Lib. XXXIV. & XXXV. Historiæ Naturalis.

At non inutilis forsitan operæ fuerit, quædam de iis minus obvia à nobis obiter annotari. Prima itaque, & quæ à Tatiano Glaucippe, & elephantum enixa dicitur, illa à Plinio [2] *Alcippe* cognominata est: *Alcippe*, inquit, *elephantum enixa est.*

Phrynem meretricem, inquit Tatianus, *Praxiteles & Herodotus statuarii fecerunt.* Quod quidem Plinius [3] paulo fusius prosequitur: *Spectantur & duo signa ejus* (Praxitelis) *diversos affectus exprimentia, flentis matronæ, & meretricis gaudentis. Hanc putant Phrynem fuisse, deprehenduntque in ea amorem artificis, & mercedem in vultu meretricis.* Athenæus [4] hanc ait ejusdem Praxitelis fuisse amasiam.

Statuam cujusdam mulierculæ à Periclymeno fabricatam memorat quidem Tatianus; sed quæ ea fuerit tacitus ille prætermisit: [5] *Periclymeni opus muliercula, quæ uno partu infantes triginta peperit; quod plerique miraculum putant.* Hæc autem non alia fuisse videtur quam *Eutiche*, de qua Plinius [6] hunc scribit in modum: *Pompeius Magnus in ornamentis Theatri mirabiles fama posuit effigies, ob id diligentius magnorum opificum ingeniis elaboratas, inter quas legitur Eutichis à viginti liberis rogo illata, Trallibus enixa triginta partus.*

Ex hoc autem Plinii loco haud absurde colligere possumus,

1. Pag. 160. 2. Lib. VII. Hist. Nat. cap. 3. 3. Lib. XXXIV. Hist. Nat. c. 8. 4. In Anthol. lib. XIII. cap. 6. 5. Pag. 169. 6. Lib. VII. Hist. Nat. cap 3.

statuas

ſtatuas de quibus diſputat Tatianus, quaſque ſe Romæ vidiſſe teſtificatur, eas aut pleraſque ſaltem fuiſſe, quas idem Plinius à Pompeio Magno in Theatro poſitas eſſe memorat. Et id quidem eo lubentius obſervamus, quod ea quæ de iis Tatianus perhibet, tam liquidò inde confirmentur, ut nullus merito fidem ei poſſit derogare.

Addit denique Tatianus: [1] *Sophron, qui nugas & nequitias literis mandavit, ærea ſtatua clarior evaſit, quæ etiamnum durat.* Hic fuit origine Syracuſanus; quem, teſte Quintiliano, Plato adeo probavit, ut ſuppoſitos capiti libros ejus, cùm moreretur, habuiſſe tradatur. Eadem de eo narrat Diogenes Laertius Lib. III. in vita Platonis, & alii plures, à Menagio in hunc Laertii locum citati. Sed præter hunc Sophronem, qui mimographus dictus eſt, alius ejuſdem nominis memoratur Comicus poëta; atque illius & ſuperioris mentionem faciunt Suidas, & Voſſius de poëtis Græcis cap. 5. & 8.

§. XI.

De Regum Argivorum Chronologia.

AD probandam Moyſis antiquitatem Tatianus Chronologiam Regum Argivorum ab Inacho ad Ilii captivitatem nobis exhibet, eamque viginti ætates compleviſſe aſſeverat. Illam quoque in ſuo Chronico deſcripſit Euſebius. Quapropter ut curioſi lectores utra potior ſit, & quomodo inter ſe diſcrepent, uno videant oculi ductu, utramque hic repræſentandam eſſe duximus.

CHRONOLOGIA Regum Argivorum ex Tatiano.	CHRONOLOGIA Regum Argivorum ex Euſebio.	
1. Inachus.	Argivis I. regnavit Inachus annis.	50.
2. Phoroneus.	Secundus Phoroneus annis	60.
3. Apis.	Tertius Apis annis	35.
4. Criaſis.	Quartus Argus annis	70.
5. Triopas.	Quintus Criaſus annis	54.
6. Argius.	Sextus Phorbas annis	25.
7. Phorbas.	Septimus Triopas annis	46.
8. Crotopas.	Octavus Crotopus annis	21.
9. Sthenelaus.	Nonus Sthenelus annis	11.

1. Pag. 169.

10. Danaus.	Decimus Danaus annis	50.
11. Lynceus.	Undecimus Lynceus annis	41.
12. Prœtus.	Duodecimus Abas annis	23.
13. Abas.	Decimus tertius Prœteus annis	17.
14. Acrisius.	Decimus quartus Acrisius annis	31.
15. Perseus.	Deinde vero Argivorum regnum de-	
16. Sthenelaus.	fecit, quod stetit annis quingentis qua-	
17. Eurystheus.	draginta quatuor, usque ad Pelopem, qui	
18. Atreus.	regnavit annis.	58.
19. Thyestes.	Perseus, Acrisio non sponte interfecto,	
20. Agamemnon.	migravit ab Argis, atque regnavit post	
cujus imperii anno	Acrisium, in Mycenas imperio translato.	
decimo octavo capta	Et ibidem Reges fuere.	
est Troja.	Perseus.	
	Sthenelus.	
	Eurystheus.	
	Atreus.	
	Thyestes.	
	Agamemnon, &c.	

Porro autem cum utraque hac Chronologia debent ea componi, quæ de quibusdam ex his Argivorum Regibus à Clemente Alexandrino Lib. I. Stromatum pag. 320. & seq. scriptis traditа leguntur.

Postremo si quæ adhuc obscurius dicta, & quæ explicatione aliqua indigeant, in hac tota Tatiani Oratione reperiantur, ea certe in superioribus Dissertationibus à nobis pro virili parte explicata sunt, vel illa deinceps in sequentibus enodare conabimur.

CAPUT III.

De Tatiani Assyrii SS. Evangeliorum Diatessaron, id est, unum ex quatuor.

§. I.

Analysis hujus commentationis.

QUatuor in partes hæc commentatio distribuitur. In prima autem Auctor ea stylo suo enarrat, quæ à quatuor Evangelistis ab ortu Christi Domini ad Johannis Baptistæ mortem peracta esse dicuntur. Tres aliæ partes totidem Dominicæ prædicationis

dicationis annos eadem ſcribendi methodo nobis exhibent. Primus autem annus, ſeu ſecunda hujuſce Operis pars ab eo tempore ſumit initium, quo Chriſtus doctrinam ſuam longe lateque cœpit diſſeminare, ſuoſque elegit Apoſtolos. Huic autem anno finem imponit parabolarum, quas è navi Chriſtus plebi in litore conſtitutæ propoſuerat, clara in diſcipulorum gratiam explicatio.

Secundum prædicationis annum, ſeu tertiam hujuſce commentationis partem Auctor à Chriſti in patria ſua prædicationibus inchoat, illamque eo apud Phariſæum abſolvit convivio, in quo hydropicus à Chriſto ſanatus eſt.

Ultima hujus Operis pars, & tertius prædicationis Chriſti annus ea continet, quæ in Evangeliorum libris ab ejuſdem Chriſti in Templi Salomonis porticu ipſo Encæniorum feſto deambulatione, ad illius uſque in cœlum aſcenſionem peracta eſſe legimus.

Porro autem ſingula quæque Evangeliorum capita, ex quibus loci, qui ab auctore explanantur, deſumpti ſunt, in toto citantur hujuſce Operis contextu. Non omnia tamen ille refert, quæ in eiſdem Evangeliis occurrunt. Quibuſdam enim, quæ tanti atque alia ipſi non videbantur momenti, prætermiſſis, præcipua quæque capita breviori ſtylo, ſed haud parum elaborata concinnitate ediſſerit. Nonnullas denique ad lectoris mores informandos, ex his, quæ in Evangelio delibaverat, inſerit animadverſiones.

Ex hac autem totius hujuſce commentationis analyſi liquidò intelligitur, illam brevem eſſe contractamque ex quatuor Evangeliis, vitæ prædicationiſque Chriſti hiſtoriam. Non alius itaque in ea concinnanda videtur fuiſſe Auctoris ſcopus; niſi ut ea quæ in eiſdem Evangeliis diviſim habentur, in unum collecta, & ad Chronologicum ordinem accuratius redacta, ſuiſque verbis clarius repræſentata, uno videri poſſent oculorum intuitu.

§. II.

Utrum Tatianus hujus commentationis ſit auctor.

OMnem extra controverſiam videtur editam fuiſſe à Tatiano quandam ex quatuor Evangeliis collectam lucubrationem, quam διὰ τεσσάρων titulo inſcripſit. Euſebius enim hæc de illa memoriæ prodidit: [1] *Tatianus catenam & collectionem neſcio*

[1] Lib. IV. Hiſt. cap. 29.

nescio quam Evangeliorum contexuit, quam διὰ τεσσάρων, *hoc est, Evangelium ex quatuor Evangeliis compositum nominavit: quod Opus à quibusdam etiamnum habetur.* Quæ quidem in Chronico Alexandrino [1] repetita invenies. Verum cùm plures ejuscemodi commentationes, à variis Scriptoribus olim prodierint, nec Eusebius his verbis eam, quæ à Tatiano profecta esse dicebatur, ab aliis satis clare distinxerit, jure prorsus merito quæritur, num hæc eadem sit, de qua nunc à nobis instituitur disputatio. Neque certe minimus est ea de re dubitandi locus. Nam hæc eadem lucubratio primùm Ammonii Alexandrini nomine divulgata est, ejusque fronti inscriptus iste titulus: *Evangeliorum quatuor narratio ex Ammonio Alexandrino, Ottomaro Luscinio interprete.* Victor autem, Capuanus Episcopus aliam commentationem Tatiano adscripsit, eique hunc præfixit titulum: *S. quatuor Evangeliorum Harmonia, Tatiano Alexandrino auctore.* Quapropter apud Criticos Scriptores de veris utriusque Operis auctoribus diu certatum fuit, nec ea lis adhuc videtur omnino composita.

Prima autem eorum opinio, quæ hanc posteriorem commentationem Tatiano, cujus nomine inscribitur, aliquando adjudicavit, ab eodem Victore Capuano Episcopo orta est. Hunc enim librum absque ullo Auctoris nomine à se inventum, cùm ille ex Eusebio vel Tatiani vel Ammonii esse collegisset, tum instituto diligenti ejusdem libri examine, utri potius adjudicandus esset, non ausus est prorsus definire. [2] *Arbitror*, inquit, *propterea non Ammonii, sed Tatiani esse editionem memorati voluminis, quod Ammonius Matthæi fertur relationi, Evangelistarum reliquorum relationem discretos annexuisse sermones: hic vero sancti Lucæ principia sunt assumpta. Licet ex maxima parte Evangelio sancti Matthæi, reliquorum trium dicta conjunxerit, ut jure ambigi possit, utrum Ammonii an Tatiani inventio ejusdem operis debeat æstimari.* At porro ubi ad illud Tatiano assignandum se magis inclinare significat, ibi rursum anceps omnino & dubius hæret, utrum ante vel post illius ad hæresim defectionem fuerit ab eo compositum.

Verum hæc opinio nullos hujusce ætatis habuit patronos aut fautores. Contendunt enim Critici Scriptores falsum omnino fuisse Victorem, qui illud Opus Tatiano attribuit, quod Ammonio erat adscribendum. Constans quippe & certum ipsis vi-

1. Ad ann. Christi 173. 2. Præfat. in Harmon. Evangel.

detur

detur ea omnia, quæ de Tatiani Diateſſaron Euſebius, atque in primis Theodoretus, memorant, huic ſoli lucubrationi convenire, de qua nunc diſputamus. Quæ enim qualiſve illa fuerit, ſic idem Theodoretus explicat: [1] *Hic Evangelium, quod Diateſſaron dicitur, compoſuit, amputatis genealogiis, & aliis omnibus, quæ Dominum ex ſemine David ſecundum carnem natum oſtendunt. Eoque uſi ſunt non modò qui erant ejus ſectæ, ſed ii etiam qui Apoſtolica dogmata ſequebantur, compoſitionis fraudem non cognoſcentes, ſed ſimplicius tanquam compendio libro utentes. Nactus ſum etiam ipſe libros hujuſmodi ſupra ducentos, in honore habitos in Eccleſiis noſtris, quos omnes in unum congeſtos ſepoſui, & pro his quatuor Evangeliſtarum Evangelia introduxi.* Atqui, inquit Baronius [2], hæc commentatio quæ in noſtra Lugdunenſi Bibliotheca Tatiani, prius verò Ammonii nomine inſcripta eſt, ad hos Theodoreti numeros ubique diſpoſita videtur. Nulla enim, ait ille, de Chriſti genealogiis à Matthæo, & Luca deſcriptis ibi prorſus fit mentio. Ibi etiam Auctor propria Evangeliſtarum verba non retulit: ſed eorum ſententias, ſuis ille verbis, ſuoque, ut jam monuimus, expreſſit ſtylo. Denique ex quatuor Evangeliis, unum compendiarium, ut loquitur Theodoretus, librum compoſuit. Hanc autem Baronii ſententiam ſuo plures alii poſtea comprobarunt aſſenſu. Quapropter hæc eadem lucubratio, quæ hactenus in variis Patrum Bibliothecis Ammonii nomine prodierat, in Bibliotheca noſtra Lugdunenſi, hoc titulo edita eſt: *Ejuſdem Tatiani Aſſyrii Evangeliorum Diateſſaron, unum ex quatuor.*

Verum huic opinioni Henricus Valeſius [3], aliique doctiſſimi viri aperte adverſantur. Negant enim hanc commentationem illud verum & genuinum opus eſſe, quod Euſebius & Theodoretus Tatiano aſſerunt. Opinionem autem ſuam his probare nituntur rationum firmamentis. Primo Evangelium Tatiani ipſiſmet Evangeliorum verbis compoſitum erat: hoc verò, de quo agitur, non alio quam Auctoris, uti diximus, ſtylo conſcriptum eſt. Deinde plura in eo reperiuntur erroribus Tatiani contraria, atque illud præcipue, quod ſæpius repetitur, Chriſtum eſſe Davidis filium. Tres præterea prædicationum Chriſti anni ibi aperte diſtinguuntur. Atqui veteres unum duntaxat prædicationibus Chriſti tribuebant annum. Addunt

1. Lib. I. Hæret. fab. cap. 20. 2. Baron. ad ann. 174. §. 9. 3. In ſuis Annot. in cap. 29. lib. IV. Hiſt. Euſeb.

denique

denique ex hujusce Operis stylo plane & manifeste evinci illud à Latino auctore profectum.

Verum hæc argumenta, inquiet aliquis, tanti non videntur esse ponderis, quin iis facile possit responderi. Nam quod spectat ad primum, neque Eusebius, neque Theodoretus, aut quivis alius hanc lucubrationem Evangelicis verbis compositam distincte affirmant. Aiunt enim illam nihil aliud esse, nisi quandam ex quatuor Evangeliis compactam collectionem, & catenam. Quid autem prohibet quominus Auctor suis verbis, quibus clarior breviorque redderetur, hanc catenam adornaverit? Quod si aliqua erroribus Tatiani contraria in illa occurrant, id indicio tantum erit eam ab eodem Tatiano, cùm adhuc orthodoxam Justini magistri sui doctrinam sequeretur, ejusque lateri adhæreret, fuisse editam. Nullus autem hactenus probavit Tatianum ei manum tunc tantum admovisse, cùm suam hæresim in lucem emisisset.

Nec majoris tertium argumentum videtur esse ponderis. Quis etenim nobis unquam demonstrabit omnes, quotquot Tatiani sæculo Scriptores extitere, unum duntaxat agnovisse prædicationis Christi annum? Nunquid hi omnes, atque ii inprimis, qui tanto studio Evangelicos libros pervolutarunt, tanta suffusi sunt caligine; ut plures prædicationis Christi annos, qui ab aliis recentioribus evidentissime distinguuntur, non potuerint deprehendere? Certe id apprime vidit Irenæus, qui contra Valentinianorum errorem, ut infra [1] videbimus, tria à Christo post suum baptismum exacta fuisse Paschatis tempora, ex Evangeliorum historiis luculenter demonstravit.

Ultimum vero argumentum inde solvi potest, quod antiquiorum hujusce commentationis Editionum titulo additum sit: *Ottomaro Luscinio interprete.* Quid namque aliud his verbis significatur, nisi hoc Tatiani Opus fuisse primitus Græca editum Lingua, & ab Ottomaro deinceps Latine redditum.

Nostra vero hac de quæstione quæ sit sententia, si quis rogaverit, ingenue confitebimur, illud Opus nobis quoque omnino videri spurium & adulterinum. His autem potissimum in eam opinionem adducti sumus rationum momentis. Theodoretus enim, qui genuinam Tatiani lucubrationem diligenter perlegerat, testatum utique facit plurima ejus exemplaria in Ecclesiarum scriniis fuisse asservata, & à Christianis non secus ac

1. Dissert. VI. cap. 7. § 3.

verum

verum Evangelium magno habita in honore. Inde autem firmiſſimum, uti arbitramur, poteſt deduci argumentum, eam non aliis, quam ipſiſmet concinnatum fuiſſe Evangeliorum ſermonibus. Neque enim putamus ulli unquam probabile fieri per priora Eccleſiæ ſæcula Chriſtianos, alicui commentationi, ſtudio & labore privati cujuſdam hominis tantummodo editæ, eandem ac ipſi Evangeliorum apographo, & fidem habuiſſe, & detuliſſe honorem; imo verò & eam in illius ſubſtituiſſe locum. Quamobrem illa, de qua diſputamus, commentatio alia omnino ab ea eſſe videtur, quam Theodoretus à Tatiano noſtro profectam eſſe memorat.

Quid vero? quod Evangelica Tatiani catena à nonnullis, teſte Epiphanio, Evangelium ſecundùm Hebræos dicebatur. [1] *Ferunt opus illud, quod ex quatuor Evangeliis contextum eſt, quodque ſecundum Hebræos nonnulli vocant, ab eo eſſe conſcriptum.* Quamvis enim illi à vero prorſus aberraverint, ex eorum tamen errore haud abſurde colligitur eandem commentationem non aliis, quam Evangeliorum verbis fuiſſe compoſitam.

Præterea idem Theodoretus tradit Tatianum ex ſuo libro ea omnia amputaſſe, quæ ad Chriſti ex Davide ortum pertinebant. Atqui illa, de qua agitur, lucubratio hanc à ſuo primordio declarat Chriſti Domini Nativitatem.

Poſtremò quod in ejuſdem libri titulo Ottomarus dicitur eſſe illius interpres, id ſuſpectæ omnino nobis videtur eſſe fidei. Et ſtylus namque & dictio nihil minus quam latinum interpretem ſapiunt. Nullum ſiquidem Opus ex latino fonte profluens, majori facilitate, & nitore, ac elegantiori brevitate apparet fuiſſe adornatum.

Tametſi vero ſpurius & adulterinus ſit hic liber; poteſt tamen iis eſſe utilis, qui indagandæ Evangelicæ hiſtoriæ ſedulam navant operam. Ex eo ſiquidem diſcent quomodo ex quatuor Evangeliis hæc hiſtoria ſuum poſſit redigi in ordinem. Ipſa vero hujus libri lectio eo debet eſſe jucundior, quo ille breviori clariorique, & ut nonnulli aiunt, elegantiori ſtylo conſcriptus eſt.

1. Hæreſ. cap. 46. §. 1.

FINIS.

ΕΡΜΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

ΔΙΑΣΥΡΜΟΣ

ΤΩΝ ΕΞΩ ΦΙΛΟΣΟΦΩΝ.

HERMIÆ PHILOSOPHI

GENTILIUM

PHILOSOPHORUM IRRISIO.

CLARISSIMO VIRO

D. JOANNI MILLIO

S. Th. P.

THO. GALE

S.

NUdius tertius accepi tuas, doctiſſime Milli, in quibus variantes Lectiones ad Hermeam Philoſophum ex meo Codice MS°. petebas. Ego, uti vides, nullâ morâ, poſtulationi tuæ reſpondeo. Poteras hanc opellam, jure tuo, à me exigere; tua enim operâ prolixè uſus ſum, jam longo tempore, in hujuſmodi rebus. Tui interim ſit arbitrii, an Schediaſma iſtud ſeorſim ad finem eorum, quæ eruditus Editor ſcribet in Hermeam, an interpolatim compareat. Vale.

Eboraci.

Febr. 27. A. D. M.DCC.

- 1990

DE HERMIA JUDICIUM

Cl. Guilielmi Cave *Hiſt. Literar. Tom.* II. *pag.* 35.

HErmias, ſcripſit *Irriſionem Gentilium Philoſophorum.* Quod hunc Scriptorem ſæculo II. aſcripſerim eâ de causâ factum eſt, quòd reliquis hujus ævi Chriſtianæ fidei Apologiſtis meritò accenſendus videbatur. De eo altum ſilent omnes Veteres, & penè Recentiores. Tacent Raph. Seilerus, & Conr. Geſnerus, qui libellum primi ediderunt. Fronto Ducæus, qui *Auctuario* ſuo illum inſeruit, de auctore vel ætate ne verbulum quidem habet. Cl. Lambecius, Comment. de *Biblioth. Vindob.* lib. VII. p. 54. conjicit fuiſſe Hermiam Sozomenum, Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Scriptorem, qui ſæculo V. ſub Theodoſio juniore floruit; ductus (ut opinor) partim nominis identitate, partim locis quibuſdam in Sozomeni Hiſtoriâ, ubi de Gentilibus, eorumque Philoſophis agitur, *viz.* lib. I. cap. 18. lib. II. cap. 5. lib. III. cap. 17. lib. V. cap. 1. Hanc conjecturam amplexus eſt nuper Ern. Tentzelius, *Exercit. Select.* V. pag. 228. & *Addend.* in fin. 456. Quò minùs verò in hanc ſententiam deſcenderim, obſtant quæ ſequuntur argumenta. 1. In omnibus codicibus tùm excuſis, tùm MSS. Hermias noſter Philoſophi nomen ſortitur: Ἑρμίου τοῦ φιλοσόφου. Quod quâ ratione Sozomeno congruat, non video. Erat vitæ inſtituto Scholaſticus, ſive Advocatus, cauſas publicè egit, & cùm ad ſcribendum animum appulit, Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſe totum dedit; Profeſſionis verò philoſophicæ nec vola, nec veſtigium. Non ſum neſcius ſeveriores vitæ Aſceticæ cultores laxiori vocis ſignificatione quandoque philoſophari dictos eſſe; adeoque apud ipſum Sozomenum[a], Eccleſiaſtici Philoſophi vocantur. Sed, præ-

[a] Lib. III. cap. 17. pag. 529.

terquàm

terquàm quòd Sozomenum Monachum fuiſſe nemo dixerit, nec de ſe aliud habet [b] quàm quòd νέος ὢν cùm ſenibus quibuſdam Gazenſibus verſatus ſit; Philoſophi nomen hoc loco, ſtrictiori & magis proprio ſenſu accipi oportet, nec à Scriptoribus Eccleſiaſticis tribui ſolet, niſi iis qui è Philoſophorum Scholis prodierint, & poſt converſionem, priſtinum & nomen, & habitum retinebant. Quo ſenſu Ariſtidem, Juſtinum, Pantænum Philoſophos vocant Euſebius, & Hieronymus. Et Athenagoras in utriuſque ſui operis Inſcriptione Philoſophus Chriſtianus appellatur. 2. Ex toto opuſculi contextu conſtare videtur, vigente adhuc Ethniciſmo, ſcriptum fuiſſe. Hinc ad ſubruenda magiſtrorum ſubſellia, omnia in eo, miro ſanè artificio, aptè compoſita; hinc pugnantia Philoſophorum placita, & adverſantes opiniones eleganter inter ſe commiſſæ; hinc de variis Philoſophantium Sectis non alitèr loquitur, ac ſi in Scholis & Academiis jam regnarent, & eorum dogmata ubique obtinerent: quod de Sozomeni tempore dici non poteſt, quandò Gentilium ſuperſtitio ſylvas & pagos quæreret, & pauci qui ſupererant Philoſophi, in angulis latitarent, ut vix ulla hujuſmodi opuſculi neceſſitas eſſe poterat. 3. Si hujus libelli auctor eſſet Sozomenus, ſcripſit eum vel ante, vel poſtquam Hiſtoriam Eccleſiaſticam condidit. Non ante: quî enim fieri potuit, ut ubi de Gentilibus agit, & Philoſophos arguit, hujus opuſculi non meminiſſet, Lectoremque ad id non remiſiſſet? Non poſteà: Quia vix credi poteſt, hominem Chriſtianum, Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, & quinti jam Sæculi Scriptorem, hujuſmodi datâ occaſione, de Chriſtianis eorumque dogmatibus, ſtatu, perſecutione, Gentiliumque Philoſophorum (præſertùm ſub Juliano) in eos calumniis, ne leviſſimam quidem feciſſe mentionem. Photii Codicem XXX. cur citaverit Lambecius, nullus video. Loca quæ ad firmandam conjecturam ex Sozomeni Hiſtoriâ adducit, parùm, immò nihil ad rem conferunt, ut vel primo intuitu quivis videt. Quinimò ſi exinde valeret argumentum, opuſculum Sozomeno tribuendum eſſe, quòd de Gentilibus, eorumque Philoſophis, tribus quaſi verbis pro re natâ agit; quantò potiori jure Socrati Scholaſtico aſcribi debet, qui non modò obiter id facit, verùm lib. III. cap. 22. adversùs Libanium, alioſque ſub Juliani Imperio Gentilium Philoſophos, ſingularem, eruditam, & Hermiæ libellum tantùm

b Lib. V. cap. 15. pag. 617.

non

non mole exæquantem, dissertationem inseruit. 4. Denique stylus Sozomeni ab Hermiæ stylo plurimùm recedere videtur. Etsi enim Socrate in scribendo præstantiorem esse judicet Photius; nihilominus stylus ejus est simplex, inelaboratus, & parùm elegans; Hermiæ verò concinnus, concisus, argutus, salibus & dicteriis undique consperſus, ut adeo dicendi genus toto cœlo distare videatur.

---

[a] EPMI-

---

[1]ΕΡΜΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

ΔΙΑΣΥΡΜΟΣ

[2]ΤΩΝ ΕΞΩ ΦΙΛΟΣΟΦΩΝ.

HERMIÆ PHILOSOPHI

GENTILIUM

PHILOSOPHORUM IRRISIO.

Raphaele Seilero Interprete.

α'. Παῦλος ὁ μακάριος Ἀπόστολος, τοῖς τὴν Ἑλλάδα τὴν Λακωνικὴν παροικοῦσι Κορινθίοις γράφων,[3] ὡς ἀγαπητοὶ, ἀπεφήνατο λέγων· * ἡ σοφία τοῦ κόσμου τούτου μωρία παρὰ τῷ Θεῷ. οὐκ ἀσκόπως εἰπών· [4] δοκεῖ γάρ μοι τὴν ἀρχὴν

I. Beatus Apostolus Paulus, Corinthiis, qui juxta Laconicam Græciam habitant, scribens, dilecti, cum pronunciavit: *Sapientia hujus mundi, stultitia est apud Deum*: præter rei veritatem locutus non est. Videtur enim mihi

* 1 *Cor.* c. 3. v. 19.

[2] Ἑρμείου Codex MS. in Bibliotheca Cæsarea, cujus meminit Lambecius Lib. VII. p. 54. Commentariorum in eandem.

1 Ἑρμίου] Ἑρμείου MS. Hermeæ, ut Augeæ, Æneæ. Videtur Hermeas ob oculos habuisse Justinum martyrem & Theodoretum. Philosophorum istas dissensiones de Principiis collegit Plutarchus, Tertullianus, Eusebius, Nemesius, Porphyrius, Ætius, fortè τῶν φιλοσοφουμένων auctor; Joannes Philoponus in procœmio ad primum librum Aristotelis de Anima: & Mich. Psellus MS. apud me, dignus profectò qui lucem publicam videat. *Gale.*

2 τῶν ἔξω φιλοσόφων] Titulo à S. literis sumto; in quibus Gentiles, quique nondum ad fidem conversi fuerant, dicti sint οἱ ἔξω 1 Cor. c. 5. ver. 12, 13. Col. c. 4. v. 5. 1 Thess. c. 4. v. 12. Sic apud Damascenum, aliosque auctores (quos in Glossario suo enumerat clarissimus Du Fresne) Philosophi Ethnici οἱ ἔξω σοφοὶ vocantur.

3 ὡς ἀγαπητοὶ,] Hinc apparet tractatum istum Hermeæ, more Orationis seu Homiliæ apud Auditores suos habitum fuisse.

4 δοκεῖ γάρ] Interpres magis perspicue sic vertisset. *Videtur enim mihi ista sapientia ab angelorum defectione principium repetiisse; & eam esse causam cur philosophorum &c.* Gale.

1 ἀγγέ-

mihi ab angelorum defectione principium repetiisse, cur philosophorum decreta inter se neque consentiant, neque approbentur.

II. Nam eorum alii dicunt, animum ignem esse, ut Democritus: alii aërem, ut Stoici: alii mentem: alii motionem, ut Heraclitus: alii exhalationem: alii vim à sideribus promanantem: alii nudam è Theodoreti *Therapeutic.* desumsisse. Noto etiam Syntaxin, toto hoc loco, perturbari propter interpositionem istorum nominum. *Gale.* Suggerit MS. Codicis lectio οἷον τ' ἀέρα, lectum hîc initio, quomodo apud Justinum, οἱ δὲ τὸν ἀέρα. Verba enim mox sequentia οἱ Στωϊκοὶ in Codice suo MS. non haberi notat cl. Galeus: neque verò occurrit vox Στωϊκοὶ apud Justinum, à quo ista traducta sunt.

εἰληφέναι ἀπὸ τῆς τῶν ἀγγέλων ἀποστασίας· δι' ἣν αἰτίαν οὐδὲ σύμφωνα, οὐδὲ ὁμόλογα οἱ φιλόσοφοι πρὸς ἀλλήλους λέγοντες, ἐκτίθενται τὰ δόγματα.

β'. Οἱ μὲν γάρ φασιν αὐτῶν ψυχὴν εἶναι τὸ πῦρ, οἷον Δημόκριτος· τὸν ἀέρα, οἱ Στωϊκοί· οἱ δὲ τὸν νοῦν· οἱ δὲ τὴν κίνησιν, Ἡράκλειτος· οἱ δὲ τὴν ἀναθυμίασιν· οἱ δὲ δύναμιν ἀπὸ τῶν ἄστρων

1 ἀγγέλων ἀποστασίας] Respicit hoc loco receptam apud veteres opinionem, qui ab Angelis post lapsum varias *artes revelatas*, & *omnem curiositatem* fœminis *denudatam* crediderunt, ut cum Tertulliano loquar, lib. *de Habitu Muliebri*. c. 2.

2 Οἱ μὲν γὰρ] Ista prope ad verbum extant apud Justinum in *Paræneſi*, p.8.

3 τὸ πῦρ] Animam ignem fuisse affirmarunt olim Hipparchus & Heraclitus, teste Tertulliano lib. *de Anima* cap. 5. Nec dissimilis etiam hodiernorum Medicorum opinio, qui de *flamma Cordis* agunt. Quin & apud veteres Judæos obtinuit eadem sententia, teste auctore Libri *Sapientiæ*, c. 2. v. 2. Καπνὸς ἡ πνοὴ ἐν ῥισὶν ἡμῶν, & ὁ λόγος σπινθὴρ ἐκ κινήσεως καρδίας ἡμῶν.

4 οἷον Δημόκριτος] MS. noster — ψυχὴν εἶναι, Δημόκριτος, τὸ πῦρ. Vox illa Δημόκριτος ex margine (ubi etiam nunc stat) venit in textum: Idem dico de aliis Philosophorum nominibus quæ sequuntur. Non habentur apud Justinum p.8. unde tamen cætera mutuatus est Herméas. *Gale.* Nescio an Scholiastes nomen Democriti acceperit à Nemesio, seu potius Plutarcho lib. IV. *de placitis Philosophorum*, c. 3.

5 τὸν ἀέρα οἱ Στωϊκοί·] MS. sic. Δημόκριτος οἷον τὸν ἀέρα. Lego οἱ τὸν ἀέρα. Porrò hinc constat, Herméam quæ-

ἄστρων

ram ista ex Democrito sumsisse. Noto etiam Syntaxin, toto hoc loco, perturbari propter interpositionem istorum nominum. *Gale.* Suggerit MS. Codicis lectio οἷον τὸν ἀέρα, lectum hîc initio, quomodo apud Justinum, οἱ δὲ τὸν ἀέρα. Verba enim mox sequentia οἱ Στωϊκοὶ in Codice suo MS. non haberi notat cl. Galeus: neque verò occurrit vox Στωϊκοὶ apud Justinum, à quo ista traducta sunt.

6 οἱ δὲ τὸν νοῦν] Platonici scilicet. sic enim Plutarchus de Platone: ψυχὴν, ἕξιν νοητὴν ἀπεφήνατο, ἐξ ἑαυτῆς καὶ τοῦ νοητοῦ. lib. IV. *de placitis Philos.* c. 2.

7 κίνησιν,] Heraclito hîc perperam tribuitur quod Thaleti adscriptum oportuit, auctore Plutarcho, loco citato.

8 Ἡράκλειτος] Vocabulum hoc ad oram Codicis à studioso quopiam notatum retulit imperitus scriba ad κίνησιν, quod ex mente Scholiastæ referri debuit ad ἀναθυμίασιν. Heraclitus enim, teste Plutarcho, *de placitis Philos.* lib. IV. cap. 3. censuit τοῦ μὲν κόσμου ψυχὴν, ἀναθυμίασιν εἶναι τῶν ὑγρῶν, τοῦ δὲ τοῖς ζῴοις, ἀπὸ τῆς ἐν τῷ σπέρματι καὶ τοῖς ἀναθυμιάσεως ὁμοφυῆ. Vide & Laertium lib. IX. §. 9.

9 οἱ δὲ δύναμιν] Aliis ἀπόρροιαν ἀπὸ τῶν ἄστρων. Videatur Proclus quinto Timæi. Damascius tangit istam opinionem, & rejicit. *Gale.*

1 ἀναθυμ

ςρων ῥέυσιν· οἱ δὲ [1] ἀριθμὸν κινητικὸν, Πυθαγόρας· [2] οἱ δὲ ὕδωρ γονοποιὸν, [3] Ἱππωνα· [4] οἱ δὲ ςοιχεῖον ἀπὸ ςοιχείων· [5] οἱ δὲ ἁρμονίαν, Δείναρχος· οἱ δὲ [6] τὸ αἷμα, Κριτίας· [7] οἱ δὲ τὸ πνεῦμα· οἱ δὲ τὴν [8] μονάδα, Πυθαγόρας· [9] καὶ οἱ παλαιοὶ τὰ ἐναντία. πόσοι λόγοι περὶ τούτων; ὁπηχειρήσεις πόσαι; πόσαι δὲ καὶ σοφιςῶν ἐριζόντων μᾶλλον, ἢ ταλήθες ἐυρισκόντων;

merum movendi vi præditum, ut Pythagoras: alii aquam genitalem, ut Hippon: alii elementum ab elementis: alii harmoniam, ut Dinarchus: alii ſanguinem, ut Critias: alii ſpiritum: alii unitatem, ut Pythagoras: & priſci diverſa. Quot de his ſententiæ? quot philoſophorum & ſophiſtarum contendentium magis, quàm veritatem invenientium, argumentationes?

III. Verum

1 ἀριθμὸν κινητικὸν.] Pythagoras ſe numerum moventem fuiſſe dixit. ὃ δὲ ἀριθμὸν αὐτὸ ἓν τῷ παραλαμβάνει, inquit Plutarchus, *de placitis Philoſoph.* lib. IV. c. 2. Idem de Xenocrate tradit Macrobius lib. I. *in Somnium Scipionis* cap. 14.

2 οἱ δὲ ὕδωρ γονοποιὸν] MS. γονοποιῶν ἓν. Aliter, Ἱππωνα. Hanc opinionem videntur Ægyptii etiam foviſſe. Vide, ſi placet, quæ olim ad Iamblichi Myſteria attuli ex Simplicio, & aliis. *Gale.*

3 Ἱππωνα] Sic Nemeſius. Unde fortaſſe vox iſta ab alio traducta in marginem, tandem in textum irrepſit. Sed & præter Hipponem, etiam Thales animam ex aqua conſtare dixit, teſte Tertulliano lib. *de Anima* cap. 5. & Macrobio lib. I. *in Somnium Scipionis* cap. 14.

4 ςοιχεῖον ἀπὸ ςοιχείων] *Quintam* ſcilicet *Eſſentiam*, quam vocant. *Critolaus & Peripatetici ejus animam effingunt ex quinâ neſcio quâ ſubſtantiâ.* Tertullianus lib. *de Anima* cap. 5. Idem omnino vult Cicero, cum animam ex quorundam ſententia vocat, *quintam illam non nominatam magis, quàm non intellectam naturam.* Tuſcul. Quæſt. lib. I. §. 17. Quinimo Ariſtoteles ipſe Deum ὁ τῷ αἰθερώδει πέμπτῳ ςοιχείῳ ἴσην ἀποφαίνεται. *In æthereo quinto elemento eſſe pronuntiavit.* Juſtin. p. 34. Confer Plutarchum Lib. I. cap. 7. *de placitis Philoſoph.*

5 οἱ δὲ ἁρμονίαν] Dinarchus, puto, apud Nemeſium. Sed Plutarcho in placitis Philoſophorum & Stobæo is eſt Dicæarchus. Rectius, opinor, Theodoreto & Æneæ Gazæo, Clearchus; de quo Laertius. *Gale.*

6 τὸ αἷμα, Κριτίας] Ex Nemeſio forſan hoc loco Critiæ nomen interpoſitum. Verum haud Critias tantum, ſed & Empedocles animam dixit ex ſanguine conſtare, teſte Tertulliano & Macrobio. Judæorum hæc erat ſententia.

7 οἱ δὲ τὸ πνεῦμα] Sanè innumeri, S. Scripturæ paſſim. Vide Nemeſium p. 45. Edit. Oxon. *Gale.*

8 μονάδα, Πυθαγόρας] Adjectum fortè Πυθαγόρας ex Juſtini Paræneſi p. 18. vel etiam Plutarcho lib. I. *de placitis Philoſoph.* cap. 3.

9 καὶ οἱ παλαιοὶ] Ariſtoteles in Phyſicis ſic loquitur. Sed hîc ſupra τῶν παλαιῶν opiniones noſter jam jam adduxit. Lego igitur ex Theodoreto καὶ ἄλλοι οὐ ἐναντία. Sic & Æneas Gazæus. pag. 12. *Gale.*

1 περὶ

III. Verum esto, de animo inter se dissentiunt: nunquid verò de cæteris concordes pronunciaverunt? Atqui alius voluptatem ejus bonum, alius malum, alius rursum medium inter bonum & malum appellat. Ejus porrò naturam alii immortalem, alii mortalem esse aiunt, alii ad parvum aliquod tempus permanere: alii eam in bestiarum conditiones devolvunt, alii in corpora individua dissolvunt, alii ter ad corpora transire, alii ter mille annorum circuitum ei præfiniunt. Et qui ne centum quidem annos vivunt, de tribus futuris annorum millibus pronunciant.

IV. Hæc igitur quid aliud nominanda sunt, quàm, ut mihi sanè videtur, portentum, aut dementia, aut insania, aut hæc simul omnia? Quod si verum aliquid invenerunt, aut eadem proferant,

γ'. Αλλὰ γὰρ ἔστω σκιάζειν μὴν [1] περὶ τῆς ψυχῆς, τὰ δὲ λοιπὰ περὶ αὐτῆς ὁμογνωμονοῦντες ἀπεφήναντο; καὶ [2] ἄλλοι τὴν ἡδονὴν αὐτῆς, ὁ μέν τις ἀγαθὸν καλεῖ, ὁ δέ τις κακὸν, ὁ δ' αὖ μέσον ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ. τὴν δὲ φύσιν αὐτῆς, οἱ μὲν ἀθάνατον φασιν, οἱ δὲ θνητὴν, οἱ δὲ [3] πρὸς ὀλίγον διαμένειν. οἱ δὲ διαμένουσαν, οἱ δὲ διαφθείρεσθαι αὐτὴν, οἱ δὲ εἰς ἄτομους διαλύεσθαι, οἱ δὲ [4] τρὶς ἐνσωματοῦσθαι, οἱ δὲ τρισχιλίων ἐτῶν περίοδον αὐτῇ ὁρίζουσιν. καὶ γὰρ οὐ μηδὲ ἑκατὸν ἔτη ζῶντες, περὶ τρισχιλίων ἐτῶν μελλόντων ἀπαγγέλλουσι.

δ'. Ταῦτα ἔν τι χρὴ καλεῖν; ὡς μὴν ἐμοὶ δοκεῖ, παραπλησίαν, ἢ ἄνοιαν, ἢ μανίαν, ἢ σφόδρα, ἢ ὁμοῦ πάντα. εἰ μή τι ἀληθὲς [d] εὑρήκασιν, ὁμογνοήσαντα, ἢ [e] συγκαταπεφθάσασιν, καίγε πᾶν

c Suggerit Editionis Basil. & prioris Paris. lectio τρισὶν σωματῦσαι, lectum hic initio, sicut emendavimus, neque enim mihi arridet τρίτον σωματῦσαι, quomodo habet posterior Edit. Paris. d Sic *Fronto Duc.* & MS. εὑρήκασαι & εὑρηκάμεν habent Editt. Paris. e Editt. omnes συγκατιδεῖν.

1 περὶ τῆς ψυχῆς] Nempe de *essentia* ejus. In anima, 1. οὐσία, 2. δυνάμις, 3. ἐνέργεια. *Gale.*

2 ἄλλοι τὴν ἡδονὴν] Mirum. Legoaut δύναμιν, aut ἰδέαν αὐτῆς. Porphyrius in *Gradibus*, ψυχῆς φύσις ἐκ ἀγαθοῦ αἰὼν ἀγαθοῦ μετέχειν δυνάμενον, ἐξ ἀγαθοειδής. Denique quis statuerit τὸ κακὸν, esse ἡδονὴν ψυχῆς? *Gale.*

3 πρὸς ὀλίγον ἐπιμένειν] *Stoici*, inquit Cicero, *diu mansuros aiunt animos; semper, negant.* Tuscul. Quæst. lib. I. §. 31. Ita & Tertullianus. *Stoici aliquod tempus animæ indulgent, ab excessu usque in conflagrationem universitatis.* lib. de Anima c. 54.

4 οἱ δὲ τρὶς] MS. οἱ δὲ τρεῖς σωματοῦσαι. Fortè οἱ δὲ εἰς τρίτον, vel εἰς τρὶς σωματῦσαι. Orphicorum opinio huic affinis. Animæ apud eum orant ut liceat eis κύκλῳ λῆξαι. Origenes non multum hinc abiit. Platonici omnes ψυχῆς ἀποκαθάρσεις sanciunt. *Gale.*

1 ἄσμενοι] 1 ἄσ

[1] ἄσμενος αὐτοῖς πφθήσομαι.* εἰ δὲ ἀντιπαῶσι τλὼ ψυχλὼ, ℭ ἀνθέλκυσι, [2] ἄλλως εἰς ἄλλιν φύσιν, ἕτερος δὲ εἰς ἑτέραν ὐσίαν, [3] ὕλλω δὲ ἐξ ὕλης [f] μεταβάλλεσθαι". ὁμολογῶ γὰρ ἄχθεσθαι τῇ [4] παλιρροίᾳ" τ̃ πραγμάτων. νῦν μὲν ἀθάνατος εἰμι, ϗ γέγηθα· τοτὲ δ' αὖ θνητὸς γίνομαι, ϗ δακρύω. ἄρτι δὲ εἰς ἀτόμους ℳαλύομαι, ὕδωρ γίνομαι, ℭ ἀὴρ γίνομαι, πῦρ γίνομαι· εἶτα μετ' ὀλίγον, ὅτε ἀὴρ, ὅτε πῦρ, θηρίον με ποιεῖ, ἰχθῦν με ποιεῖ. πάλαι ἦν ἀδελφὸς ἔχω δελφῖνας, ὅταν δὲ ἐμαυτὸν † ἰδὼν, φοβοῦμαι τὸ σῶμα, ϗ οὐκ οἶδα ὅπως αὐτὸ καλέσω, ἄνθρωπον, ἢ κύνα, ἢ λύκον, ἢ ταῦρον, ἢ ὄρνιν, ἢ ὄφιν, ἢ δρακόντα, ἢ χίμαιραν. εἰς πάντα γὰρ τὰ ζῶα τ̃ φιλοσοφούντων μεταβάλλομαι, χερσαῖα, ἔνυδρα, πλωτὰ, πολύμορφα, ἄγρια, τίθασσα, ἄφωνα, εὔφωνα, ἄλογα, λογικά· νήχομαι, [4] ἵπταμαι, πέτομαι, ἕρπω, θέω, καθίζω. ἔστι δὲ ὁ Ἐμπεδοκλῆς, ϗ [5] δαίμονα με ποιεῖ.

aut alius alii assentiatur: tunc & ego libens eis obtemperabo. Verùm illi animum divellunt, atque in diversas partes trahunt, alius in aliam naturam, alius in aliam essentiam, materiam ex materia mutantes. Fateor enim, me crebram rerum conversionem molestè ferre. Nunc immortalis sum, & gaudeo: nunc contra mortalis fio, & ploro: mox in individua corpora solvor, aqua fio, fio aër, fio ignis: paulo pòst nec aërem, nec ignem, sed feram me facit, piscem me facit. Itaque vicissim fratres habeo delphinos: cum verò me intueor, corpus pertimesco, & nescio quo nomine id vocem, hominemne, an canem, an lupum, an taurum, an avem, an serpentem, an draconem, an chimæram. In cunctas enim bestias, ab illis sapientiæ studiosis commutor, terrestres, aquatiles, volucres, multiformes, agrestes, cicures, mutas, vocales, brutas, ratione munitas. Nato, volo, sublimis in aëre feror, serpo, curro, sedeo. Offert autem sese Empedocles, & arbustum me facit.

* Fortè οἱ. f Editi hactenus malè μεταβάλλεσθαι. g Sic Fronto Duc. Edit. sua Hermiæ, quomodo etiam ὁ μακαρίτης Episcopus Cestrienfis legendum monuit. ad oram libri sui in instructissimâ clarissimi Episcopi Norvicensis Bibliotheca. Editt. aliæ παλιρροίᾳ. † Lege ἰδὼν.

1 ἄσμενος] MS. ἀσμένως. Alterutrum ferri potest. *Gale.*

2 ἄλλως] Melius, opinor, ἄλλος. *Gale.* Quomodo legit & *Fronto Ducæus.*

3 ὕλλω ἐξ ὕλης μεταβάλλεσθαι] Hæc plane falsa sunt, nam anima est ἄϋλον. Lege igitur ἄλλῳ ἐξ ἄλλης. Hic MS. pro μεταβάλλεσθαι adfert μεταλαμβάνουσι. *Gale.*

4 ἵπταμαι, πέτομαι] Alteram harum vocum explicationis gratia adscriptam in margine, scriba arripuit in textum.

5 δαίμονα με ποιεῖ] Empedoclis versus — δαιμόνος τ' αἰσιμος ἔς ἀλὸς ἐμπυρος ἰχθύς. Empedocles, utpote Pythagoricus

V. Cum igitur hominis animum philosophi concordes deprehendere non possint, multo minus, de diis, aut mundo, verum pronunciare poterunt. Etenim ea audacia præditi sunt, ne stuporem potius dicam. Nam qui suum animum invenire nequeunt, ipsorum deorum perscrutantur: & qui suum cōrpus ignorant, supervacaneum in mundi natura indaganda laborem sumunt.

VI. In naturæ certè principiis alii aliis summoperè adversantur. Ubi Anaxagoras me exceperit, hæc docebit: Mens omnium est initium, eaque causa & omnium domina est, & ordinem confusis præbet, & motionem immobilibus, & discrimen commistis, & ornatum inornatis. Hæc cum dicit Anaxagoras, amicus mihi est, & ipsius sententiæ me subjicio. At obstitunt illi Melissus & Parmenides.

ε'. Ὅτι τοίνυν τὴν ἀνθρώπου ψυχὴν ὁμογνωμόνως εὑρεῖν οὐχ οἷόν τε τοῖς φιλοσοφοῦσι, σχολὴ γ' ἂν [1] περὶ τῶν Θεῶν, ἢ περὶ κόσμου διϊσχυρίσαιντο παλῃθὲς ἀποφήνασθαι. καὶ γὰρ παντὶν [2] ἀνδρείαν ἔχουσιν, ἵνα μὴ τὴν ἐμπληξίαν εἴπω. † οἱ γὰρ τὴν ἰδίαν ψυχὴν εὑρεῖν ἀδυνάμενοι, [3] ὁ ζητοῦσι [4] τὴν τῶν Θεῶν αὐτῶν· καὶ οἱ τὸ ἴδιον σῶμα οὐκ εἰδότες, τὴν δὲ κόσμου φύσιν περιεργάζονται.

ς'. Πάντα γὰρ περὶ τὰς ἀρχὰς τῆς φύσεως ἀνθίστανται ἀλλήλοις. ὅταν μὲν Ἀναξαγόρας παραλάβῃ με, ταῦτα παιδεύει· Ἀρχὴ πάντων ὁ νοῦς, καὶ ὅτος αἰτίου καὶ κύριος τῶν ὅλων, καὶ [5] παρέχει τάξιν τοῖς ἀτάκτοις, καὶ κίνησιν τοῖς ἀκινήτοις, καὶ διάκρισιν τοῖς μεμιγμένοις, καὶ κόσμον τοῖς ἀκόσμοις. ταῦτα λέγων Ἀναξαγόρας ἐστί μοι φίλος, καὶ τῷ δόγματι πείθομαι. ἀλλ' ἀντίστανται * τούτῳ Μέλισσος καὶ Παρμενίδης. ὁ μὲν Παρμενίδης

† Lege οἱ. * Editi malè τούτου.

goricus, μετεμψύχωσιν tuebatur. *Gale.* Ad hoc ipsum respexit Tertullianus. *Sed enim Empedocles quia se Deum delirârat, idcirco opinor dedignatus aliquem se Heroum recordari, Thamnus & piscis fui, inquit*: lib. de Anima cap. 32.

1 περὶ τῶν Θεῶν] Justinus hanc primam partem suæ disputationis fecit, Hermeas secundam. Non debuit per omnia Justinum sequi, voluit latere. *Gale.*

2 ἀνδρείαν] An non melius ἀνιαρδίαν? *Gale.*

3 ὁ ζητοῦσι] Particulam ὁ à sciolo aliquo injectam puto.

4 τὴν τῶν Θεῶν] MS. recte supplet τὴν φύσιν τῶν Θεῶν. *Gale.*

5 παρέχει τάξιν] Principio Operis sui à Plutarcho conservato sic Anaxagoras: Ὁμοῦ πάντα χρήματα ἦν· τότε δὲ αὐτὰ διῆρε ὁ διακόσμησε. Confer Laertium lib. II. §. 6.

1 πανυ-

δης καὶ [1] ποιητικοῖς ἔπεσιν ἀνακηρύσσει [2] τὸν οὐσίαν ἓν εἶναι, καὶ ἀΐδιον, καὶ ἄπειρον, καὶ ἀκίνητον, & [3] παντὶ ὅμοιον. πάλιν ἓν οὐκ οἶδ' ὅπως μεταβάλλομαι· ὁ Παρμενίδης τ' Ἀναξαγόραν [4] τῆς ἐμῆς ἐξήλασεν.

nides: quorum hic poeticis etiam versibus prædicat, hoc quod sit, unum & æternum, & infinitum, & immobile, & cuivis simile esse. Rursus igitur nescio, quo pacto in hanc opinionem concedo. Parmenides Anaxagoram animo meo expellit.

ζ'. Ἐπεὶδὰν δὲ ἡγήσομαι δόγμα ἔχειν ἀκίνητον, Ἀναξιμένης ὑστεραίων ἀντικέκραγε· ἀλλὰ ἐγώ σοι φημὶ, τὸ πᾶν ἔστω ἀὴρ· καὶ ὅταν πυκνούμενον & στενοῦμενον [5] ὕδωρ, γῆ ἀὴρ γένηται· ἀραιούμενον δὲ & διαχεόμενος, αἰθὴρ καὶ πῦρ. εἰς δὲ τὸν αὐτὸν φύσιν ἐπανιὼν, ἀὴρ ἄραιον· εἰ δὲ καὶ πυκνωθῇ, φῇ, ἐξαλλάσσει. & πάλιν [6] αὖτῳ τοῦτο μεθαρμόζομαι, καὶ τ' Ἀναξιμένει φιλῶ.

VII. Postquam autem me firmam habere sententiam existimo, Anaximenes vices excipiens, contrarium vociferatur. Imò dico tibi, universum quod est, id aër est: qui densatus & concretus, aqua & aër fit: sin rarescat & diffundatur, æther & ignis: in suam vero naturam reversus, aër liquidus: sin densetur, inquit, mutatur. Et rursus in hanc quoque sententiam transeo, & jam Anaximenem diligo.

VIII. Sed

1 ποιητικοῖς] Insititium esse vehementer suspicor. Sufficit simplex ἔπεσι. Suidas ait scripsisse Parmenidem Physiologiam δι' ἐπῶν. Cujus initium reperias apud Empiricum lib. *adverss. Mathematicos* p. 157. quam & respexisse videtur hoc loco Herméas. Plutarchus in *Erotico* memorat ejus κοσμοποιίαν, ut & ποιηποιΐαν ipsius, in libro *de audiendis Poëtis*. Quin & ejusdem poematum fragmenta sæpius occurrunt apud Clementem Alexandrinum.

2 τὸν οὐσίαν ἓν εἶναι] Interpres non rectè hæc vertit. Vult Herméas Parmenidem scisse τὸ ἓν esse οὐσίαν, esse ἄπειρον, &c. sed nec id unquam dixit Parmenides, quod ait Herméas. Τὸ ἓν apud Parmenidem tertio gradu suprà οὐσίαν collocatur. Est quidem causa essentiæ, sed remota; non autem proprie essentia: nam οὐσία descendit, ἀπὸ δ' ὄντος· ἓν aliud est ab ente. Proclus & Damascius in Parmenide hæc testantur. *Gale.*

3 παντὶ ὅμοιον] Lege πάντῃ ὅμοιον, seu ἀναλοίωτον (quomodo Melissi hypothesin exponit Laertius lib. IX. §. 24.) omnino, ex omni parte simile.

4 τ' ἐμῆς] Τῆς ἐμῆς pro ἐμῇ reperitur alicubi. Fortè deest Ἀναξιμένης aut quid simile. *Gale.*

5 ὕδωρ & ἀὴρ] Quid sibi volunt ista, Aërem densatum & in consistentiam redactum fieri aquam & aërem? legendum nullus dubito ὕδωρ & γῆ. Confer Ciceronis Acad. Quæst. l. IV. §. 37.

6 αὖτῳ τοῦτο] Magis placet τούτῳ. *Gale.*

VIII. Sed Empedocles contrarius obſtat, minas jactans, & ab Ætna magnum clamitans: Principia omnium ſunt inimicitia & amicitia: quarum hæc congregat, illa diſſipat, & earum contentio cuncta facit. Definio autem ea, & ſimilia eſſe, & diſſimilia: & infinita, & extremum habentia: & æterna, & facta. Euge Empedocles tē ſequor, etiam uſque ad crateres ignis.

IX. Ab altera autem parte ſtans Protagoras me diſtrahit, dicens: terminus & judicium rerum, homo eſt: & quæ in ſenſus cadunt, res ſunt: quæ vero in eos non cadunt, ne in naturæ quidem formis exiſtunt: hoc verò ſermone à Protagora delinitus, delector, quod aut omnia, aut certè plurima, homini relinquantur.

X. Aliunde autem Thales veritatem mihi ſuggerit, aquam univerſorum eſſe primordium

ἡ. Ὁ δὲ Ἐμπεδοκλῆς ἀντικρυς ἔϛηκεν ' ἐμβεμιμβω, ϗ ἀπὸ ϛ Αἰτνης μέγα βοῶν· Αρχαὶ τ πάντων [2] ἔχθρα καὶ φιλία, ἡ μὲν σωάγουϲα, ἡ δὲ Διακρίνουϲα· καὶ τὸ νεῖκος αὐτῶν πιεῖ τὰ πάντα. ὁρίζομαι δὲ αὐτὰ ϗ ὅμοια, καὶ ἀνόμοια, καὶ ἄπειρα ϗ πέρας ἔχοντα, ϗ ἀίδια, Ϲ γενόμενα. Εὖγε ὦ Ἐμπεδοκλεῖϲ, ἕπομαί ϲοι ϗ μέχρι τ κρατήρων ϝ πυρός.

θ'. Αλλ' ἅτε θατέρα Πρωταγόρας ἑϛηκὼϲ ἀνθέλκει με, Φάϲκων, [3] ὅρος καὶ κρίϲις τ πραγμάτων ὁ ἄνθρωποϲ, ϗ τὰ μὲν ὑποπίπτοντα ταῖϲ αἰϑήϲεϲιν, ἐϲὶν πράγματα· τὰ δ' μὴ ὑποπίπτοντα, οὐκ ἔϲιν ἐν τοῖϲ εἴδεϲι τ ὄντων. τούτῳ τῷ λόγῳ κηλακεύομενοϲ ὑπὸ Πρωταγόρου, τέρπομαι, ὅτι τὸ πᾶν ἢ τὸ πλεῖϲτον τῷ ἀνθρώπῳ μέλει.

ι'. Αλλαχόθεν δέ μοι Θαλῆϲ [4] τὴν ἀλήθειαν νεύει, ὁριζόμενοϲ ὕδωρ ϝ παντὸϲ ἀρχεῖον. ϗ ἐκ ϝ ὑγροῦ

1 ἐμβεμιμβω] Quæro an ἐμβεμιμβω, an ἐμβεβεμηβω, an denique ἐμβεμιμβω rectius ſit. Codex MS. male ἐμβερυμβω. Æneas Gazæus ὁ δὲ Ἐμπεδοκλῆϲ ὑπροδοῦϲι. — Erat ille jactantior æquo. Præter Simplicium in Phyſ. Ariſtot. & Stobæum Phyſ.Eclog. multa pro Empedocle adfert Syrianus in Metaph. contra Ariſtotelem. *Gale.*

2 ἔχθρα Ϲ φιλία] Confer quæ habet Juſtinus Præn. pag. 5. ex Plutarcho *de placitis Philoſoph.* lib. I. cap. 3. Athenagoram p. 22. Clementem Alexandrinum p. 42.

3 ὅρος Ϲ κρίϲις] Pythagoricum axioma. Areſas apud Stobæum Phyſicarum Eclog. p. 105. *Gale.* Laertius lib. IX. §. 51. Πάντων χρημάτων μέτρον, ἄνθρωποϲ· τ μὲ ὄντων ὡϲ ἐϲί· τ δὲ οὐκ ὄντων ὡϲ οὐκ ἐϲιν. Confer Sext. Empiricum lib. adverſus Mathematicos p. 148. & lib. I. Pyrrhon. Hypot. c. 32.

4 τὴν ἀλήθειαν νεύει] Mallem μηνύει. *Gale.*

1 Ϲ ἡ

ὑρᾶ τὰ πάντα σωίσταται, καὶ εἰς ὑρὸν ἀναλύεται, [1] καὶ ἡ γῆ ὑπὸ ὕδατος ὀχεῖται. Διὰ τί τοίνυν μὴ πείθω Θαλῆ τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν ἰώνων; ἀλλ' ὁ πολίτης [2] αὐτὸς Ἀναξίμανδρος ἀΐδιον ὑρᾶ πρεσβυτέραν ἀρχὴν εἶναι λέγει τὴν ἀΐδιον κίνησιν, καὶ ταύτῃ τὰ μὲν γίνεσθαι, τὰ δὲ φθείρεσθαι. καὶ δὴ τοίνυν πιστὸς Ἀναξίμανδρος ἔσω.

ια'. Καὶ μὴν οὐκ εὐδοκιμεῖ Ἀρχέλαος, ὑποφαινόμενος τῶν ὅλων ἀρχὰς [3] θερμὸν καὶ ψυχρόν; ἀλλὰ καὶ [4] τοῦτο πάλιν ὁ [5] μελαγχόλων Πλάτων οὐχ ὁμολογεῖ, λέγων ἀρχὰς εἶναι θεὸν καὶ ὕλην, καὶ παράδειγμα. νυνὶ μὲν καὶ δὴ πέπεισμαι. πῶς γὰρ ἂν μέλλω πιστεύειν Φιλοσόφῳ τῷ [6] Διὸς ἅρμα πεποιηκότι; κατόπιν δὲ αὐτοῦ μαθητὴς Ἀριστοτέλης ἕσηκε, ζηλοτυπῶν τὸν διδάσκαλον τὰ ἁρματοποιίας. ὅσας ἀρχὰς ἄλλας ὀρίζεται, τὸ ποιεῖν, καὶ τὸ πάσχειν. καὶ τὸ μὲν ποιεῖν ἀπαθὲς εἶναι, τὸν αἰθέρα στατuens, & ex humido cuncta conſtare, & in humidum reſolvi, & terram in aqua ferri. Cur igitur Thaleti non crediderim, Jonum antiquiſſimo? Verùm civis ejus Anaximander æternam illam motionem humido vetuſtiorem eſſe dicit, eâque alia oriri, alia interire. Itaque fides Anaximandro adhiberi debet.

XI. Nonne verò celebratur Archelaus, qui univerſitatis principium eſſe calidum & frigidum ſtatuit? Sed huic magniloquus Plato non aſſentitur, qui rerum exordia, Deum, & materiam, & exemplar eſſe dixit. Jam verò perſuaſum mihi eſt. Quid ni verò? cum Philoſopho qui Jovis currum etiam fecerit, crediturus ſim? A tergo autem ſtat ejus diſcipulus Ariſtoteles, qui magiſtrum ob currus fabricationem illam æmulatur. Ille alia principia deſcribit, facere nimirum & pati. Ac id quidem quod faciat nulla re affici, videlicet ætherem: id verò quod patia-

1 καὶ ἡ γῆ] Sententiam hanc Thaleti tribuit etiam Ariſtoteles, Metaphyſicorum lib. I. c. 3. Thales, inquit, omnia ex aqua conſtare ait: διὸ καὶ τὴν γῆν ἐφ' ὕδατος ἐπιφαίνεσθαι εἶναι. In hoc dogma neſcio an propendeat D. Petrus 2. Epiſt. cap. 3. ver. 5. ἡ γῆ ἐξ ὕδατος καὶ δι' ὕδατος συνεστῶσα, τῷ τοῦ θεοῦ λόγῳ.

2 αὐτὸς] Lege αὐτῶν.

3 θερμὸν καὶ ψυχρόν;] Nec aliter Laertius lib. II. §. 16. ἔλεγε δὲ δύο αἰτίας εἶναι γενέσεως, θερμὸν καὶ ψυχρόν.

4 τοῦτο] Lege τούτῳ.

5 μελαγχόλων Πλάτων] Juſtini verba p. 30. *Gale.* Ex Plutarcho lib. I. *de placitis Philoſoph.* cap. 7. cujus veſtigia alibi manifeſte premit Juſtinus.

6 Διὸς ἅρμα πεποιηκότι] Reſpicit dictum illud Platonis in *Phædro*, quod profert Athenagoras in Apologia. pag. 26.

1 μιζα-

patiatur, quatuor habere qualitates: ariditatem, humiditatem, caliditatem, frigiditatem: horum enim mutua inter se mutatione omnia & oriri, & interire.

XII. Defatigatus jam sum, sursum ac deorsum opinionibus jactatus. Verum Aristotelis sententiæ stabo, neque ulla amplius sententia tumultum mihi concitabit. Sed quid agam? nam senes his vetustiores, animi mei nervos incidunt. Pherecydes, qui principia esse dixit Jovem, Tellurem, & Saturnum: Jovem ætherem, Tellurem terram, Saturnum tempus. Ac ætherem quidem agere, terram autem pati: tempus verò esse, in quo fiant omnia. At inter senes illos etiam est æmulatio. Etenim hæc omnia Leucippus nugas esse existimans, primordia esse dicit, infinita & immobilia, & minima: & subtilia sursum ferri,

ρα· τὸ δὲ πάσχον, ἔχον ποιότητας τέσσαρας, ξηρότητα, ὑγρότητα, θερμότητα, ψυχρότητα· τῇ δὲ τούτων εἰς ἄλληλα μεταβολῇ πάντα γίνεται καὶ φθείρεται.

ιβ'. Κεκμήκαμεν ἤδη [1] μεταμελόμενοι ἄνω καὶ κάτω ταῖς δόγμασι. τολμῶ [2] ἔτι γε τῷ Ἀριστοτέλει γνώμης εἶναι, ἣ μηκέτι μοι μηδὲν εἰς λόγον ὀχλείτω. ἀλλὰ τί δὴ τὰ πάθοιμ' ἄν; [3] ὑδροκηπεῦσί μοι τὼ ψυχὼ ἀρχαιότεροι τούτων γέροντες. Φερεκύδης μὲν, ἀρχὰς εἶναι λέγων [4] Ζῆνα, καὶ Χθονίην, καὶ Κρόνον· Ζῆνα μὲν τὸν αἰθέρα, Χθονίην δὲ τὴν γῆν, Κρόνον δὲ τὸν χρόνον. ὁ μὲν αἰθὴρ τὸ ποιοῦν, ἡ δὲ γῆ τὸ πάσχον, ὁ δὲ χρόνος ἐν ᾧ τὰ γινόμενα. [5] ζηλοτύποι τέ τινες τῶν γερόντων εἰσὶν ἀλλήλοις. τοῦτο γάρ τοι πάντα ὁ Λεύκιππος λῆρον ἡγεῖται, ἀρχὰς εἶναι φησὶ τὰ ἄπειρα, καὶ [6] ἀκίνητα, καὶ [7] ἐλάχιστα· καὶ τὰ μὲν λεπτομερῆ ἄνω χωρεῖ

1 μεταμελόμενοι] Mallem μεταπαλόμενοι. *Gale.*

2 ἔτι γε] Certè ἐπί γε. *Gale.*

3 ὑδροκηπεῦσί μοι τὼ ψυχὼ] Hæc ipsa phrasis occurrit apud Hermogenem.

4 Ζῆνα] Melius apud Damascium, Ζῶντα μὲν ὕδωρ, καὶ Χθόνιον καὶ Χθονίλην. Hæc fere sic apud Laertium & alios. Sed Pherecydem nemo adhuc recte intellexit. Notat Josephus ei non ignota fuisse Hebræorum dogmata. Per Ζῶντα significat Deum viventem, per Χθόνιον Adamum, per Χθονίλην terram, & Evam, matrem omnium: Hi tres in Genesi sive κοσμοποιΐᾳ primi celebrantur. Mira sunt παραμύθια de his apud Pherecydem & Sanchoniathonem. Vide Euseb. Præparat. Evangel. *Gale.*

5 ζηλοτύποι] MS. ζηλοτύποις. Fortè ζηλοτύποισιν. *Gale.*

6 ἀκίνητα] Mallem ἀνεκίνητα.

7 ἐλάχιστα] Atomos scilicet. Ex his enim omnia fieri primus asseruit Leucippus, teste Laertio lib. IX. §. 30.

χωρήσειν τὰ, πῦρ καὶ ἀέρα γλιχθῆ-
ναι· τὰ δὲ παχυμερῆ κάτω ὑποστέ-
νειν, ὕδωρ καὶ γῆν.

ιγ'. Μέχρι πότε τὰ ποσῶπερ δι-
δάσκομαι, μηδὲν ἀληθὲς μανθά-
νων; πάλαι εἰ μὴ τί γε Δημόκριτος ἀπαλλάξει με τῆς πλάνης, ὑποφαινόμενος ἀρχὰς τὸ ὂν, καὶ τὸ μὴ ὄν· καὶ τὸ μὲν ὂν πλῆρες, τὸ δὲ μὴ ὂν κενόν· τὸ δὲ πλῆρες ἐν τῷ κενῷ[1] τροπῇ, ἢ ῥυθμῷ ποιεῖ τὰ πάντα, ἴσως ἂν πειθοίμην τῷ καλῷ Δημοκρίτῳ, καὶ βαλοίμην ἂν σὺν αὐτῷ γελᾶν, εἰ μὴ μεταπείθοι μὲν Ἡράκλειτος, κλαίων ὁμοῦ καὶ λέγων· ἀρχὴ τῶν ὅλων τὸ πῦρ. δύο δὲ αὐτοῦ πάθη[3] ἀραιότης τε καὶ πυκνότης, ἡ μὲν ποιοῦσα, ἡ δὲ πάσχουσα· ἡ μὲν συγκρίνουσα, ἡ δὲ διακρίνουσα. ἱκανῶς ἔχει μοι, καὶ ἤδη μεθύω τοσούτοις ἀρχαῖς.

ιδ'. Ἀλλά με παρακαλεῖ καὶ κέλευει Ἐπίκουρος, μηδαμῶς ὑποβρίσαι τὸ καλὸν αὐτοῦ δόγμα, τὰ ἀτόμων καὶ τοῦ κενοῦ. τῇ γὰρ τούτων συμπλοκῇ πολυτρόπῳ καὶ πολυσχηματίστῳ τὰ πάντα γίνεσθαι καὶ φθείρεσθαι. ἐκ ἀντιλέγω σοι βέλτιστε ἀνδρῶν Ἐπίκουρε· ἀλλ' ὁ

ignem & aërem fieri, crassa autem infrà subsistere, in aquam ac terram converti.

XIII. Quo usque tandem talia edoceor, veri tamen nihil addisco? Nisi Democritus ab hoc errore me liberet, demonstrans, initia esse id quod sit, & id quod non sit: Ac id quod sit, esse plenum: quod verò non sit, esse vacuum. Plenum autem in vacuo vel conversione, vel figura, efficere omnia. Fortassis autem bono Democrito assentirer, & unà cum eo ridere vellem, nisi à sententia me deduceret Heraclitus, simul & plorans, & dicens: Universorum exordium est ignis. Duæ autem ipsius affectiones, raritas & densitas, quarum altera facit, altera patitur: altera coagmentat, altera separat. Abunde jam satur sum, atque etiam tot principiis inebriatus.

XIV. Sed & illinc Epicurus me adhortatur, ut nequaquam pulchram suam de atomis & de vacuo opinionem, contumelia afficiam. Nam horum multiplici & multiformi complexione cuncta & oriri, & interire. Non contradico tibi Epicure, vir optime, sed Clean-

men hoc in opuſculo cum errores perabſurdos in propatulo doceat, eum à Chriſtianæ veritatis forma & evangelica regula id temporis quam longiſſimè abfuiſſe non ambigimus. Et cum primis hominem ex tribus veluti naturis conflatum tradit, ſcilicet ἐκ τῆ ὕλης, *ex materiâ*; ἐκ τῆ ψυχῆς, *ex animâ quæ à materiâ originem ducit*; & ἐκ τῦ πνεύματος, *ex ſpiritu* qui à Deo ſeu à cœlis primordia capit. [1] Δύο, inquit ille, πνευμάτων διαφορὰς ἴσμεν ἡμεῖς· ὧν ἡ μὴ καλεῖται ψυχὴ· τὸ δὲ μεῖζον τῆ ψυχῆς, Θεῦ δὲ εἰκὼν καὶ ὁμοίωσις· ἑκάτερα δὲ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις τοῖς πρώτοις ὑπῆρχεν, ἵνα τὸ μὲν τι ὦσιν ὑλικοί· τὸ δὲ, ἀνώτεροι τῆ ὕλης. *Duo Spirituum genera nos agnoſcimus, quorum alterum anima vocatur, alterum verò præſtantius eſt animâ, imago ſcil. & ſimilitudo Dei. Utrumque autem primis parentibus datum erat; ut partim materiâ conſtarent, partim eam ſuperarent.* Ubi τῆ ὑλικῆ & τῆ πνευματικῆ dilucide perſpicimus diſtinctionem, quam Tatianus mutuatus eſt à Gnoſticis, & præſertim à Valentino, cujus incredibiles deliriones luculenter ediſſerit Irenæus [2]. His erroribus alios paulo pòſt adjicit Tatianus [3]. nam tradit, τὸ πνεῦμα *Spiritum* ineſſe ſtellis, Angelis & ſtirpibus, aquis, hominibus, & animantibus. Imo aſſeverat unum & eundem eſſe illum Spiritum, licet in eo varietates quædam exiſtant. ἓν δὲ ὑπάρχον καὶ ταυτὸν, διαφορὰς ἐν αὑτῷ κέκληται. Dein indoctè juxta ac impie negat animam humanam naturâ immortalem eſſe. Pronunciat enim quorundam hominum animas mori unà cum corporibus; aliorum vero ſolvi quidem, ſed non mori. Atque hoc commentum novus inconſideratuſque magiſter Græcos docet totidem verbis: [4] Οὐκ ἔστιν ἀθάνατος, ἄνδρες Ἕλληνες, ἡ ψυχὴ καθ' ἑαυτὴν, θνητὴ δέ· ἀλλὰ δύναται ἡ αὐτὴ καὶ μὴ ἀποθνήσκειν. Θνήσκει μὲν γὰρ καὶ λύεται μετὰ τῆ σώματος, μὴ γινώσκουσα τὴν ἀλήθειαν· ἀνίσταται δὲ εἰς ὕστερον δὴ συντελείᾳ τῆ κόσμου σὺν τῷ σώματι, θάνατον διὰ τιμωρίας ἐν ἀθανασίᾳ λαμβάνουσα· πάλιν τε ἀποθνήσκει, κἂν θεὸς καιρὸν λυθῇ, τὴν διήγνωσιν τῆ Θεῦ πεποιημένη. *Non immortalis eſt anima, ô Græci, ſuâpte naturâ, ſed mortalis: eadem tamen ne moriatur fieri poteſt. Moritur enim & diſſolvitur cum corpore quæ veritatis ignara eſt, reſurgit autem poſtea in conſummatione mundi unà cum corpore, mortem in ipſa immortalitate per cruciatum & pœnam ſentiens. Et rurſus anima quæ Dei cognitione inſtructa eſt, licet ad tempus ſolvatur, non moritur.* Infra etiam conceptis verbis tradit hominis animam non eſſe ſimplicem, ſed multis partibus conſtare: [5] ψυχὴ μὲν οὖν ἡ τῶ ἀνθρώπων πολυμερὴς ὅτι, καὶ ἀμονομερὴς. *Hominum anima non*

1 Pag. 45. 2 Iren. lib. 1. c. 1. 3 P. 50. 4 P. 51. 5 P. 56.

est simplex, sed ex multis partibus constat. Et tandem testatur se hæc omnia accuratiùs explicuisse libro, quem jam ediderat, *de Animalibus*: ἐν τῇ περὶ ζώων ἀκριβέστερον ἡμῖν συντέτακται. De quo opusculo nihil prorsus hodie superest. Sed qualecunque fuerit, satis ex verbis quæ ex Oratione contra Græcos citavi, constat in illo à se falsam pernicioſamque de naturâ & origine animæ opinionem fuisse defensam, quam audacter in supra dicta Oratione profitetur.

Ibidem se non probè tunc sensisse de verbi seu Filii Dei divinitate & æternitate apertè indicat, ut pote qui affirmat τὸν Λόγον, *Divinum verbum*, non ab omni æternitate, sed eodem saltem tempore quo cætera omnia, factum fuisse, atque ἐν ἀρχῇ, id est, ut ille interpretatur apud Deum potestate sola & facultate fuisse præsentem. Φανερώτερον δή, inquit, ἐκδήσομαι τὰ ἡμέτερα.[1] Θεὸς ἦν ἐν ἀρχῇ. ἡ δὲ ἀρχὴ Λόγῳ δυνάμει παρεισήφαμεν. ὁ γὰρ δεσπότης τῶν ὅλων αὐτὸς ὑπάρχων τῶν παντὸς ἦν ὑποστάσεως, κτίσεως μὲν μηδέπω γεγενημένης πόσεων μόνος ἦν· καὶ δὲ πᾶσα δυνάμις ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων αὐτὸς ὑποστὰς ἦν, σὺν αὐτῷ τὰ πάντα. σὺν αὐτῷ γὰρ διὰ λογικῆς δυνάμεως αὐτὸς, καὶ ὁ Λόγος ὃς ἦν ἐν αὐτῷ, ὑπέστησεν. θελήματι δὲ τοῦ ἀπλότητος αὐτοῦ προελθὼν Λόγος· ὁ δὲ Λόγος ὢν κατ' ἀρχὰς ἐκινήσας, ἔργον προγενέστερον τοῦ πνεύματος γένηται. τοῦτον ἴσμεν τὸν κόσμον πεποιηκέναι ἀρχήν. *Nunc manifestius religionis nostræ arcana pandam. Deus erat in principio: principium autem verbi potentiam esse accepimus. Quippe Dominus mundi, cum ipse sit universorum substantia, nondum condito mundo Solus erat. Si verò respicias potentiam ejus, in quâ visibilia & invisibilia cuncta consistunt, omnia cum ipso erunt. In ipso enim per potentiam verbi, tum ipse, tum verbum quod in eo erat, exstitit: cum voluit autem ipse, verbum ex ejus simplicitate prosiliit. Et verbum non inaniter prolatum, promogenitum opus fit ipsius Spiritûs. Hoc scimus esse principium mundi.* Eo loci ostendit divinum verbum rebus creatis nullâ excellentiâ præstare, nisi quod illud cæteris antiquius, & ante omnia procreatum, aliorum etiam causa principiumque fuerit. Hunc Tatiani errorem deprehendit & arguit Anonymus Scholiastes[2] Orationis contra Græcos. Ad illa enim quæ mox attulimus verba, hæc notat & animadvertit: Εἴκαιον ὁ ἔστι ἀνὴρ μὴ πάνυ ἀποκλέβθαι τῆ Αρειανικῆς ἐρεσχελίας, ὀρθανικὸν αὐτὸν ὑφιστὰς τῆ ὑὸν, ἐν οἷς φησι· καὶδὲ πᾶσα. . . . . Ιδὲ μὲν γὰρ μὲ τῆ ἀνωτέρω μικρὸν μετὰ τῆ ὁρατῆς κτίσεως μόνον εἰσάγει Θεὸν ὄντα. ἔχοντα μὲν τοι ἐν αὐτῷ τῆ τῆ κόσμου ὑπόστασιν, ὥσπερ δὲ καὶ τῆ ὑὸν. ὃ καὶ αὐτὸ δόγμα Αρειανῶν. φασὶ γὰρ ὅτι τὸ· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, ἐν ἀρχῇ τῆ πατέρα φάσκειν τῆ εὐαγγελιστήν. . . . . *Videtur Auctor iste haud longe*

1 Pag. 19 2 Reg. Cod. Mſs.

longe abesse ab Hæresi Ariana, dum filium statuat causam instrumentalem; *ubi dicit*: Si verò respicias, &c. *Ecce enim paulo suprà, ante Creationem visibilem solum demum existentem introducit*; *habentem in seipso universam mundi substantiam, uti etiam & filium*: *quod ipsissimum Arianorum dogma est. Dicunt enim ipsi, cum Evangelista dicit*, in principio erat verbum, *idem esse ac si dixisset*, in principio erat pater. Tandem Tatianus audacter pronunciat Verbum à Deo procreatum fuisse, *non* quidem *amputatione* κατ' ἀπόκοπὴν, *sed partitione* κατὰ μερισμόν. Impium istud effatum execratur Scholiastes & ex Platonicâ philosophiâ deductum asserit. Ἐπεὶ γὰρ τοῦτο ἐτόλμησαν, ὡς εἰπεῖν ἔρριμμαι, οἱ ἄνθρωποι ἐκ τῶν Πλάτωνος ὁρμηθέντες λόγων. *Nempe hoc asserere ausi sunt nonnulli, sicut antè diximus, Platonis ad id nugamentis adducti.*

Nec mirum si malè & improbè de augustioribus Christianæ religionis mysteriis sentiebat ille, qui conspiraverat jam cum Gnosticis impiis conscleratisque hominibus & à verâ in Deum religione alienissimis. Sanè quidem laterem lavabit, si quis ejus generis nugatores à culpa velit eximere; & singulatim Tatianum nemo purgare poterit, qui Valentini insanas de Aeonibus opiniones animo imbiberat, ut docet nos Irenæus, cui Clemens Alexandrinus [1] eidem æqualis suffragatur. Ait enim illum Hæresiarcham è Schola Valentini prodiisse, ὁ δὴ ἐκ τῆς Οὐαλεντίνου ἐξεφοίτησε σχολῆς· non quod ut opinor, Valentini auditor fuerit unquam, sed quod ejus perceperit disciplinam, à quâ totum habuit fere quicquid habuit. Hinc auctor appendicis ad librum Tertulliani de præscriptionibus, affirmat Tatianum *totum cum Valentino sapere*. sed de illius hominis erroribus mox plura edisseram. In Græciâ quidem cum solis Ethnicis, non cum Orthodoxis Christianis manum contulit. Verùm licet ille sub finem Orationis quam in publico contra Græcos proposuit, eos ad pugnam his verbis provocasset, ἕτοιμον ἐμαυτὸν ὑμῖν παρὸς τὴν ἀνάκρισιν τῶν δογμάτων παρέχω· *paratum me vobis ad examinanda mea dogmata præbeo*: tamen illos adversario unquam respondisse non videmus, immo prorsus ignoramus utrum iste ediderit quod tunc pollicitus est [2] opusculum πρὸς τοὺς ἀπορροῦντας τὰ περὶ Θεοῦ, *adversus eos, qui rebus divinis fidem detrahunt*; Defensionem scilicet Christianæ Sectæ adversus ejus hostes: cujus nullus scriptor qui jam extat, meminit.

Nec diu Tatianus in Græcia commoratus est. Nam illinc

1 Strom. III. p. 465. 2 Sub finem Orat.

ocyùs

ocyùs profectus, reversus est in patriam, quam opinionibus suis facillimè se imbuturum confidebat. Statim atque ille in Syriam pervenit, in Mesopotamiâ, & inter illos Syros qui Euphrate & Tigri utrinque clauduntur, larem ponere satius duxit, ejusdemque regionis homines illico malis suis studiis & doctrinis instituere, seu potius evertere cœpit. Itaque ibidem se Sectæ factionisque signiferum publicè renuntiavit circa annum XII. Antonini Pii, ut scribit Epiphanius. Τὸ δ' αὐτῷ διδασκαλεῖον φανερώσατο ἀπ' ἀρχῆς μὲν ἐν τῇ μέσῃ τῶν ποταμῶν, ὡς περὶ τὸ δωδέκατον ἔτος Αντωνίνου τοῦ Εὐσεβοῦς ὑπελήφθησαν. *Primum in Mesopotamia novam Sectam condere aggressus est, circa annum* XII. *Antonini cognomento Pii.* quæ verba περὶ τὸ δωδέκατον ἔτος, *circa annum duodecimum*, non modo de anno currente, sed de exacto etiam intelligi possunt, ita ut initium hujusce hæresis assignari possit anno Christi 151. Cum Antoninus annum imperii ageret XIII. Nec eò loci Epiphanius turpiter allucinatus est, ut viri qui magnum nomen inter Chronologos habuerunt, judicavere. Ideo tamen aberrarunt ipsimet, quod tempora Justini, qui Tatiani quondam præceptor fuit, non probe digesserint. Sed de eorum erratis satis superque disputatum fuit in opusculo quod de sanctissimi Martyris gestis peregi. Dogmata quæ Tatianus Sectæ suæ hominibus tradidit, partim ipse commentatus erat, partim ab antiquioribus Gnosticis didicerat, fictitios Aeones Valentinum imitatus in medium protulit, ut testatur Irenæus [1], cui adstipulantur Eusebius [2], Epiphanius & Theodoretus [3]. nec solas istas commentitias fabulas novæ hæresis auctor à Valentino didicit, sed aliud quo iste auditores suos olim imbuerat, impium summopere & perversissimum dogma. Negavit enim omnino Tatianus, perinde ut jam inficiatus erat Valentinus, Dominum Jesum Christum vere genitum & natum esse è sanctissimâ matre Maria, atque ortum è Davidis stirpe. Nam ideo in illo Diatessaro, seu Evangelio ex quatuor Sacris Scriptoribus consarcinato Sermones de generationis Christi origine rejecit, ut impietatem illam, cujus dux fuerat Valentinus, propugnare posset. Verum de illo Diatessaro infra plura dicam.

Præterea, ut affirmat Irenæus, à superioribus Gnosticorum doctoribus Saturnino & Marcione accepit Tatianus disciplinæ suæ partem quâ potissimum celebritatem sermonis hominum consecutus est, damnationem nempe detestationemque sanctissi-

1 Lib. I. c. 31. 2 Hist. Eccl. IV. cap. 29. 3 Hær. fab. lib. 2. c. 20.

morum

morum conjugiorum, quorum ipse Deus *O. M.* auctor esse volunt. Immo homo iste nequam & impius connubiorum auctorem facit generis humani hostem Diabolum; quemadmodum illi antiquiores fecerant. Hinc ipse & ejus discipuli, Ἐγκρατεῖς, *Encratitæ* sive continentes dicti sunt [1]. Hic nimirum sibi superbè summam arrogabat castimoniam, quæ ipsi popularem famam magnamque commendationem simulatione perfectæ honestatis conficeret. At temperantiam libidinis inimicam quasi fingebat, neutiquam exequebatur illa Tatiani continentia, quæ priorum perversissimæ doctrinæ præceptorum ementitam imitabatur castitatem. Et quidem, quemadmodum Theodoretus scribit [2], Tatianus perinde ut Saturninus nuptiarum auctorem esse Diabolum apertissime pronunciavit, Σατορνῖλος μὲν, καὶ Ταπανὸς φανερῶς τὸν γάμον τοῦ Διαβόλου ὠνόμασαν. De Saturnino etiam tradit Irenæus [3] illum circulatorem pronunciasse nuptiarum liberorumque procreationis auctorem esse Satanam; hinc plerosque ex hâc Sectâ homines animatis omnibus abstinuisse ut affimulatione vitæ maxime disjunctæ à cupiditatibus, nonnullos in suum errorem inducerent. Quæ Epiphanius [4] ex eodem Irenæo tacito ejus nomine ad verbum expressit isto modo: Τὸ γαμεῖν δὲ καὶ τὸ γεννᾶν ὁ αὐτὸς ἀγύρτης ἐκ τοῦ σατανᾶ ὑπάρχειν λέγει. ὅθεν καὶ οἱ πλείους αὐτῶν ἐμψύχων ἀπέχοντες, ὅπως λάβῃ τὸ φαινόμενον σεμνὸν πολιτείας αὐτῶν πολὺς ἐπαλάγωνται εἰς τὸ αὐτῶν ἀπατᾶν. *Jam uxores ducere liberosque gignere ab Satana esse circulator idem pronunciat. Quam ob rem plerique ex horum disciplina animatis omnibus abstinent, ut affectato illo sanctioris vitæ genere nonnullos suum in errorem pelliciant.* Tatiani etiam continentiam non modo ambitiosam, sed fucatam & fallacem fuisse asseverat, illumque instar rapacis lupi extitisse, ovilla pelle amicti. Ὅθεν, inquit [5], ἐν τῷ σχήματι τῆς ἐγκρατείας, καὶ τοῦ ἐγκρατητικοῦ ἤθους κυδωνικὸν ἔχει τὸ ἀγωγὸν, ὡς λύκος ἅρπαξ ἐνδυόμενος κώδιον, καὶ πλανῶν τῷ σχαίρῳ σχήματι τοὺς ἀπατωμένους. *Continentiæ ac pudicitiæ specie, vestut illecebrâ propositâ, homo vafer obrepsit; tanquam rapax quidam lupus pellem ovis induens, eoque cultu, quem ad tempus susceperat, miseros homines in fraudem pelliciens.* Ejus tandem discipulos Encratitas non reapse temperantes, nec eorum continentiam sinceram sed fictam fuisse affirmat Epiphanius, cum inter mulierculas, quas undequaque pelliciebant, versarentur assi-

1 Iren. lib. I. cap. 30. & 31. 2 Hæret. fab. lib. V. cap. 24. 3 Lib. I. cap. 22. 4 Hær. 23. T. I. p. 63. 5 Hæres. 46. p. 392.

due.

due. [1] Σεμνύονται δὲ δῆθεν ἐγκράτειαν σφαλερῶς τὰ πάντα ἐξαζόμενοι, μέσον γύναικῶν σύειστρόμενοι, καὶ συνδιαιτώμενοι, καὶ ἐξυπηρετέμενοι. *Quod vero continentiam glorioſè jactitant, lubricum eſt illorum quidem ac periculi plenum facinus. Nam inter mulieres verſantur aſſidue; cum iis communiter vivunt, earumque miniſteriis utuntur.* Addit Epiphanius ſpeciem maximopere oſtentatiſe virtutis; at vim efficientiamque ejus abnuiſe. [2] μόρφωσιν μᾶλλον κεκτημένοι, τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς τῆς εὐσεβείας ἠρνημένοι. Præterea Tatianus Saturninum & Marcionem auctores habuit præcipiendæ abſtinentiæ ab animatorum carne, ut teſtatur Irenæus; & à vino ſimul, ut tradit Theodoretus his verbis [3]: ὑπὸ Σατορνίλου καὶ Μαρκίωνος τὸ τὸν γάμον βδελύττεσθαι, καὶ τῆ τῶν ἐμψύχων καὶ τῆ οἴνου μετάληψιν. *A Saturnilo autem & Marcione, quod nuptias abominetur, & animantium vinique uſum.* Licet Irenæus & Epiphanius, Saturninum & Marcionem, eorumque diſcipulos abſtemios fuiſſe expreſsè non ſcribant. Hanc autem falſam continentiam Encratitæ illi affectabant, non quidem ſtudio temperantiæ commotionum moderatricis, vel ex peculiari vitæ inſtituto, οὐκ ἔνεκεν ἐγκρατείας, οὐδὲ πολιτείας· Sed panico ſeu inani metu commoti, quaſi condemnandi forent ſi animatorum carne, cibo nempe prorſus interdicto veſcerentur. Ἀλλὰ κατὰ φόβον καὶ ἐνδελεχῆ τῆς μὴ κεκαθαρθῆναι ὑπὸ τῶν ἐμψύχων μεταλήψεως, ut ſcribit Epiphanius [4]. Nec mirum ſi ſacris conficiendis puram ac liquidam adhibuerunt aquam, prorſuſque à vino in myſteriis abſtinuerunt Encratitæ, qui vini potum religioni habebant & deteſtabantur; illud enim iſtius eſt conſectarium. Equidem coarguit Epiphanius Tatianum, quod ſacra non vino ſed aqua fecerit, Catholicam Eccleſiam neutiquam ſecutus, ſed novo inimicoque more ſacrorum ſpeciem depravando imitatus. Μυστηρίοις δὲ, inquit [5], ὡσαύτως κέχρηται κατὰ μίμησιν τῆς ἁγίας ἐκκλησίας· ὕδατι δὲ μόνῳ χρώμενος ἐν τοῖς μυστηρίοις. *Similiter & myſteria quædam ad Eccleſiæ ſanctæ imitationem inſtituit: ſed ad ea tamen nihil præter aquam adhibuit.* Et rationem etiam propter quam Encratitæ ſolam aquam in myſteriis adhibebant, docet nos idem Epiphanius [6], his verbis: οἶνον ὅλως ὡ μεταλαμβάνουσι, φάσκοντες εἶναι διαβολικὸν, καὶ τὸς πίνοντας καὶ χρωμένους ἀνόμους εἶναι καὶ ἁμαρτάδας. *Vino penitus abſtinent, & diabolicum appellant; quod qui bibant, eoque utantur, improbos & peccatores eſſe ſtatuunt.* Quapropter ille infra pronunciat myſteria Encratitarum non eſſe myſte-

1 Hæreſ. 47. p. 401. 2 Ep. *ibid.* 3 Hæret. fab. lib. I. cap. 20. 4 Epiph. hær. 47. p. 400. 5 Hær. 46. p. 392. 6 Hær. 47. p. 400.

ria,

ria, ſed ficta & fallacia verorum ad imaginem expreſsa, Μυστήρια δὲ ὕδατος μόνον γίνεται, καὶ ὅτε μυστήρια ὄντα, ἀλλὰ κεκραμένον τοῖς ἀληθινοῖς τὰ ψευδῆ γινόμενα. Theodoretus vero affirmat Encratitas Tatiani diſcipulos vocatos fuiſſe hydroparaſtatas, quod aquam pro vino offerrent. Τδροπαραστάται ὀνομάζονται, ὡς ὕδωρ ἀντὶ οἴνου προσφέροντες. Reprehendit autem multis verbis Encratitarum abſtinentiam vini Clemens Alexandrinus [1],& eos exagitat.

Omnes quas hactenus recenſui falſas Tatiani opiniones ille ab antiquioribus Sectarum ducibus & magiſtris mutuatus eſt. Attamen oſtendere tandem voluit ſe ingenii multum habere, aut ſaltem aliquid ad fingendum. nam primus omnium docere auſus eſt, totius humani generis auctorem Adamum perduellionis damnatum pœnas Deo æternas dependere, ut affirmat Irenæus [2]. De Encratitis enim ait: Ἀντιλέγουσί τε τῇ τοῦ πρωτοπλάστου σωτηρίᾳ, καὶ τοῦτο νῦν ἐξευρέθη παρ' αὐτοῖς, Ταπανῦ τινος προότος τοιούτου εἰσηνηγκαντος βλασφημίαν. Id eſt, ut vertit vetus interpres Latinus: *Contradicunt quoque ejus ſaluti qui primus plaſmatus eſt, idque recens eorum commentum eſt, Tatiano quodam primo hanc introducente blaſphemiam.* Et paulo poſthæc ſubjicit Irenæus [3]: Τῇ δὲ τοῦ Ἀδὰμ σωτηρίᾳ παρ' ἑαυτῶν τοῦτο ἀντιλογίαν ποιοῦμενοι. *Adæ autem ſaluti ex ſe contradictionem faciens.* Quibus vocibus παρ' ἑαυτῶν, *ex ſe*, iſtud commentum Tatiani proprium fuiſſe deſignat antiquiſſimus ille ſcriptor, quod poſtea copioſe confutat. eundem etiam errorem convincit Epiphanius [4].

Equidem commenta illa pernicioſarum, pravarum, falſarumque opinionum delere ſola poterat ſacrorum librorum & præſertim evangelicorum auctoritas: hoc telo quamvis acerrimo ut ſe aliqua ex parte defenderet Tatianus, facinus aggreſſus eſt audax ſanè, ſed ab aliis hæreſiarchis jam ſuſceptum, divina videlicet illa oracula nefario conatu temerare: quod ut facilius exequeretur, unum è quatuor Evangeliorum libris conflavit, quem idcirco nominavit διὰ τεσσάρων· inde enim nullo negotio, quæ ſibi officere reperiebat, demere & rejicere potuit. Euſebius iſtud Tatiani Evangelium à ſe viſum non affirmat, ſed tantum ævo ſuo à quibuſdam παρά τισιν εἶναι τῶν haberi. Sed Theodoretus qui ſupradictum opuſculum evolverat, æquiſque examinaverat ponderibus, ejuſdem notitiam magis accuratam nobis præbet. Aſſerit itaque hunc Encratitarum ducem Evangelium quod *Diateſſaron* dicitur compoſuiſſe, amputatis genea-

[1] Pædagog. lib. II cap. 2. [2] Lib. I. cap. 30. [3] Lib. I. c. 31. [4] Hæreſ. 47. p. 394

logiis, & aliis omnibus quæ Dominum Jesum ex genere Davidis ortum estendunt. Οὗτος γὰρ τὸ ἀφ' τεσσάρων καλούμενον συντάξιον εὐαγγέλιον, τὰς τε γενεαλογίας ἀφελόμενος, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα γεγεννημένον τὸν κύριον δείκνυσιν. *Hic etiam Evangelium, quod Diatessaron dicitur, composuit, amputatis genealogiis, & aliis omnibus quæ Dominum ex semine David secundum carnem natum esse ostendunt.* Subjicit Theodoretus hoc Pseudo-Evangelio usos esse, non modo illos qui Tatiani Sectam, sed eos qui Apostolica dogmata sequebantur, compositionis fraudem non cognoscentes, & simplicius tanquam compendiario libro utentes. Ἐχρήσαντο δὲ τούτῳ οὐ μόνοι οἱ τῆς ἐκείνου συμμορίας, ἀλλὰ καὶ οἱ τοῖς ἀποστολικοῖς ἑπόμενοι δόγμασιν, ἢ τὴν συνθήκης κακουργίαν οὐκ ἐγνωκότες, ἀλλ' ἁπλούστερον, ὡς συντόμῳ τῷ βιβλίῳ χρησάμενοι. *Eo autem usi sunt non modo qui ejus erant Sectæ, sed ii etiam qui Apostolica dogmata sequebantur, compositionis fraudem non cognoscentes, sed simplicius tanquam compendiario libro utentes.* Quo errore adhuc multi Catholici ducebantur ævo Theodoreti. Nam ut ipse testatur, nactus est libros hujusmodi supra ducentos in honore habitos in Gentilitiis Ecclesiis, id est Syriacis, quos omnes in unum congestos sepositi, & pro his quatuor Evangelistarum introduxit Evangelia. Εὗρον δὲ κἀγὼ πλείους ἢ διακοσίους βίβλους τοιαύτας ἐν ταῖς παρ' ἡμῖν ἐκκλησίαις τετιμημένας, καὶ πάσας συναγαγὼν ἀπεθέμην, καὶ τὰ τῶν τεσσάρων εὐαγγελιστῶν ἀντεισήγαγον εὐαγγέλια. *Nactus sum etiam ipse libros hujusmodi supra ducentos in honore habitos in Ecclesiis nostris; quos omnes in unum congestos sepositi, & pro his quatuor Evangelistarum Evangelia introduxi.* Quæ cum ita sint, mirum mihi videtur, librum istum fugisse Hieronymum virum valdè studiosum ac diligentem, & qui tamdiu in Syriâ moratus est. At ipsi persuasissimum erat ex infinitis quæ conscripserat Tatianus opusculis, nullum præter Orationem contra Græcos tunc extare: licet Diatessaron vulgare pervagatumque esset in illa Syriæ parte quam Euphrates alluit, patria scilicet Theodoreti, qui superstes vixit Hieronymo. Iste quidem cum catalogum Scriptorum Ecclesiasticorum edidit, nequaquam vel leviter attigerat vitiosum illud Tatiani Evangelium. At ibidem testatur Evangelium quod appellatur secundum Hebræos, à se in Græcum Latinumque sermonem translatum fuisse. Unde liquet nonnullos, quorum meminit Epiphanius [1], à vero aberrasse, qui Evangelium secundum Hebræos cum opusculo Tatiani confundebant, ὅπερ καὶ Ἐβιωναῖοι πρὸς καλοῦσι. Fateor istis Epipha-

1 Pag. 391.

phanium [1] favere disputatione contra Ebionæos. Censet enim Ebionæos resecuisse ab Evangelio Matthæi genealogiam, quod reapse Tatianus fecit. Dein cujusdam ementiti Evangelii initium refert, quod penes illos fuisse ait. tum hæc subjicit: Ὅρα γὰρ παρ' αὐτοῖς φαντασιωδεστάτην διδασκαλίαν . . . . . ὁ μὲν γὰρ Κήρινθος καὶ Καρποκράτης, τῷ αὐτῷ χρώμενοι σώματι παρ' αὐτοῖς εὐαγγελίῳ, ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίου ἀφελόντες τὴν γενεαλογίαν βέλονται πείσαι, ἐκ σπέρματος Ἰωσὴφ καὶ Μαρίας εἶναι τὸν Χριστόν. ἕτεροι δὲ (Ebionæi nempe) ἄλλα τινὰ ἀφανοῦσιν. φθείροντες δὲ τὰς φάσεις τῆς Ματθαίου γενεαλογίας. . . . *Vide quam sit eorum undequaque depravata doctrina . . . . Cerinthus enim & Carpocrates, eodem Matthæi Evangelio freti, ex ejus initio Christique genealogia probare nituntur, Christum è Josephi & Mariæ semine esse procreatum. Illi contrà, aliud omnio statuunt. Nam omni illâ genealogiâ amputatâ*, &c. Si hæc vera sunt, Ebionæi alia prorsus decreverant ac Carpocras, & Cerinthus. Sed eodem loco secum aperte pugnat optimus senex Epiphanius. Nam affirmat Ebionem docuisse Jesum ex viri, Josephi scilicet, & mulieris semine natum, ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς καὶ γυναικός. Imo suprà [2] contra se ipsum manifestissime dicit Ebionæos Evangelium secundum Matthæum admittere, quo solo Cerinthianorum & Merinthianorum instar utuntur, idque ipsum esse τὸ κατ' Ἑβραίους, *secundum Hebræos*. Itaque Matthæi Evangelio utebantur Ebionæi, si saltem eo loci Epiphanio fides, qui eadem aliquoties iterat hâc in disputatione. Evangelium etiam Hebraicè conscriptum & secundum Hebræos appellatum, illud ipsum erat quod recipiebant Cerinthiani. Insuper Ebionæi Cerinthianos & Judæos imitati, continentiam improbabant [3], ἀπηγόρευται παντάπασι παρ' αὐτοῖς παρθενία τε καὶ ἐγκράτεια, ὡς φάσκουσι καὶ ἄλλαις ὁμοίαις ταύτῃ αἱρέσεσι. *Virginitas apud illos & castitas omnino prohibetur, id quod & cæteræ omnes ejusmodi hæreses usurpant*. Demum Ebion illius Sectæ signifer, quemadmodum Cerinthus, Apostolorum tempora attigit. At hæc omnia nequaquam Tatiano conveniunt, & ad ejus opusculi institutum nihil pertinent. Iste quidem non unum Matthæi Evangelium corruptum in medium produxit, sed è quatuor unum conflavit. Genealogias amputavit, quia Christum verè Mariæ filium esse nolebat, Valentinum secutus. Cunctos libros suos, & in primis Diatessaron, Græcâ Linguâ conscripsit, nullos Hebraïca vel Chaldæa. Continentium seu Encratitarum dux

1 Hær. XXX. p. 137. §. XIII. & XIV. 2 N. III. p. 117. 3 Hær. XXX N. II p. 126.

fuit, & diu post Apostolos mortuo Justino Martyre inclaruit. Igitur falsus est Epiphanius cum Evangelium secundum Hebræos censuit idem esse, quod Diatessaron Tatiani, hominis infensissimi Cerinthianis, Nazaræis, & Ebionæis. Fateor equidem non unum, sed duplex fuisse Ebionæorum genus: id enim docet nos Eusebius; alios nimirum affirmasse Christum vulgarem esse, simplicemque hominem, ex viri cum Maria concubitu, ἐξ ἀνδρὸς τε κοινωνίας καὶ Μαρίας γεγαμημένον· alios ab his eodem nomine nuncupatos, τὸ μὲν οὐκ ὄντας πρεσβυγενείας, Christum quidem ex Virgine & Spiritu sancto genitum non negasse, ἐκ παρθένου καὶ ἁγίου πνεύματος· verum utriusque generis Ebionæi Christum à sanctissimâ parente fuisse procreatum, & ex Davidis natum genere, non ambigebant, quod negabat Tatianus. Idcirco genealogias Domini Jesu, & cætera quæ illum ex Davidis sanguine genitum ostendebant, amputaverat. Unde Ebionæos omnes ab isto Encratitarum magistro abhorruisse dubium non est, & Diatessaron aspernatos esse. Sanè Epiphanius Ebionæorum originem & gesta non calluit. Sæpius enim in illorum pertexenda historia cespitat, vel memoria lapsus omnia confundit, adeo ut quæ vir Apostolicus Polycarpus narraverat de Cerintho, quem lavatum venientem Joannes Apostolus è balneis egrediens fugit, id Ebioni imperitissimè attribuat. Attamen nil mirum si Epiphanius genuinum Tatiani opusculum non potuerit internoscere, cum illud Hieronymo viro in litterarum id genus studio scientius versato visum neutiquam fuerit. Et quidem sæculo æræ Christianæ currente quinto adhuc extabat, sed postmodum periit, nec amplius supererat sæculo XII. ante annos 550. hæc enim tunc scribebat Zacharias Chrysopolitanus in sua ad Monotessaron præfatione. *Tatianus etiam vir eruditissimus, eleganti eloquentia præditus, cujus commendationem B. Hieronymus in libro de illustribus viris non tacuit, & unum ex quatuor, ut Ecclesiastica narrat Historia, compaginavit Evangelium, & magnificos contra gentes.... Sanè hujus Hæresiarchæ si superesset opus Evangelicum, quod S. Justini Martyris lateri adhærens fortassis explicuit, in eo Domini Jesu verba diligenter amplecti, securè legere ovibus ejus vocem cognoscentibus nihil prohiberet.* Non eodem modo sensit S. Ambrosius in procemio Commentarii in Lucam, ubi ait de Hæreticis, *pleroſque etiam ex quatuor Evangeliis in unum ea quæ venenatis putaverant assertionibus convenientia refersisse.*

Tatianus

Tatianus fuit proculdubio unus ex illis Hæreticis, imo hæreſis anteſignanus. Baronium igitur & alios viros celeberrimos demiror, qui Diateſſaron hominis illius non aliud eſſe ſibi perſuaſerunt à quodam opuſculo, quod in Bibliothecis Patrum editum fuit. Longè illi opinione falſi ſunt, quamvis auctorem quem ſequantur habeant Victorem Capuanum. Nam liber ille in Bibliothecis Patrum editus, nihil aliud eſt quam Evangelicæ hiſtoriæ compendium, non Diateſſaron, ſive unum ex quatuor Evangeliis conflatum ; nec illam epitomen ullus lucubravit unquam Hæreticus, nedum Tatianus, qui ea quæ erroribus ſuis officiebant, & præſertim quæ Chriſtum genus à Davide duxiſſe aſtruebant amputaverat. At epitomes Evangelicæ auctor omnia illa fidiſſime conſervavit : nec iſte hoc compendium ex ipſiſmet Evangeliſtarum verbis contexuit, quemadmodum Tatianus Diateſſaron ſuum, ſed quæ ex ſacris Scriptoribus hauſerat, ſatis eleganter peculiari ſtylo compoſuit. Quamobrem certo videtur Diateſſaron hodiè non extare & jamdudum excidiſſe, poſt tempora tamen Theodoreti qui illud ſupprimere conatus eſt. Multo antea etiam ut ſuſpicor interierant Apoſtoli Pauli Epiſtolæ à Tatiano emendatæ, ſeu potius corruptæ ac depravatæ, quas non legerat ipſe Euſebius ut colligo. Nam ab aliis quibuſdam de hâc adulterinâ Epiſtolarum Pauli editione teſtimonium ſic ſumit [1]. Τοῦτον δέ φασι τολμῆσαί τινας αὐτῶν μεταθέσαι φωνὰς, ὡς ὀρθοῦσθαι αὐτῶν τὴν τῆς φράσεως σύνταξιν. *Aiunt nonnulli, auſum illum eſſe dicta Pauli Apoſtoli elegantioribus verbis exprimere, utpote qui compoſitionem verborum illius corrigere ſtuderet.*

Nec etiam à ſacris veteris fœderis voluminibus manus abſtinuerat princeps iſte Encratitarum : nam illi his libris integris non utebantur, ſed iis tantum, quæ ſibi placebant, οἷς βέλοντο λόγοις τῆς παλαιᾶς ἀληθείας, ut ſcribit Epiphanius. Præterea alia quam plurima ingenii ſui monimenta reliquerat Tatianus, καταλέλοιπε δὲ ἔτος πολύ τι πλῆθος συγγεγραμμάτων, inquit Euſebius ; qui tamen ex tot libris nullum ſpeciatim inſcribit præter Orationem contra Græcos & Diateſſaron. Verum Clemens Alexandrinus [2] aliud Tatiani opuſculum nominatim appellavit, videlicet librum de *Perfectione* ſeu abſoluta inſtructione ſecundum Jeſum Chriſtum, περὶ τοῦ κατὰ Χριστὸν τοῦ σωτῆρος κατηχισμοῦ· ubi nuptias non ſecus ac ſtuprum improbabat Tatianus, & ex quo Clemens [3] hæc

1 Hiſt. Eccl. lib. IV. c. 29. 2 Strom. III. p. 460. 3 Clem. *ibid.*

verba

verba excerpsit: Συμφωνίαν μὲν ἐν ἁρμόζει συγκειμένῃ· κοινωνία δὲ φθορᾶς λύσι δὲ ἐντεύξιν. πάνυ γοῦν δυσωπητικῶς ἀφῆκε τὸ συγχωρήσας εἴργει. πάλιν γὰρ ὅτι ταυτὸ συγχωρήσας ἡνέῳσεν ἀφῆκε τὸ σατανᾶν καὶ τὸ ἀκρασίαν, τὸ πειθανάγκην δυσὶ κυρίοις μέλλειν δουλεύειν ἀπεφήνατο. ἀφῆκε μὲν συμφωνίας Θεῷ, ἀφῆκε δὲ ἀσυμφωνίας ἀκρασίᾳ καὶ πορνείᾳ καὶ ἀφροδίλῳ. *Consensum igitur conjungit orationi: communio autem seu conjunctio, interitûs solvit interpellationem. Admodum certè circumspectè arcet per concessionem. Nam cum rursus permisit simul convenire propter Satanam & intemperantiam, pronunciavit eum qui est pariturus, servitutem duobus dominis: per consensum quidem, Deo; per dissensionem autem, intemperantiæ & fornicationi & Diabolo.* Eo loci Tatianum quidem sophistæ partes agere, fallacibusque ac contortis conclusiunculis veritatem oppugnare argumentis petitis ex Divinis Apostoli oraculis contendit Clemens, illumque refellit, immo convincit istud impium ejusdem hominis pronunciatum, antiquam nempe legem non à Deo *O. M.* sed ab alio Deo conditam esse [1], καταλύων τὸν νόμον ὡς ἄλλου Θεοῦ. Cum Valentino, Marcione & aliis sceleſtissimis Gnosticis tunc fecisse Tatianum nullus recte dubitaverit. Leges Mosis repudiaverat, earumque vera sensa pervertere quibusdam falsis interpretationibus tentaverat, quarum nonnullas legesis apud Clementem Alexandrinum in excerptis orientalis doctrinæ. Id unum notabimus, quod ille perversi dogmatis præceptor, ut ostendat Deum mundi opificem alteri potentiori subditum fuisse, hoc Dei effatum *fiat lux*, ad testimonium non veretur citare & affirmare istud non ad imperandi sed optandi formam fuisse expressum. At ibidem si opifex hæc effatus est, ut opem rogatu suo ab altero qui obnoxius erat Deo impetraret, cur ille dixit, *ego sum Deus, & præter me nullus alius Deus est?* [2] Πρὸς τὸ Τατιανὸν λέγοντα εὐκτικὸν εἶναι τὸ, γενηθήτω φῶς, λεκτέον· εἰ τοίνυν εὐχόμενος ἤδη τὸ ἐπιχειμένον Θεὸν, πῶς λέγει, ἐγὼ Θεὸς, καὶ πλὴν ἐμοῦ ἄλλος οὐδείς; *Ad Tatianum autem qui affirmat, precantis esse illud,* Fiat lux, *dicendum: si ideo oret hic superpositum sibi Deum, quomodo dicit,* Ego Deus, & præter me non est alius quisquam? Nec solum divinos adulteravit Codices, sed eum non puduit improbos reconditosque libros ipsis Christi Apostolis fallaciter adscribere, vel ostentare aut approbare. Nam ejus discipuli Encratitæ quædam Apocrypha & inprimis acta Andreæ, Joannis & Thomæ Apostolorum commentitia summâ religione venerabantur & suscipiebant, ut tra-

1 Clem. *ibid.* 2 Eclog. pag. 806. C.

dit

dit Epiphanius, Κέχρηνται δὲ καθαῖς ἀποστόλοις καὶ λεγομέναις Ἀνδρέου, καὶ Ἰωάννου πράξεσι καὶ Θωμᾶ, καὶ ἀποκρύφοις τισί. *Inter primarias Scripturas habent Andreæ, ac Joannis Acta; necnon Thomæ, & Apocryphos alios.* Illorum sanè absurdæ erant opiniones, & quas omnium mentes aspernari & respuere debebant. Attamen hominibus etiam Catholici nominis fucatæ quidem virtutis specie deceptis placuerunt: quas novas & recenter admodum insitas evellere ex animis conatus est Musanus elegantissimo opusculo à se primo quoque tempore in lucem edito, ut tradit Eusebius [1] cujus ævo adhuc extabat, φέρεται πρὸς ἀδιαρρήκτου λόγος, illamque Encratitarum Hæresim, cujus Auctor fuit Tatianus, nuperrime exortam, ἄρτι τότε φύλλα ἀρχομένην confutavit.

Quo anno perierit Hæresiarcha iste incertum est; sed post ejus mortem ad longum tempus duravit Encratitarum hæresim cujus Auctor fuit, ideo constat, quod sub finem quarti Christiani sæculi adhuc vigebat in Pisidia & in Phrygia ambusta, ubi quam plurimi consistebant, qui hanc persequebantur sectam ut testatur Epiphanius, qui tunc edidit insigne opus quod Panarium inscripsit: [2] Πληθύουσι δ' ἔτοι καὶ εἰς δεῦρο ἐν τῇ Πισιδίᾳ καὶ ἐν τῇ Φρυγίᾳ τῇ καυμενῇ. *Horum est ingens hodie numerus in Pisidia, eaque Phrygiæ parte, quæ adusta dicitur.* Subdit ejus disciplinæ homines in ipsâmet perseveravisse id temporis in Asiâ, Isauriâ, Pamphyliâ, Ciliciâ, & Galatiâ, imo in Romano tractu & circa Antiochiam, Syriæ Metropolin. [3] Εἰσὶ δὲ καὶ ἐν μέρεσι τῆς Ἀσίας, καὶ ἐν τῇ Ἰσαύρων, καὶ Παμφύλων, καὶ Κιλίκων γῇ, καὶ ἐν Γαλατίᾳ· ἔστι δὲ καὶ τὸ τῆς Ρωμαίων μέρος, ἀλλὰ καὶ ὅλη ἡ τῆς Ἀντιοχέων ἐπαρχία Συρίας. *Præterea vero in Asiæ provinciis, & in Isauria, Pamphylia, Cilicia, Galatia, Encratitæ propagati sunt, imò & in Romano tractu, & Antiocheno in Syria.* Sed tamen seipsum Epiphanius fefellit, cum Tatiani factionem ab Encratitarum familiâ discrevit, contra quod fecerunt Clemens Alexandrinus, Eusebius, Theodoretus.

Tum præterea Epiphanius scribit Encratitas alia magistro suo incognita commentos esse, & plus nugarum meditatos aliis concredidisse. [4] Ἕτερα δὲ ἐπὶ τούτοις φρονήσαντες, καὶ εἰς μείζονα πάλιν ἀφροσύνην ἑαυτοὺς ἐκδεδωκότες. Sed quidnam illi addiderint magistri sui dictatis singulatim non designat, nec ab ullo è veteribus definitum est: & an Encratitæ aliquid adjecerint ducis sui placitis in dubium merito revocari potest. Istud enim silentio prætermiserunt Irenæus, Eusebius, & Theodoretus, & cæteri præ-

1 Euseb. Hist. Eccl. IV. c. 28. 2 Epiph. p. 389. Hær. 47. 3 Epiph. *ibid.* 4 Epiph. *ib.*

ter Epiphanium ſolum, qui eo loci magnopere à vera ratione lapſus eſt, cum Encratitarum factionem à Tatiani Sectâ diſcrevit, omnibus aliis una voce reclamantibus; ita ut mihi veriſimillimum fiat, optimum ſenem Encratitas verè & propriè dictos non diſtinxiſſe à Docetis, qui etiam Encratitæ ſeu continentiæ fautores erant. Hos etenim prætermiſit, quamvis famæ celebritate notos, & à veteribus quam plurimis noratos. Docetarum ſingularis Sectæ ab Encratitis ſeu Tatianiſtis diſcretæ, ut docet nos Clemens Alexandrinus [1], Auctor fuit Julius Caſſianus, ὁ δὲ δοκήσεως ἐξάρχων, princeps inquam factionis illius, quæ Chriſtum vero phyſicoque corpore expertem fuiſſe pronunciabat, atque corpus illud in oculis hominum olim poſitum nil niſi rei effictum animo ſimulacrum fuiſſe. Unde liquet Docetas contra Valentinum dixiſſe, qui Chriſtum corpore præditum fuiſſe volebat, quamvis è cœlo delatum. Cenſebat enim D. Jeſum, tanquam aquam per fiſtulam, tranſiiſſe per Mariæ Virginis uterum, nec ab eâ aliquid ſumpſiſſe; cujus Valentini opinionem amplexus eſt Tatianus. Attamen ab iſto Caſſianus pleraque alia dogmata mutuatus eſt, & in primis connubiorum non ſecus ac ſtuprorum interdictionem: hunc autem errorem iſte defendere auſus eſt ſingulari libro quem inſcripſit, περὶ ἐγκρατείας ἢ περὶ σωφροσύνης. *De continentia, vel caſtitate*: cujus particulam ſic recitat Clemens [2] κατὰ λέξιν, *ad verbum*, ut ipſe aſſeverat: Καὶ μηδεὶς λεγέτω ὅτι ἐπειδὴ τοιαῦτα μέρεα ἔχομεν, ὡς τὸ μὲν θῆλυ ἕτοιμον ὑπὸ ἐμμανίδα, τὸ δὲ ἄρρεν ὑπὸ ἐμβολέα· τὸ μὲν σπεῖρον τὸ δὲ ἐκσπειρόμενον, συγκεχωρῆσθαι τὸ τῆς ὁμιλίας ἔθος ὑπὸ Θεοῦ. εἰ γὰρ ὑπὸ Θεοῦ εἰς ὃν ἀπεδόθημεν, ἃ τοιαῦτα λέγουσιν, οὐκ ἂν ἐμακάρισεν τοὺς εὐνούχους, οὐδ' ἂν ὁ προφήτης εἰρήκει, μὴ εἶναι ξύλον ἄκαρπον αὐτούς. . . . . πῶς δὲ οὐκ ἂν κατὰ νόμον τις αἰτιῷτο τὴν σωτῆρα, εἰ μετέπλασεν ἡμᾶς καὶ τὴν πλάνης ἀπήλλαξεν, καὶ τὴν κοινωνίας τῶν μοίων, καὶ προσθημάτων καὶ αἰδοίων. *Nec dicat aliquis, quod quoniam tales habemus partes, ut aliter figurata fœmina, aliter verò maſculus: illa quidem ad ſuſcipiendum, hic verò ad ſeminandum, conceſſam eſſe à Deo conſuetudinem. Si enim à Deo, ad quem tendimus, eſſet hæc conſtitutio, non beatos dixiſſet eſſe eunuchos, neque propheta dixiſſet eos non eſſe arborem infrugiferam . . . . quomodo autem non jure quis reprehenderit Servatorem, ſi nos transformavit, & ab errore liberavit, & à conjunctione partium & additamentorum & pudendorum*? Hanc ſcilicet Doctrinam, ut obſervat Clemens Alexandrinus [3], ad Tatiani Doctrinam accom-

1 Clem. Alex. Strom. III. p. 465. 2 *ibid.* 3 *ibid.*

modaverat

modaverat Caſſianus iſte τὸ παραπλήσια τῷ Ταπιανῷ καὶ τοῦτο δογματίζων, *In hoc eadem decernens cum Tatiano.* Ille ad confirmandum dogma ambobus commune, ſummam fidem divinamque auctoritatem adjunxit confictо Evangelio ſecundum Ægyptios. Unde commentitiam de Salome ſanctiſſima fœmina fabellam ſumpſit, ut animadvertit Clemens [1], qui aſſerit ea quæ Caſſianus ad teſtimonium citaverat, non reperiri in quatuor Evangeliis Eccleſiæ Chriſtianæ traditis, [2] ἐν τοῖς φερομένοις ἡμῖν τέτρασιν εὐαγγελίοις· ſed in illo quod ſecundum Ægyptios inſcribitur, ἀλλ' ἐν τῷ καθ' Αἰγυπτίους. Idem Caſſianus in aliis nonnullis Tatianum ſecutus imitatuſque erat, ut ex Clemente colligo. Nam iſte ait Tatianum in Oratione contra Græcos accuratiſſimè diſputaſſe de Hebraïcæ philoſophiæ antiquitate, quam alia quacunque antiquiorem eſſe oſtendit, & de iiſdem etiam Caſſianum diſſeruiſſe in primo libro τῶν ἐξηγητικῶν. Inſuper Docetæ (quorum dux Caſſianus) Evangelio, falsò Petro Apoſtolo inſcripto utebantur, ut teſtatur [3] Serapion Antiochenus, Caſſiano ſuppar, in Epiſtola ad Pontium & Caricum, ubi Marcianum quendam exagitat improborum dogmatum fautorem, quorum pleraque ex Docetarum Scholâ fluxerant. Εδωκάμεν γάρ, inquit Serapio, παρ' ἄλλων τῶν ἀσκησάντων αὐτὸ τοῦτο τὸ εὐαγγέλιον, τουτέστι τῶν φερομένων διαδόχων τῶν καταρξαμένων αὐτῶν, οὓς δοκητὰς καλοῦμεν, τὰ γὰρ πλείονα φρονήματα ἐκείνων ἐστὶ καὶ διδασκαλίας, ἐχόμενοι παρ' αὐτῶν διελθεῖν. *Mutuati ſupra dictum Evangelium ab iis qui illud didicerant & continuâ exercitatione verſaverant, hoc eſt à ſucceſſoribus eorum qui Marciano præiverunt, quos* Docetas *vocamus* (*quippe ex horum Scholâ pleræque illius opiniones fluxere*) *legendi copiam nacti ſumus.* Illa quidem Docetarum Secta non penitus intercidiſſe videtur temporibus Theodoreti [4], qui ejus palmare dogma τῶν δοκησέων ſic confutat, demonſtrans Chriſtum veri corporis expertem non fuiſſe, παθεῖν καὶ ἀποθανεῖν συνεχώρησεν, ἵνα πληρώσῃ τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον. ὕπνου ἠνέσχετο καὶ πείνῃ καὶ διψῇ καὶ κοπᾷν καὶ ὑπνῶν, ἵνα μηδεμίαν λάβωσιν ἀφορμὴν οἱ δοκηταὶ κρατυνᾶαι τῆς ψευδοῦς τῆς αἱρέσεως. *Pati & mori permiſit, ut diſpenſationis myſterium impleret: ſic etiam eſurire, & ſitire, & defatigari, & dormire conceſſit, ne quam occaſionem haberent* Docetæ, *qua Hæreſeos ſuæ falſitatem confirmarent.*

At ſatis ſuperque de Docetis, & eorum principe Julio Caſſiano, qui Tatiano æqualis fuit. Jam nunc agendum de Severo,

1 Clem. *ibid.* 2 Clem. *ibid.* 3 Apud Euſeb. lib. VI. cap. 12. 4 Hæret. fab. lib. V. c. 12.

alterius Encratitarum factionis signifero, qui post Tatianum, licet non multo post, emersit, & Encratitarum Hæresi vires addidit, ut tradit Eusebius [1]: σμικρῷ ὕστερον Σευῆρός τις ὄνομα κρατύνας τὴν προϋπαρχούσαν αἵρεσιν αὐτῷ τοῖς ἐξ αὐτῆς ὁρμωμένοις τὴν ἀπ' αὐτῆς παρωνυμίαν Σευηριανῶν προσηγορίας γέγονε. *Non multo vero postea Severus quidam, cum suprà dictæ hæresi robur ac vires addidisset, in causa fuit ut illius Sectæ homines ex ipsius vocabulo Severiani dicerentur.* Hinc liquet hallucinatum esse Epiphanium, qui [2] Severianos præcessisse Tatianum atque Encratitas existimavit. Imo Tatianus facem prætulerat Severianis, quos ut cæteros Encratitas primus instituit, eodem Eusebio teste [3]: ὃς παρεκλεσθῆς ἀρχηγὸν κατασῆναι Ταπανὸν λόγος ἔχει, *Hujus* inquit, *Sectæ auctorem fuisse perhibent Tatianum.* Et paulo post ait, [4] Ὁ μὲν τοιγε πρῶτος αὐτῶν ἀρχηγὸς ὁ Ταπανός. *Cæterum primus eorum auctor atque institutor, Tatianus.* Severianæ quidem familiæ homines Paulum Apostolum maledictis impetentes, Epistolas ejus repudiabant, ac ne Apostolorum quidem actus suscipiebant. Ita ait Eusebius: βλασφημοῦντες μὲν Παῦλον ἀπόστολον, ἀθετοῦσιν αὐτοῦ τὰς ἐπιστολὰς, μηδὲ τὰς πράξεις τῶν Ἀποστόλων καταδεχόμενοι. Tatianus vero non repudiavit, sed depravavit Epistolas Pauli, nec Apostoli auctoritatem penitus abjecit, quemadmodum Severiani, qui hac in re solum ab illo dissimiles, ad cætera concordes fuere. Omnes autem Encratitæ mortuos aliquando revicturos affirmabant. πιστεύουσι γὰρ καὶ νεκρῶν ἀνάστασιν· ait Epiphanius [5]. Idem aperte docet Tatianus his verbis [6]: καὶ διὰ τοῦτο καὶ σωμάτων ἀνάστασιν πιστεύομεν. *Quam ob rem corporum quoque resurrectionem fore credimus.* Addit Epiphanius, istud quod Encratitæ profitebantur cum eorundem placitis repugnans & adversans videri, ἀσυμφώνως τῶν πάντων παρ' αὐτοῖς λεγομένων τε καὶ γινομένων, ita ut illi ipsi omnino insanirent, quorum mentes erant erroribus imbutæ, ὡς εἶναι παρὰ τοῖς ὕπου πεπλανημένοις τὰ πάντα μανίας ἔμπλεα. Hoc ideo asserit Epiphanius, quod Encratitæ Jesum à muliere genitum negarent, omne etiam corpus quod gignitur & interit aspernarentur. Sane plerique superiores Gnosticorum magistri mortuos posse revivisscere negabant. Idem inficiatus est Manes, qui multis post Tatiani, Cassiani, & Severi obitum annis emersit, licet ad cætera ferè cum aliis conveniret. Etenim animantium carnes edere & vinum

1 Eusеb. Hist. lib IV. c. 29. 2 init. Hær. 46. 3 Hær. lib. IV. c. 28. 4 Lib. IV. cap. 29. 5 Hæres. 47. pag. 400. 6 pag. 145.

bibere

bibere velut grande nefas Sectæ ſuæ hominibus interdicebat. Nuptias etiam vetabat perinde ac ſtupra: nam Gnoſticis antiquioribus & recentioribus ſolemne ſemper fuit omnem, etſi legitimam, viri mulieriſque conjunctionem damnare ſceleris & impudicitiæ. Demum Mahumetes hâc in re multum diſſimilis à Gnoſticis, & Encratitis fuit, utpote qui diſcipulis ſuis non unam ſolum uxorem, ſed plures ſimul ducere permiſerit; tamen pleraque ſua dogmata cum à vetuſtioribus Hæreſiarchis ſumpſiſſet, ab Encratitis etiam & Manichæis edoctus, cunctos qui ipſi ſe in diſciplinam tradiderant, vinum bibere pleniſſimè vetuit. Non dubitavit enim pronunciare [1] vinum perinde ac aleam ab ipſo principe orci Satana originem duxiſſe, quod de ſolo vino decreverat Tatianus. Iſte igitur aliis conſequenti tempore erroris cauſam præbuit.

Vir fuit certè quidem ingenio præſtanti & eruditione præclara, verum ſuperbus atque animo inflatus, utpote qui arrogantiam & contumaciam fere cum lacte ſuxerat. Nam ut ſupra narravi, à Philoſophis & Sophiſtis fuerat educatus, qui Eccleſiæ Chriſtianæ auxilio rarius, damno ſæpius fuerunt. Illos enim recte Tertullianus [2] Hæreticorum Patriarchas appellavit.

1 Sura V. 99. 2 Tert. adverſus Hermog. cap. 8. & de Anima cap. 3.